NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
21 A
39

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M

545
D
13

K̄
310

Col. Rom. Soc. Ies. Cat. Inr.

DE VITA MIRACVLIS ET ACTIS CANONIZATIONIS SANCTI HYACINTHI CONFESSORIS ORDINIS FRATRVM PRÆDICAT.

LIBRI QVATVOR.

AVTHORE R. P. F. SEVERINO

Cracouien. Magiſtro ſacræ Theologiæ eiuſdem Ordinis.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



B.S.

ROMAE,

Ex Typographia Gabiana. Anno CIↃ IↃXCIV.

Superiorum permiſſu.

Dono impreſſoris P. R. D.


GAVDE·FILI·IACINTE·QVIA·ORATIONES
IMPETRABIS

SERENISSIMO SIGISMVNDO TERTIO DEI GRATIA POLONIAE, ET SVETIAE REGI.

MAGNO DVCI LITVANIAE Rŭſſiæ, Pruſſiæ, Mazouiæ, Samogiciæ, Liuoniæ, Finlandiæ &c. Domino meo clementiſſimo; Salutem, & humillimam ſubiectionem.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

SI RERVM à tua Sacra Regia Maieſtate geſtarum ordinem , ſingulareſque eiuſdem virrutes diligẽter cõſiderẽ (Sereniſſime Rex) mox etiam diuinæ circa illam cogor intueri prouidentiæ Maieſtatem , quæ quanto occultiori & altiori modo ſe ab hominum mentibus abducit , tanto maiorem ſui admirationem generat. Quis enim nõ admiretur diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem, qui ſacrarum ſcripturarum profundam abyſſum ingreſſus ex homicida Moyſe Iſraelitici populi ſupremum Ducem , & legis diuinæ latorem ex paſtore ouium Dauide Regem, ex Agricola Amos Prophetam, ex piſcatore Petro totius vniuerſalis Eccleſiæ ſupremum Pontificem , Regniq; Cœlorum clauigerum,

gerum, vel ex perſecutore Saulo in diſcipulos Chriſti minarum, & cædis ſpirante, Paulum Doctorem gentium, vas electionis, Chriſti gloriæ perpetuum præconem intimè & ſedulò contemplatur? Seruauit certè hoc tempore circa Maieſtatem Tuā eundem ſuæ æternæ diſpoſitionis ordinem. Namq; cùm ex parente genere quidem nobiliſſimo vtpote Sereniſſimo Suetiæ Rege, at fidei Catholicæ quodammodo aduerſo natus eſſes, ad Regnum Poloniæ ampliſsimum capeſſendum, eiuſq; gubernacula tenendum tanquam roſam vel lilium inter ſpinas ab illa hęreſum labe T. M. diuina protexit clementia, quem nec parentis amor, nec Regni hęreditarij cupido, nec parentellę gloria, nec diuitiarum ſplendor ab ea, quæ verè eſt religionis Chriſtianæ regula abducere valuerunt. En primam virtutem ſcilicet inuictiſſimam fidem poſſides, quæ totius ſpiritualis ædificij eſt ſolidiſſimum fundamentum, per quam ſi viua ſit, vincuntur Regna, acquiritur æternæ vitæ repromiſſio, & diuinæ hæreditatis fit participatio. Hanc certè à pientiſſima Matre Maieſtatis tuæ recolendæ memoriæ Catherina ſtirpis Iagiellonicæ Sigiſmundi aui tui primi Poloniæ Regis filia adiſcens ſemper retinuiſti, hanctecum, vt Rex Sarmatiæ, eſſes ad Regnum Poloniæ intactam, & incontaminatam adduxiſti. Iam verò virginalis pudicitiæ, quā vſq; ad ſacri thori matrimonialis excubias incorruptā & integerrimam ſeruaſti, proferam virtutem, quæ quanto iuueniliorem occupat ætatē, uitæq; liberoris habenas ſtringit, tatò glorioſiorē ſui efficit poſſeſſorē. Diuinæ etenim proximior eſt gratiæ, quā non niſi mundi cernere poſ-

ſunt

ſunt oculi, non niſi caſtæ mentes percipiunt. Co-
gnata eſt ſiquidem libertas principibus, quæ niſi ti-
more Dei frænetur in abruptas ſæpius incidit ui-
tiorum voragines. Hanc ſibi utiq; virtutem appri-
mè perſuaſerat omnium memoria dignus Beatus
Cazimirus Cazimiri Regis Poloniæ filius, in Ba-
ſilica Cathedrali Vilnen. ſepultus; miraculis cla-
rus, qui tantæ caſtitatis fuiſſe perhibetur, quod
etiam morte imminente cùm à Medicis ad concu-
bitum fœminarum ſuaderetur, ſi preſentem mor-
tem vellet euadere, potius mortem, quàm violatio
nem caſtitatis, legiſq; Chriſtianæ abuſum ſe paſſu-
rum eſſe teſtatur Cromerus libro 29. & ob hoc
etiam meritò a Leone Decimo Romano Pontifice
(teſte Baronio in Martyrologio) ad numerum
Beatorum adſcitus eſt, quem vt infra patebit ad in-
ſtantiam piæ memoriæ Sigiſmundi Regis aui tui
vtiq; canonizaſſet, niſi motibus diuerſis bellorum
Italicorum, & deinde morte præuentus fuiſſet.
Hunc tamquam verus auitæ virtutis hæres non tan
tummodo es imitatus verùm, & te ipſum exem-
plar Polonæ nobilitati præbuiſti. Libentiſſime re-
colo eam, quæ in T. M. eſt diuini timoris reueren-
tiam. Cùm enim in Regem Poloniæ Dei prouiden
tia votis omnium ſtatuum, & ordinum Regni con-
currentibus T. M. conſtituiſſet, atq; per maris an-
fractus in Suetiæ Regno per ſuos Legatos Reſpu-
blica, vt Regnum tibi oblatum acceptares vehemē
ter ſollicitaſſet, non primum octo dierum ſpatio,
ad quæſita, niſi trium dierum corporali ieiunio
emenſo, confeſſionis Sacræ ac Sanctiſſimo Eucha-

riſtiæ præmunitus Sacramento reſpondiſti, indignum dicens Regnum, quod ex mauu Dei accipitur, ſine eiuſdem gratiæ auxilio acceptare. Nonne hoc verbum eſt tanto Rege dignum? Certe in hac parte te ipſum viciſti Rex. Quis enim hoc corrupto ſeculo regnandi non ambiat dominatum? Aliena rapere cupiunt, qui proprijs caruerunt, vnde nec munera dediſti vt Rex eſſes, nec delatoribus munere reſpondiſti, vt ex Regibus natus Regales virtutes ſedulo conſeruares. Age nunc videamus inaugurationem tuam. Per mare vſq; ad Polonos veniſti portum octo dierum ſpatio intrare, conditionem Regni accipere, Iuramentum præſtare, electionem, electioniſq; confirmationem videre noluiſti, niſi primo conditiones cum quibus illud potentiſſimum Regnum gubernari deberet intimè conſpiceres. paratior exiſtens, ad patrium Règnum immaculata conſcientia redire, quàm cum periculo animæ moderamina alterius Regni ſuſcipere. Porrò dum Regni ſceptrum conſcendiſſes, & iam iam ab Illuſtriſsimo Archiepiſcopo Gneſnen. Primate Regni inungi & coronari debuiſſes (oblatis trecentis hæreticorum articulis, quos niſi iuraſſes Rex non eſſes) quid reſponderis ſatis notum eſt. Non ſum inquiens, ita miſer vt propter veſtros impios & fidei Sanctæ aduerſantes articulos animam meam perdere debeam. Regnum veſtrum uobis ſit; Reducite me cum honore ad eum, vnde me accepiſtis locum, Iurare impiam legem nolo. Equidem non es degener ab Auo tuo piæ memoriæ Sigiſmundo Primo Poloniæ Rege, qui

dum

dum ei Regnum Bohemiæ olim Huſsiſtica labe infectum offerretur, conſtanter recuſauit, dicens, impium, & indignum eſſe Catholicum, & Chriſtianum Regem hæreticis imperare. ſic & Vngariæ Regno Catholicæ fidei iugum excutienti, & Arrianam Sectam, vel etiam Caluinianam amplectenti eadem conſtantia reſpondit Satius volens. ſe duorum Regnorum carere ſplendore, quàm In maculatæ fidei pati diſpendium. Eſt etiam quædam regalis virtus, parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos. Nunquid eam vſque adamuſsim ſeruaſti? Omnes ſiquidem Maieſtati Tuę aduerſantes & capitales hoſtes, man ſuetudine, patientia, pietate, longanimitate, clemētia ita deuiciſti, vt etiam ex hac ipſa omnium mentes in T. M. rapias admirationem. Abſit aſſentatio non enim hæc in Angulis domatum facta fuere. Tota hoc conclamat Polonia & circumuicina Regna profitentur. Ipſos enim qui regnum eripere, vitæ inſidiari, & alia inimicitiæ officia exercere non deſiſtebant hos, indulgentia & maximis ſibi beneficijs aſtringendo, tamquam Paſtor oues errantes reducebas, & in ſinu gratiæ tuæ collocabas. Iam vero fidei obedientiam, & ad præſtitam Sanctæ Sedi Apoſtolicæ reuerentiam accedamus. Dum enim ob Regni cauſam, obortaſq; lites. Sixtus Quintus Pontifex Maximus, Tunc Hippolitum Aldobrandinum Cardinalem, nunc vero Sanctiſsimum Dominum noſtrum Clementem Octauum, ad Maieſtatem Tuam Legatum deſtinaſſet, vt inter Sereniſsimos Reges cauſam componeret, eam Sanctę Sedi Apoſtolicæ detuliſti reuerentiam, eam in futuro Sum-

mo Pontifice ſpiritu diuino contemplatus es. Maieſtatem, quod etiam citra conſuetudinem prædeceſſorum tuorum Regum Poloniæ in perſona propria, cum aliquot millibus nobilium, & procerum Regni tui obuiam venienti quàm decentiſſimè exires, & ſalutatum non niſi dextram tenere (vtpotè qui ſummus Pontifex futurus erat) permitteres. Nec defuit tantę Maieſtatis Tuæ manſuetudini cœleſtis ſignificatio. Ingrediente enim Legato Ciuitatem Cracouien. Regiam, à medio die ſtella, inſolitæ claritatis ſplendore lucida, circa ſolem cunctis videntibus & ſtupentibus apparuit, & uſq; ad veſperas ſecuta ſolem occubuit. Quid per ſtellam niſi Regem? quid per ſolem niſi ſummum Pontificem augurari & coniectura aſſequi licet? Hæc illa fuit conbinatio vera, hæc congrua iunctura vt ſtella ſolem, & Rex Pontificem in omnibus mandatis vitam æternam concernentibus ſequatur. Verum obſecro Sereniſſime Rex patiare me & aliud pandere myſterium. In alma tuæ Regiæ Maieſtatis Vrbe, duorum virorum Sanctorum, ſcilicet glorioſiſsimi Martyris Stanislai Epiſcopi Cracouien. & Sancti Hyacinthi Confeſſoris ordinis Prædicatorum Corpora requieſcunt, per ſolem martyrem, per ſtellam Confeſſorem intelligo, dicit enim ſcriptura: fulgebunt Iuſti tamquam ſol in Regno patris eorum, & alia: fulgebunt Docti tanquam ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt plurimos tanquam ſtellæ in perpetuas æternitates. Martyr ergo & Confeſſor, ſuo vterque modo venienti Summo Pontifici comparuerunt & Regem, & Pontificem

hono-

honorarunt. Cum igitur Innocentius Quartus Pontifex Maximus, Stanislaum Martyrem Cathalogo Sanctorum adſcripſerit, & quaſi ſolem mundo imitandum propoſuerit, reſtabat vt Clemens Octauus Confeſſorem Sanctum Hyacinthum eius Miraculorum & famæ quaſi occulatus teſtis exiſtens, in Sanctorum numerum collocaret, & ex ſtella ſolem præclariſsimum hocce ſeculo corruptiſsimo præclaris virtutibus micantem crearet, quod & rei haud dubiè probauit euentus. Omitto nunc penè innumeras Tuæ Maeſtatis excellentiſsimas dotes, quas Epiſtolę anguſtia omnes referre non ſinit. De hac vtiq; de qua nunc dicebamus Canonizatione aliqua repetã. Cum enim iã in Regno firmatus eſſes & diſsidentium animi fuerint placati, mox cogitare cæpiſti, quo munere, vel ſeruitio diuinam tibi deberes occupare gratiam, & de Eccleſia Sancta Dei bene mereri poſſes, & hæc cogitanti Maieſtati Tuæ ex mandato ſuperiorum meorum pro Canonizatione Sancti Hyacinthi feciſſem petitionem, mox gratulabundus porrectam tibi merendi occaſionem accipiens Vicecancellario Regni Moderno Epiſcopo Plocenſi. iuſſiſti vt à me petitam fauoribus, & litteris Regijs expediret Canonizationem. Quam vtique M. V. quanta deuotione, quanto Zelo inſecuta ſit, res ipſa demonſtrauit. Namq; apud tres Pontifices Romanos per viros grauiſsimos, & probatiſsimos, omniumq; virtutum genere adornatos, primò quidem apud Sixtum Quintum Per Reuerendiſſimum P. D. Stanislaum Reſcium M. Tuæ apud Sedem Apoſtolicam Internuntium inſtanter,

Demum

Demum per Reuerendiſsimum Epiſcopum Luceorien. *D.* Bernardum Maczieouusky apud Sixtum Quintum & Gregorium Decimum Quartum Pontifices oratorem inſtantius, poſtremo Per Illuſtriſsimum D. Stanislaum Minsky Palatinum Lencicień. Senatorem Regni, & ad Sedem Apoſtolicam & S. D. N. Clementem Octauum Maieſtatis Tuæ oratorem inſtanter, inſtantius, & inſtantiſsimè ita eſt poſtulatum, quod non immeritò Tuæ M. deuotioni, & Religione neceſſariò concedenda erat. Hoc ſiquidem exigebat ſingularis *M.* T. religioſitas. Hoc Sereniſſimæ Annæ Reginæ pientiſsimus erga Sanctum Hyacinthum affectus, hoc Regni decor, Hoc Sancti merita, hoc periculorum metus, vt & Sanctus ſuo honore potiatur & Regnum Poloniç inter micantes hoſtium gladios tutellarem patronum apud Deum habeat, quietemq; Regni Sanctorum orationibus acquirat. Qua propter nomine ipſius Sancti cuius Canonizationis Procurator fui, nomine totius noſtrç Prouinciæ Regni Poloniç, & totius Religionis Prædicatorum Sancti Dominici M. V. gratias agens immortales, quod tam ſedulo huic Sanctç Apoteoſi inuigilauerit, & eam pro poſſe apud Sanctam Sedem Apoſtolicam iuuerit, hanc meam operam *M. T*uæ humiliter dedico, quatenus eo reuertantur gratiæ vnde prodierunt Deus igitur omnipotens M. Tuam, cum toto ampliſsimorum tuorum Regnorum ambitu, fœliciſsimum ſtatuat, & vtriuſque vitç Regnorum augumentis ac cumulet, quatenus Sanctorum meritis adiuta, cçleſtem inter eos poſt mortalem iſtius uitæ decur

ſum

ſum perẽnemque glorię Dei luce perfuſa, ſedem poſsideat. Datum Romę in Conuentu Sanctę Marię ſuper Mineruam *Die* 28. Maij Anno Salutis Milleſsimo quingenteſimo Nonageſimo quarto.

Sacræ Regiæ M. V.

Seruus deditiſſimus

Fr. *S*euerinus S. Theol. Mag. Polonus
Ordinis Prædicatorum.

INDEX ALFABETICVS.

A

ABſtinētia inſignis. S.Hyacinthi p.30

Ab aborſu & periculo mortis in partu periclitantes Sancti patrocinio ſecundum teſtes & tabulas ad eius tūbam appenſas liberatæ triginta duæ. p.220

Abortiui pueri mortui nati per merita S. Hyacinthi uotis expletis vita & anima ſecundum teſtas donati vndecim. p. 170.

Academia Cracouienſis. p.15

Ad Canonizationem cuiuslibet Sācti decē & octo requiruntur conditiones p.152

Illarum circa S. Hyacinthi Canonizationem executio. p.156

S. Adalbertus. p.394.

A colica paſſione Sancto intercedente ſecundum teſtes & tabulas appenſas liberati octo. p.208

A morbo epileptico ſiue caduco ſecundum teſtes, & tabulas appenſas liberati quatuordecim. p.209

A morbo gallico Sancto intercedente ſecundum teſtes & tabulas appenſas liberati viginti nouem. p. 210

A grauiſſimo dolore capitis meritis S. Hyacinthi ſecundū teſtes liberati triginta. p.186

A graui infirmitate per merita S. votis ad ipſum factis ſecundum teſtes liberati centum & vnus p.177.

Aegri ſexdecim. qui in fine ſecundi libri recenſentur per merita Priſtinæ ſanitati reſtituti. p. 142.

Agonizantes & iam morituri per merita S.Hyacinthi ſecūdum teſtes vita & perfectæ ſanitati reſtituti triginta ſex. p.172

Alabaſtrina imago B. M.V

S, allo-

Sanctum alloquitur. p.37
EandēCracouiam de fert vbi ad hanc vſq;diem cernitur p. eadem.
Altare nouum vna cum capella in honorem B. Hyacinthi nondum Canonizati erigitur. p. 256
Apparuit varijs & diuerſarū condicionum hominibus. p.101.116. 131.139.172. 173.174. 176. 183. 184. 185.186.188.p.eadem teſte 25.190.198. 199. 202. 209.208.210.ibidem teſte 68. 211. 215. 221. 225. 226. 227.
Aſſiſium Ciuitas Italiæ in qua Innocentius 4. Staniſlaum Epiſcopum Cracouienſem ſanctorum numero adſcripſit. p.9
Aſſumptionis B. Mariæ die morte ſua prædicta ex hac vita commigrat. p.46
In Conuentu fratrum prædicatorum Cracouien. ſepelitur. p.47
Auditus duobus ſurditate affectis per merita Sancti ſecundum teſtes reſtitutus. p.197.
Auctorum nomina, qui de B. Hyacintho ſcripſerunt. p.5
Apparatus templi pro Canonizatione facienda. p 376
Apparatus ſacrarum veſtiū.

B

S. BEnno Epiſcopus Miſnenſis & S. Antoniuas Archiepiſcopus Florentinus qui fuit ex ordine prædicatorum Sanctorum Catholo, go ſimul adſcripti. p 150
Boriſthenem fluuium rapidiſſimum S. Hyacinthus cum Sanctiſſimo ſacramento ex imagine Alabaſtrina Beatiſſimæ Virginis ſiccis pedibus traiecit. p.36
In eoq; ſemitam in miraculi teſtimonium reliquit.p. 37.& 224.

C

CAnonizatio S. Hyacinthi & actus ipſius ſolennis p.381
Canonizationis decretum. p. 387.
Carinthia Germaniæ pars p. 18. in ea primum conuentum. S. Hyacintus recepit ibidem vnum ex ſocijs Hermanū nomine reliquit.p.19

Carmina in ſepulchro.S. Hyacinthi in octo tabulis ſculpta. p.258
Caritas Dei & proximi.p.30
Canonizatio. S. Hyacinthi a quo in primis & apud quẽ Pontificem procurari cœpta eſt. p.155
Cathalogus Monaſteriorum fratrum prædicatorum in ſeptentrione viuente S. Hyacintho & poſt mortem ipſius erectorum. p 32
Cathalogus inſignium virorum qui poſt mortem Beati Hyacinthi ex ordine fratrum prædicatorum in Regno Poloniæ ad Eccleſiaſticã euecti ſunt dignitatem. p. 53.
Cathalogus prouincialium Regni Poloniæ qui poſt B. Hyacinthum fuerunt. p. 62.
Ceslaus Polonus diſcipulus S, Dominici & S Hyacinthi Socius p.4. in Boehemium & ſileſiam a S.Hyacintho miſſus p.20 miraculis coruſcans moritur p. eadem Vratislauiæ corpus eius requieſcit. p.25
Cæcos duos a natiuitate poſt ſeptem annos, ſigno Crucis facto illuminauit. p.41
Clemens ſeptimus Polonis. Feſtum, Officium, Miſſam. & imagines S. Hyacinthi nondum canonizati concedit. p. 233. & 235
Congregationes Cardinalium de Canonizatione Sancti Hyacinthi 41. quas vide. lib 4.a folio 305. vſq; ad folium 354.
Conſiſtorium de canonizatione S. Hyacinthi ſecretum. p.346
Conſiſtorium eadem de re publicum. p.355. *ſemipublicum de re eadem p. 375.*
Conuentus fratrum prædicatorum, qui ſunt in Polonia, Bohemia, Morauia, & Theutonia olim ab uno prouinciali gubernabantur. p. 26.
Corpus ſingulis noctibus ad effuſionem vſq; ſanguinis corrigis nodoſis affligebat p. 29.
Contactu mortuum Reſuſcitat. p.47.
Cracouia Poloniæ regum ciuitas regia. p.19
Cracouiam ex Academia Bononienſi S. Hyacinthus

Theo-

Theologiæ profeſſor & vtriuſque iuris doctor rouertitur. p. 15.
Cracouienſi Canonicatu ob vitæ integritatem a B. Iuone Epiſcopo ornatur. p. 15.
quomodo ſe in eo munere geſſerit. p. eadem
Cracouiam veniens a S. Dominico remiſſus ab vniuerſo populo honorifice recipitur eiq; templum aſſignatur & monaſterium ædificatur. p. 19. ipſe primus Prouincialis Poloniæ. p. eadem.
B. Caſimirus f. Regis Poloniæ. p.394
B.Cunegundis Regina p.395
Cyni Campani aduocati conſiſtorialis de S. Hyacintho oratio. p.355

D

DAntiscum ſiue Gedanũ Ciuitas Pruſsiæ olim religionis Catholicæ ſferuens amore nunc Luthara na & Caluiniana hæreſi inſectum. p.21
Dæmonẽ ſibi occurentem baculo percutit. p.38
Dæmonium a muliere ob ſeſſa ad ſepulchrum Sancti Canonizatione ipſius prædicta expellitur p.111
Dæmoniacus teſtimoniũ dat de B. Hyacinthi gloria & Sanctitate. p.225
Doloribus totius corporis quaſſati per ſanctum ſecundum teſtes & tabulas appenſas ſanati quadraginta vnus. p.220
S. Dominicns ex magna Guſmorum familia ordinis prædicatorum fundator. p.8
Eius nominis interpretatio. p. 12.
Prædicans Romæ Neapoleonem Cardinalis nepotem Suſcitat a mortuis & S. Hyacintum cum tribus ipſius ſocijs religionem ſuam ingreſſum ueſtibus apud S. Sabinam induit. p.17

E

EDucatio S. Hyacinthi. p. 14.
Epiſcopus Cracouienſis Ioannes Prandota de familia comitum Odrouons. S. Stanislaum Martirem in Sanctorum numerum referri pro-

procurat. p. 10.
Gloria S. Hyacinthi ad regna cæleſtia tranſeuntis ui dit. p. eadem ſuſius. p. 48.
Euſtachius comes de Konskie pater S. Hyacinthi. p. 8.
Exemplar commiſſionis factæ a Leone decimo pro inquiſitione uitæ & miraculorũ. S. Hyacinthi. p. 159
Exemplar ſecundæ commiſſionis in eodem negocio ab eodem Pontifice. p. 162
Exordium proceſſus Canonizationis S. Hyacinthi & fidelis eius executio. p. 163

F

Familia nobiliſſima. S. Hyacinthi. p. 8
Familiæ quæ ex ſtirpe. S. Hyacinthi prodierunt. p. 10. & 11.
Febribus diuexati Sancto intercedente ſecundum teſtes & tabulas ad tumbã appenſas ſanati viginti duo. p. 206
Fæminæ illuſtres, quæ ex familia S. Hyacinthi inſigni pietate claruerunt. p. 10
Fratribus ordinis prædicatorum Regni Poloniæ conceditur in illorum Eccleſiis proceſſio cum Sanctiſſimo Sacramento in feſto S. Hyacinthi nondum canonizati. p. 240.
Fratres expanſe pallio ſuper aquas fluminis vandali in alteram ripam traiecit. p. 355.

G

Gneſnæ corpus S. Adalberti Epiſcopi requieſcit p. 394.
Grauiſſimo dentium dolore laborantes ſecundum teſtes poſt vota ad S facta ſanati viginti. p. 189
Gutturis, colli, linguæ, & oris doloribus preſſi per merita S. ſecundum teſtes ſanati viginti ſex. p. 194

H

Habitu a S. Dominico eius ingreſſus ordinem in conuentu. S. Sabinæ induitur. p. 17
Habita ab vno Pontifice de inquirendis miraculis & vita alicuius B. commiſſione:

ne: illo moriente a ſuccedente nouo Pontifice non eſt neceſſe habere aliam. p.164

Hyacinthi nominis ſeptem in catalogo Sanctorum reperiuntur. p.13

Hydropici per merita Sancti ad priſtinam ſanitatem ſecundum teſtes & tabulas ad Sancti ſepulchrũ appenſas reducti vndecẽ. p.213

I

IN diuerſis caſibus ad S. Hyacintum patrocinium ſecundum teſtes & tabulas ad tumbam appenſas conſolati quadraginta ſeptem. p.224

Ingratitudo omnium vitiorũ mater & quomodo illam deſcribit. S. Bernardus. p.2

Ioannes Baptiſta prophetarũ apex. p.8.

B. Iuo Epiſcopus Cracouienſis patruus B. Hyacinthi p.8. ter Romam profectus p.15. metropoliticã Eccleſiã ſuæ dignitatem Lamperto Zulæ amiſſam a Gregorio nono Pont. max. reſtituit. p.16

Poſt multos annos a fratribus ordinis prædicatorũ corpus eius miraculis clarum Cracouiã tranſlatum eſt in illorum templo Sanctiſſimæ Trinitatis deuote conditum fuit. p.eadem

B. Ioannes Cantius Academiæ Cracouienſis profeſſor. p.394

L

LIttera ad diuerſos a pagina 128. vſque ad paginam 281

M

MAre Baltſeum ſiue Sarmaticum Polonos a pluribus nationibus diuidit.

Maria virgo ſuæ aſſumptionis die S. Hyacinto apparet. p.31

Coram imagine frequenter orare ſolitus. p.30

Martinus Lutherus ſaxo omnis perfidiæ & inobedientiæ caput, quo tempore ſuam Hæreſim diſſeminare cæpit p.150. Regna ipſius hæreſi infecta. p.eadem

F. Melchior moſticenſis ordinis

nis prædicatorum Archiepiſcopatum, & duos Epiſcopatus *ſibi oblatos recuſat.* p.61

Miracula plurima narrantur S. Hyacinthi a folio 32. vſq; ad folium 51. & a folio 79. vſq; ad folium 145. a folio 166. vſq; ad folium. 231

Morte ſua prædicta recitans pſalmum, In te domine ſperaui in die aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis *ad cæleſtem patriam commigrat* p. 46

Monialis Sancta eum in cœlum cum Beatiſſima Virgine & angelis conſcendere videt. p.50

Mortuos viuens reſuſcitat. p.32. & 43.

Mortui *votis ad* Sanctum *facti*s *ad vitam reuocati decem & octo.* p.166

Mortuus in die ſepulturæ ipſius ad contactum S. corporis ad vitam reuocatur. p.47

O

Oculorum dolore & cæcitatis caligine laborantes per merita Sancti a dolore leuati & illuminati ſecundum teſtes & tabulas ad tumbam appenſas quadraginta. p.190. *plures vide l 2.*

Odor *ſuauiſsimus ex ſepulchro* S.Hyacinthi. p.94. & 142.

P

Panem tantum comedens & aquam bibens ferijs ſextis & vigilijs Beatiſsimæ Mariæ Virgins: & apoſtolorum ieiunare ſolitus. p.29.

Paralitica *a viuente* S.Sanatur. p.33.

Paralitici & membris diſſoluti per merita ſancti ſecundum teſtes ſanati tres. p. 213.

Pectoris, cordis, ventriculi & interiorem doloribus pleni per vota ad S. factam ſecũdum teſtes & tabulas ad tumbam appenſas triginta ſex. p.197

Pedibus iter cum ſocijs ſemper faciebat. p.45

Pedum & manuum langoribus per merita ſancti ſecundum

cundum teſtes & tabulas ad tumbam appenſas ſexaginta nouem. p.200.

Petrus de villa proſcouo in fluuio viſtula ſubmerſus ad uitam a S. Hyacincho reuocatur. p. 32

Petrus de Gamrathis Archiepiſcopus Gneſnenſis & Epiſcopus Cracouienſis oſſa B. *Vitti Epiſcopi Lubecenſis ex terra eff*uſ*a in honeſtiori loco condidit* p 59

Petrus Miskouski Epiſcopus Cracouienſi oſſa. S. *Hyacinthi in nouam capellam tranſtulit.* p.261

Primus conuentus fratrum prædicatorum in ſeptentrione. p.19

Q

QVidam Eremita lucem ſuper monumentum Sā*cti de cœlo deſcendere vidit.* p.51

R

REligionem S. Dominici *Hyacinthus ingreſſus* p. 15

Radij tres lucidiſsimi de cælo ſuper S. *Sepulchrum deſcendunt.* p.51

Relatio miraculorum S. *Hyacinthi a Cardinale Geſualdo.* p.346

S

SAlomea, Regina. p.395

Segetes grandine percuſſas in priſtinam formam redire facit. p.36

Sex eremita martyres. p.395

Spiritu prophetico S. *Hyacintus prenidet futura.* p.20

S. *Stanislaus Epiſcopus Cracouienſis* & *martyr in Sanctorum Cathalogum relatus.* p.9

Corporis eius tranſlatio. p.32

T

THomas de Aquino doctor angelicus vnde dictus. p.12

Templi loci pro Canonizatione facienda apparatus ſolennis. p.376


V

VIrtutes S. Hyacinthi quibus patrem ſuum S. Dominicum imitatus fulgebat. p 28

Vulneribus varijs conciſi & *morbis laborantes varijs perfecte ſecundum teſtes & tabulas ad tumbam appenſas ſanati uiginti vnus.* d.215.

FINIS.





DE VITA ET MIRACVLIS ET ACTIS

Canonizationis Sancti Hyacinthi Confeſſoris Ordinis Prædicatorum.

LIBRI QVATVOR.

Ad pium Lectorem Præfatio.

ETSI nemini dubium ſit, qui Eccleſiaſticæ hiſtoriæ amore capitur, eiusque libros diligenter euoluit, ac præſertim ſacræ Dominicæ familiæ ab ipſius in vinea Domini primordijs vſq; ad noſtra tempora percucurrit euentus, plures fuiſſe, qui beatiſsimi Patriarchæ noſtri Dominici geſta, vitamque recenſentes de eximia ſanctitate, miraculorumque coruſcatione Beati Hyacinthi, eiuſdem Patriarchæ diſcipuli, & comitis non reticuerint. Quoniam magiſtri, & diſcipuli, patris, & filij, paſtoris, & ouis, prælati, & ſubditi, tanta fuerit vitæ integerrimæ actæ cõcordia, atq; æqualitas, vt qui vtriuſq; virtutes, probitatemque inſpexerit, perſonarum & non

rerum ab ipſis geſtarum, aut virtutum ſimilitudinem intricatur cùm Beatiſſimus pater Dominicus in Beato Hyacintho reſplendens, et Beatus Hyacinthus ab eodem ſanctiſſimo Patriarcha fluenta gratiæ diuinæ recipiens, ac veluti Halizeus Heliæ Prophetæ fidus aſſecla duplici Prophetiæ ſpiritu redundans apparea, Attamen ne diuinorum beneficiorum, quibus nos aſſiduè per ſancti ſui merita conſolatur immemores, atque ingrati videamur (cùm omnium vitiorum Mater ingratitudo, teſte Sancto Bernardo, ſit ventus vrens, exſitanſque, fontem pietatis) operæpretium duxi poſt tot ad gloriam Dei, & ſancti honorem tum adædificationem proximi, ordiniſque ſacri Prædicatorij exaltationem in canonizationis negotio per me emenſos, & perpeſsos labores, quæ à primo ortu atque etiam ordinis ingreſſu, tàm in vita, quàm poſt mortem eiuſdem glorioſi ſancti Hyacinthi, vſque ad noſtra hac tempora geſta ſunt, breuiter, & ſuccintè enarrare.

HOC ſiquidem à me poſtulat, & ordinis ſacri Dominici patris noſtri amor zelusquc fidei, et Animarum ſalus, quæ ex hac ipſa lectione ad virtutum opera non parum poterunt excitari. Principio, igitur prætereundi non ſunt huiuſce laboris ſocij, vel potius authores, & anteſignani, qui etſi non omnia plura tamen de Beato Hyacintho ſcripſere, quam ab ipſis ſperare poſſe videremur, nec ob aliã rationem niſi eam, quam ante ſignificauimus. Sunt autem, viri celeberrimi non ſolum temporis antiquitate, verum etiam fidei authoritate digniſsimi, qui in hanc arenam deſcendentes ſtrenui virtutum, ac miraculorum Beati Hyacin-

thi

thi præcones extitere, Quorum in numero primum obtinet locum vir multiplici ſcientia, clarus Albertus Leander Bononienſis, qui Anno Domini 1517. lib. de Viris illuſtribus edito, magnam, & longam, & de vita, & miraculis Beati Hyacinthi fol. 189. texuit hiſtoriam, quam (vt reor) non aliunde quàm ex Proceſſu *ſub* Clemente Septimo Pontifice *Maximo traxit, ob cuius authoritatem, ſedisque Apoſtolicæ Maieſtatem, quæ eo vſque facta ſunt fidem habere mærentur. Non defuerunt mox, qui eundem imitati, partem, vel ſaltem encomium rerũ à Beato Hyacintho geſtarum ſcriptis mandarint. De his extat liber qui Cronicum* Corpus Poloniæ *inſcribitur, in cuius tomo primo fol. 166. quaſi ſuprema miraculorum inſignia de Beato Hyacintho exponuntur, quod ſcilicet viuens, tres mortuos ſuſcitauerit, & tomo ſecundo fol. 526. deſcribitur magnus eius, immo maximus Zelus in inſtitutione, ac promotione apud* Polonos, *Ordinis* Prædicatorum; *ac non multo poſt, glorioſa eiuſdem ſancti mors enarratur fol. 553. & lib. 3. cap. 23. fol. 85. multa de eadem præclara leguntur, quæ nunc breuitatis cauſa prætereo. Martinus* Cromerus *Epiſcopus Varmienſis* Regni *Poloniæ ſenator, & ſanctæ Memoriæ* Stanislai *Hoſii* Poloni Cardinalis *ſanctitate vitæ, fideiq; Zelo celeberrimi contemporaneus, atque in Eccleſia Varmienſis ſucceſſor ſic ſcribit. lib. 7. Hiſtoriarum Polonicorum; Iuo Cracouienſis Epiſcopus* Romam *veniens à Beato Dominico obtinuit vt ſibi fratrem Iacium ſiue Hyacinthum (poſt mortem in ſanctos relatum) cum ſodalibus concederet, quibus Cracouiæ, &*

alijs Poloniæ locis cœnobia conſtructa fuere. Matthias inde Miechouienſis hiſtoricus. lib 3. hiſtoriæ Poloniæ cap. 32. Tres ſancti Hyacinthi ſocios, rogatu Iuonis Epiſcopi à Beato Dominico receptos nominat, Ceſlaum Polonum, *Hermanum Theutonicum & Henricum Morauum. Hoc idem aſſerit* Ioannes *Herborth. lib. 6. hiſtoriæ* Poloniæ. *cap. 8. Necnon quidam Hermanus Schedel libro qui vocatur mappamundi poſt verba adducta ex europa Pij ſecundi de Regno* Poloniæ *ſic ſcribit. fol. 165. tomo 1. In Cracouia urbe ad ædem glorioſiſſimæ Trinitatis ſic vocatam, eſt celebris ordo Prædicatorum, in ea verò ſacra æde, multæ ſanctitatis vir Beatus Hyacinthus nondum in numerum ſanctorum relatus magnis miraculis redolet Diui Dominici comes. Poſt modicum verò tēpus in Hiſpanias, totumq; occidentem fama beatiſsimi viri euolauit, de quo extat* R. P. *F. Ferdinandi de Caſtilla Hiſpani lib. 1. 0. 48. fol. 103. ſingularis libellus hiſpanica lingua editus, quem poſtmodum, admodum* R. P. *F. Thimotæus Bothonius uicarius generalis ordinis Prædicatorum italico idiomate donauit,* Romæq; *curauit imprimendum. Extat & liber cronicorū, ordinis* Prædicatorum *impreſſas Florentiæ lingua Italica, per R.* P. F. *Seraphinum* Razzium Raguſeum *ſacræ theologiæ magiſtrum, vbi lib. 1. de B. Hyacintho cōmemorat.* Reperitur *quoque Chronicon ordinis* R. P. F. *Antonij Senenſis in quo Beatus idem vir honorificè celebratur, At vero* Polonico *idiomate* R. P. Petrus *Scarga ex ſocietate Ieſu Sereniſſimi* Regis Poloniæ *Sigiſmundi tertij* Eccleſiaſtes *in cathalogo ſanctorum ſub*

Menſe

Menſe Auguſto totam ferè de Beato Hyacintho narrat hiſtoriam. Thomas denique Boccius Eugubinus congregationis Oratorij presbyter, tomo 1. de ſignis Eccleſiæ excuſſo Roma *1591. eiuſdem fol. 252. dat fidele teſtimonium ſanctitatis, & miraculorum. Omnes hi quos retuli mirabili quadam concordia in diuerſis terris, & linguis ſpiritus ſancti inſtinctu commouente glorioſi huius ſancti venturis ſeculis memoriam tradiderunt, quibus tùm ob fidei integritatem, tùm ob pietatis Chriſtianæ excellentiam fides iure debetur; Quãtum vero mihi reliquum ſit laboris facile erit conycere, ſi quis ea, quæ à me ſcribentur cum prædictis authoribus conferre voluerit.* Nam licet in vniuerſum, *vel ſingulariter de glorioſo & Beato Hyacintho plerique ſcripſerint, non tamen ea quæ poſt mortem eiuſdem ſancti, tanta temporum intercapedine contigerunt, vel quæ in gratiam* Canoni*zationis in Archiuio ſiue depoſito, eiuſdem ſancti recondita fuere, literiſque, ac priuilegijs, tam* Regum*, quam Summorum Pontificum ſigillo obſignata vſque ad actum Canonizationis latuere, vel minimo (vt ita dicam) apice ab eiſdem ſcriptoribus memoriæ hominum prodita ſunt; Hæc enim non tàm ad decendos populos, quàm ad aſtruendam fidem circa negotium Canonizationis per ſacram ſedem Apoſtolicam terminãdum, atque finiendum aſſeruabantur. Cum igitur per Dei gratiam, ac Beati Hyacinthi merita eò tandem peruentum ſit, vt ſancti viri conſecratio per tot interualla temporum, ac patrum ordinis ſolicitudinem, & vigilan-*

vigilantia in hac alma vrbe à Chriſti Domini Vicarys ſummis Pontificibus toties expetita per S. D. N. Clementem Octauum Pontificem Maximum ad debitum finem perducta ſit, nihil aliud reſtat, niſi vt ea, quæ hucuſque defuerunt eius gloriæ, & honori ſubſeruientia in lucem edantur. Quæ ſi minus aliquibus ſatisfecerint imbecillitati meæ, & quotidianis, quibus teneor occupation. tribuant. Sin vero ſuas delectauerint mentes; quicquid boni erit, gratiæ meritiſque ſancti Canonizati cenſeant abſcribendum. Hoc igitur opuſculum quatuor partibus comprehendam. In prima de his quæ ad vitæ ſanctimoniam virtutumque fulgorem Beati Hyacinthi pertinent, agitur. In *ſecunda de miraculis, quæ in vita, & poſt mortem patrauit, paucis recenſetur. Tertia breuem eorũ, quæ ante Canonizationem geſta ſunt continet narrationem; litterarum quoque Apoſtolicarum, &* Regalium *authoritatem referens. Quarta denique, & vltima pars de actibus proxime Canonizationem præcedentibus, & de ipſo ſolemni actu, eiuſdem Apoteoſis factæ veram, & ſinceram complectetur hiſtoriam. Cætera ſedulo & pio Lectori inueſtiganda relinquo.*

DE ORIGINE ET *Familia Beati Hyacinthi.*

Caput Primum.

APOSTOLVS Chriſti Ioannes Euangeliſta cap. 1. generationem filiorum Dei pertranſtans ſic ait. Quotquot crediderũt in eum dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, ſed quales? ſubinfert. Qui non ex ſanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque ex voluntate viri, ſed ex Deo nati ſunt. In vijs enim Domini quibus ad æternam beatitudinem progredimur, parum refert quo ſit aliquis ſanguine creatus: non enim dicit Dominus, Iſai. 55. viæ meæ, viæ veſtræ, nec cogitationes meæ, cogitationes veſtræ, & ſecundum apoſtolum Paulum In Chriſto Ieſù, neque Iudæus, neque Gentilis, nec barbarus, nec ſcyta; nec ſeruus, nec liber aliquid eſt, ſed noua creatura, creata in Chriſto Ieſu in operibus bonis, vt ambulemus in illis, verum tamen dicente ſcriptura Deus cum ſit omnipotens, potens non abijcit. Sicut vocauit Chriſtus Petrum, & Andream, filiosque Zebedei piſcatores, Matth. 4. Luc. 5. ſed non reiecit Bartholomæum, Matthiam, Paulum, & Gamalielem, & Natanielem; Eſt enim benedictio pauperum qua dicitur Act. 5. Act. 9. Io. 1. Matth. 5. Luc. 6. Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt Regnum Cœlorum, ſed remanſit benedictio diuitum, vbi dicitur Matth. 19. Amen dico vobis, quod vos qui reliquiſtis omnia & ſequuti eſtis me, centuplum accipietis, & vitam æternam poſsidebitis. Quare nõ fruſtra Beatæ Mariæ Virginis, & Chriſti Ieſù generatio, per Reges, & Duces, & Patriarchas texitur, Luc. 1. cũ magna inter huius mundi homines à magnis Progenitorum

ratio habeatur, & Ioannes Baptiſta ſummus inter natos mulierum dicitur, qui & Chriſti conſanguineus, & ſacerdotis filius, & Prophetarum apex decantatur, Matth. 11. Inter eos igitur qui generis nobilitate, & diuitiarum affluentia alios præcedentes ad Beatæ vitæ, & æternæ ſtudiū conuolarunt, non ſolum Beatiſsimus Patriarcha ordinis Prædicatorum Dominicus, magnæ Guſmanorum familiæ progenies, & Beatus Thomas Aquinatum gloria, ſed etiam Beatus Hyacinthus Comitum de Odrouons generoſa propago, ſingulari Dei oīpotentis gratia vocatus eſt, cuius nobiliſsimæ familiæ vt melius cognoſci poſsit, ſeriē paucis explicabo. Primus ergo huius ſtirpis parens, qui memoretur Anno Dñi. 1080. Saul extitit. Odrouons qui in Poloniæ Regno cū magnis floreret opibus, virtutibus quoque & rerum geſtarum fama præſtaret. huic Saul filius heres ſucceſsit, qui Comitatum de Conskye obtinuit circa annum ſalutis 1140. Sauli duo filij nati ſunt Euſtachius Comes de Conskye de quo filius in terra Camienenſi Beatus Hyacinthus genitus eſt, & alter Iuo, qui poſtea Epiſcopus Cracouienſis Creatus, & Ducis Leſconi Albi Cancellarius Romā veniens pro ſuę Eccleſiæ cauſis ſecū B. Hyacinthum Euſtachij fratris filium, quē Canonicatu Cracouienſi ornauerat, deduxit, & Beatiſsimo Patri Dominico induendum habitu ordinis obtulit. qua de re corpus Cronicum Poloniæ lib. 3. c. 33. ſic habet fol. 85. Suffectus eſt in locū Vincentij Cadlubconis Epiſcopi Cracouienſis Anno Domini 1216. Iuo filius Saulis Comitis de Conskye nobilis de domo Odrovvaſz Cantor Gneſnenſis Canonicus Cracouienſis, & Ducis Leſconis Albi Cancellarius, qui dū pro confirmatione ad Honoriū Papam III. ſe contuliſſet, & per Vgolinū Cardinalē Epiſcopū Hoſtienſem, propter familiaritatē, quā cum eo in ſtudio Pariſienſi contraxerat, omnia ad nutū expediuiſſet, viſis prodigijs ſanctitate, religione, & prędicatione B. Dominici in Poloniā deducēdos

fratres

fratres ſui ordinis petiit,& alios obtinere non valens,quatuor familiares,& comites ſuos ſcilicet:Hyaczkonē, ſiue Hyacinthū canonicū Cracouiensē nobilē de domo Odrouons de Prouincia Opolieñ,& in villa Lanka hęredē. Item Ceſlaum Polonū,Henricū Morauum, & Hermanū Theutonicum per beatiſſ.Dominicum ad ordinem aſſumi obtinuit,& illos in Poloniam deducens S.Dominico ſuperſtite in Polonia ordinem Prædicatorum plantauit,anno autem Domini 1222.communicato conſilio cum Duce Leſcone Albo cum capitulo, & conſulatu Cracouienſi, eccleſiam ſanctiſſ.Trinitatis,quæ matrix,& origo fuit Parrochiarū, & locum ſpacioſum pro monaſterio prædictis fratribus S. Dominici aſsignauit, & ornamentis calicibus, libris,& cęteris neceſſariis dotauit,& prouidit. quę autem & qualis fuerit familia B.Hyacinthi inde probatur. Nam in ſtatu ſpirituali habuit duos Archiepiſcopos. f.Io.de Sproua Comitem Odrouons,Archiepiſcopum Gneſnenſem anno Dñi 1453.qui Elizabeth.filiam Alberti Romanorum,Vngariæ,& Boęmię Regis, & Archiducis Auſtrię,coniugem verò Cazimiri Polonię Regis in Reginam Polonię ſolemniter coronauit, ſepultus Gneſnæ 1464.Et Ioannē Odrouons Archiepiſcopū Leopolienſem Anno 1449. Epiſcopos aūt duos,ſanctū Iuonē de Conskye Comitē aſſumptū anno 1204.& Ioannē Prandotā ex Bialaczevva Epiſcopū Cracouiensē anno 1242.de familia Odrouons,qui cū eſſet Archidiaconus Cracouieñ,& canonicus Sandomirieñ ab Innocentio IV.Epiſcopus creatus,& tandē ab Archiepiſco po Gneſneñ Fulcone eſt cōſecratus.Hic duo memorabilia diuinæ gratię teſtimonia eſt cōſecutus.Primū, quod inuictiſsimū martyrem Chriſti Staniſlaum Epiſcopum Cracouieñ miſsis ad Innocentium Quartum Pontificem Maximum RR.DD.Iacobo de Scarſſouo, & magiſtro Botuino canonicis Cracouienſibus,cum religioſis Beati Dominici, & Beati Franciſci fratribus, apud Aſsiſium, Vrbem

Italiæ anno 1253. obnixis pręcibus magnis ad hoc adhibitis ſumptibus canonizandum, & numero ſanctorum adſcribendum curauit; Alterum eſt quod glorioſum Dei confeſſorem Beatum Hyacinthum ſuæ familiæ lumen, & decus, in die Aſſumptionis glorioſiſsimæ Virginis Mariæ 1257. fœlicem animam Deo reddentem vidit, gloriamque viri Dei ad regna cœleſtia tranſeuntis, ſibi reuelatam conſpexit, vt chronicis eſt teſtatum. In ſtatu autem ſeculari eiuſdem Beati Hyacinthi familia nōminuseſt illuſtrata, protulit enim complures ampliſsimarum dignitatum honore fulgentes. In his Petrum Odrouons Anno 1436. & Andream Odrouons Ruſsiæ Palatinos 1456. Palatinum præterea Podoliæ Ioannem Odrouons Anno 1458. Inter Caſtellanos autem, vt vocant, Ioannem Scecocium Caſtellanum Lublineñ Capitaneum Sandeceñ. 1410. Staniſlaum Odrouons Ducem exercitus regni Poloniæ 1438. Thomam Odrouons ſummum copiarum Polonicarum ducem, Victorem Cruciferorum Theutonicorum 1459. Ioannem Odrouons de Szprovva pari cum imperio exercitus, & apud Lopnkno Tartarorũ expugnatorē 1509 Claruit ex fœminis Magnif. Anna vxor Ioannis Coſtka Palatini Sandomirienſis quæ cũ multam ſanctitate ieiuniorum, & orationum frequentia duraſſet ætatem, fœlicem Domino ſpiritum reddidit anno 1585. Alia verò Catherina de Odrouons Beati Hyacinthi ſtirpe digniſsima 120. annorum virginitate ſeruata in ieiunijs, & orationibus, alijſq; ſpiritualis vitæ operibus: In Przevvorsko diſtrictu Przemiſlieñ ex hac vita migrauit anno 1588. Porrò ex eadem ſancta ſtirpe prodierunt clariſsimæ domus, & familiæ, nimirum domus Sydlouiorum, domus Dambienſciorum, domus Pienanſciorum, Bembnouiorum in Palatinatu Cracouieñ. Itē Gorayſciorum in Palatinatu Ruſsiæ, præterea in Palatinatu, Sandomirieñ, Carsniciorum, Straszouiorum, Cleuiciorum, & Criſcouiorum, in Plocenſi vero, Sypnicuiorum

Chietlinſcio-

Chietlinſciorum, & in Caliſienſi Mieſcoulorum, ex qui-
bus plurimi varijs in locis Palatini, Caſtellani, & Capita-
nei functi muneribus Reipublicæ officia ſtrenuè admini-
ſtrauere. Agnoſcunt, & aliæ eandem originem generoſæ
proſapiæ, quarum nomina recenſere ſuperuacaneum iudi-
co. Hoc ſolum pios liceat munere lectores, ut quo nobi-
liore ſtemate, & ſanguine ſuorum gloriantur, eo maiore
virtutum fulgore elucere contendant. Dedecet enim arbo-
rem generoſam degeneres dare fructus, teſte veritate, quæ
ait Matth. 6. Non poteſt arbor bona malos fructus facere,
nec contra, mala arbor, bonos fructus progignere. Hæc
igitur de huius ſancti familia, & origine dicta ſufficiant.

De nomine Beati Hyacinthi, & interpretatione nominis eiuſdem. Cap. II.

SOlita eſt Diuina prouidentia prædeſtinatis ad vitã ſin-
gularia nomina imponere, quibus effectum aliquem ſi-
gnificare conſueuit, & hoc multiplici ratione, ſecundum
diuerſos reſpectus, ſic Adam vocatus eſt, quia hominum na
turam integram in ſe repræſentauit, Æua quia mater cũ-
ctorum viuentium erat futura, Abel, quia homo poſſeſſus
per Deum, Noe, ideſt, requies, quia per eum a Diluuio na-
tura humana conſeruanda erat, Abraham multarum gen-
tium pater, Iſaac riſus conſolationis, Iacob ſupplantator
fratris Eſau pedem tenens, Moyſes ab aquis ſumptus, Da-
uid, manu fortis, Samſon ſol Domini, Cephas, vocatus eſt
Petrus, Iacobus, & Ioannes filij tonitrui & de Chriſto Ieſu
ſic dicit ſcriptura, vocabis nomen eius Ieſum, ipſe enim ſal
uum faciet populum ſuum a peccatis eorum, & ſic eſt intel
ligendum de omnibus, quos ad ſingulares actus diuina vo-
cauit gratia. Vnde & Baptiſta non Zacharias, ſed Ioannes
uocatus eſt, quia per eum prima cæpit mundo lux ſplende-
ſcere, unde dicitur. Hic venit in teſtimonium, vt teſtimo-

nium

nium perhiberet de lumine. Nec minus beatiſsimus noſter Dominicus (vt cæteros taceam ſanctos) Dominici nomen accepit, quia Dominici gregis cuſtos, & domini nominis in defeſſus declamator, tam in ſe, quam in ſua poſteritate extitit, ſecundum illud Spiritus meus, qui eſt in te, & verba mea, quæ poſui in ore tuo, non recedent de ore tuo, & de ore ſeminis tui a modo, vſq; in ſempiternum. Thomas deniq; doctor angelicus dicitur, quia admirabili ingenio totius ſacræ theologiæ miſteria inſtar angelicæ mentis penetrauit. pro quo diuinū accepit reſponſum, Benè ſcripſiſti de me Thoma quam ergo pro his vis a me mercedē? B. Vincentius, quia blādientē mūdū in ſe, & in alijs deuicit ęternūq; manna promeruit iuxta illud, qui vicerit dabo illi māna abſconditū, & ſedere in throno meo, ſicut & ego vici, & ſedi in throno patris mei, Petrus martyr, verè Petrus, quia Petri fidē, & euāgelicæ diſciplinæ iuſtitiā, vſq; ad ſanguinē, & mortē cōſtanter defendit, ſeruauitq; diuinū præceptum, quo dicitur pro iuſtitia agonizare pro aīa tua, & vſque ad mortem certa pro iuſtitia; vnde & Paulus dicit bonum certamén certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui, &c. At verò Beatus Hyacinthus, qui oras ſeptentrionales lumine diuinæ gratiæ illuſtraturus erat, non immerito nomen accepit Hyacinthi, quod vel lapidis virtutem, vel floris pulchritudinem deſignat. Nam ſingulares actus, quos in Eccleſia Dei erat editurus præſago nomine indicauit, floris enim Hyacinthi nomen retinens quantum ad colorem rubeum, viridi ſimilem, deſignat hominem humilem per cordis obedientiam, floridum per virtutum exuberantiam, purpureum per voluntariam paupertatem, rubeum, per laborum patientiam, viridi ſimilem per cœleſtium contemplationem, reſtrictum per continentiæ puritatem, quæ omnia re, & nomine in ſe; & in ſua poſteritate in Polonia monſtrauit. Quia vero lapidis Hyacinthi nomen quoque ſibi obtinuit, ille eſt de quo ſcriptura dicit, Manus eius tornatiles aureæ plenè hyacinthis,

cinthis ; Lapis enim Hyacinthus (vt qui de his ſcripſerunt docent) eſt lapis fulgidus ceruleus auro ſimilis, & firmiſsimus, peſtiferi aeris nocumentum prohibens, gratumque hominibus ſuum efficit geſtatorem, ſic etiam Beatus Hyacinthus erat fulgidus per Euangelicæ diſciplinę impletionem, ſecundum ſcripturam, Matth. 5. vos eſtis lux mundi, & ſic luceat lux veſtra coram hominibus, &c. Erat ceruleus propter cœleſtium feruorem, & cordis munditiam, ſecundum illud, Beati mundo corde, &c. fuit auro ſimilis propter reſplendētem fraternam charitatem. fuit firmiſsimus, propter fidei Catholicæ in prędicando conſtantiam. fuit peſtiferi aeris nocumentum prohibens propter peccatorum, & hæreſum continuam expugnationem. gratum reddens ſuum geſtatorem propter perpetuam Chriſti Domini, & beatiſsimi patris Dominici virtutum imitationem. Nominis autem iſtius Hyacinthi in Cathalogo Sanctorum, ſiue Martyrologio Romano, ſeptem reperiuntur: primus Hyacinthus martir Romæ paſſus, cuius memoria, 10. februarij agitur. ſecundus Hyacinthus martir, ſub Traiano Imp. Cęſareę paſſus, cuius ſolemnitas 3. Iulij celebratur. Tertius, in Amaſtride ob Chriſti nomen necatur, cuius feſtiuitas 27. Iulij recolitur. At verò quartus Hyacintus martir, ſub Traiano tyranno in portu Romano, ob Chriſti fidem occiditur, & vigeſima ſexta Iulij feſtum diem obtinet. Deinde quintus Hyacinthus cum Alexandro, & Tiburcio martyribus in Sabinis martyrium cōplet, diem nonum ſeptembris ſibi vendicans. Sextus verò Hyacinthus martyr, 11. ſeptembris cum Protho Chriſti martyre paſſus ſub Galieno tyranno feſtiua die colitur. Septimus autem & vltimus Hyacinthus martyr, cum Quincto Fœliciano, & Lutio martyribus paſſus eſt in Luciano, cuius memoria 29. Octobris ſancta recolit eccleſia; Hi omnes prò fide Chriſti martyres glorioſam ſuæ conconfeſsionis coronam fœliciter adepti ſunt; At

vero

verò confeſſoris,& doctoris virtutem,& dignitatem, virginitate,& Apoſtolica perfectione relucentem ſolum Beatũ Hyacinthum hoc nomine Deo ſeruientem in ordine Prædicatorio diuina prædeſtinauit gratia, qui verè ad illius orbis deſerti partes accedens, ſic credentium corda, atque infidelium mentes colluſtrauit, quod inter vitiorum, ac hæreſum tenebras, non ſolum viuus prædicauit, ſed etiam & mortuus, beneficiorum diuinorum, quibus ſanctos ſuos conſeruat, in ſe repræſentans gratiam, prophetauit, ſecundum illud Eccleſiaſt. 48 cuius oſſa & poſt mortem prophetauerunt,& ſecundum illud Prouerb.31.Guſtauit, & vidit quia bona eſt negotiatio eius, ideo non extinguetur in nocte(peccatorum, & infidelitatis) lucerna eius; & ſicut Beatus Patriarcha Dominicus inter tenebras Albigenſiũ & Albanenſium hæreticorum ſuo tempore Eccleſiam Dei diuexantium tamquam ſol emicuit, ſic Beatus Hyacinthus apud Arcturum, & Hiada frigore, peccatorum, & tenebris infidelitatis rigeſcentia pectora calore verbi compleuit, tenebraſq; tàm preſentium, quàm futurarum hereſum lumine doctrinæ, ac ſplendore miraculorum corruſcans inflammauit, illuſtrauit, & diuina charitate impleuit, ita quod vtrique illa quadrat ſententia: Quaſi ſtella matutina in medio nebulę,& quaſi luna plena in diebus ſuis,& quaſi ſol refulgens, ſic iſti effulſerunt in Eccleſia Dei, & ſic patet nominis interpretatio.

De educatione Beati Hyacinthi.
Cap. III.

DE educatione iuſtorum, ſic dicit Spiritus Sanctus; Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas, & oſtendit illi Regnum Dei,& dedit illi ſcientiam ſanctorum, honeſtauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. At vt igitur ad noſtra veniamus, Beatiſsimus Patriarcha noſter

noſter Dominicus iuuentutem ſuam gymnaſio Palentino traduxit, Beatus Thomas ſub manu magiſtri Alberti fluenta ſciētię hauſit. Ita beatus Hyacinthus, ſcholarum quidē ſecularium primam Cracouienſem, ſecundam Pragenſem, tertiam Bononienſem illuſtres Academias magiſtras ſuę iuuentutis habuit. in quibus non ſolum doctrinę claritate verumetiam morum honeſtate decoratus, totum ſe in viuum diuinum eccleſię ſanctę Dei profuturum commutauit. Ac proinde ex poſtrema Academia Bononienſi Sacrę Theologię profeſſor, & Vtriuſque Iuris Doctor Cracouiam reuertitur, ac Beato Iuoni venerabili Epiſcopo Cracouienſi patruo ſuo, qui non minus ſplendore vitæ chriſtianæ, quàm dignitate fulgebat firmiter adhæſit, in quo prædictus Epiſcopus videns gratiam diuinam prælucere, tùm ob conſanguinitatem, tùm ob vitæ integritatem volens ſibi eum adſtringere in Eccleſia Cathedrali Cracouienſi canonicum conſtituit, quo in munere tamquam lucerna ardens ſuper candelabrum poſita, cęteris Canonicis ſplendore ſcientię, morum probitate, vitę excellentia præfulſit, non ſolum præſentibus, ſed etiam futuris in hoc ſtatu exiſtentibus efficax relinquens exemplum.

De Beati Hyacinthi ad Ordinem Prædicatorum ingreſſu. Cap. IIII.

VAriant ſcriptores, diuerſaſque cauſas referunt aduē-tus Iuonis Epiſcopi Cracouienſis Romam, vt liquet ex libris cronicorum, tribus tamen vicibus eum de Polonia Romam acceſsiſſe certum eſt. Primo in legatione Ducis Leskonis Albi, ſecundo in cauſis Eccleſiæ ſuę, & hoc tempore Beatum Hyacinthum, tàm Beato Dominico, quàm ſummo Pontifici obtulit, quo in Poloniam reducto, & monaſterio pro Fratribus Prędicatoribus conſtructo,

& ædificato poſt plures annos tertiò Romam venit, huius autem acceſſus cauſa per Ioannem Longinum, aliàs, Dlugoſſium Archidiaconum Cracouieñ. Cathedralis eccleſiæ virum omni ſcientia clariſsimum. lib. de ſucceſsione Epiſcoporum Polonię tractando de ipſo Cracouieñ. Epiſcopo talis aſſeritur. Huic enim Epiſcopo Iuoni in ſynodo Vratiſlauienſi Laurentius Epiſcopus Vratiſlauieñ. loco cedere noluit, quamuis probaret ſuam prærogatiuam ſedis Apoſtolicæ diplomate. propterea Romam profectus ad Gregorium ix. cum quo Pariſijs amicè vixerat impetrauit ab eo eccleſiæ metropoliticam dignitatẽ, quam negligentia ſua Lampertus Zula ante 150. annos amiſerat. Accepta igitur ſatisfactione cauſarum ſuæ eccleſiæ, in Poloniam rediens poſt ſanctiſsimos pro eccleſiæ ſuę, & feruentes in vinea Domini labores, in ciuitate Vtinenſi ſubmontanis Italiæ Vrbe Alpibus ad fratres prædicatores declinans, feliciſſimamq; animam æternæ beatitudini conſignans, fratribus, & eccleſiæ ipſorum corpus emortuum commendauit, non ſine magnis ſanctitatis indicijs. poſt cuius mortem fratres Prædicatores ſanctiſsimæ Trinitatis Cracouieñ, gratitudinis ergo pluribus annis tranſactis ex Vtino Cracouiam ſolemni pompa ſacrum] corpus eius deduxerunt, & in medio chori honorificè ſepelierunt, non ſine multis miraculis.
Sint diuerſæ licet cauſæ, quæ afferri poſſunt, hæc mihi vna approbari cenſetur non fuiſſe dignum, nec conueniens tantum theſaurum hyperboreis occultare ſulcis, tempuſq; adfuiſſe quo virtutibus reſplendens, Beati Hyacinthi anima ſuper candelabrum eccleſiæ, & in Monte perfectionis christianæ poneretur vt luceret omnibus ad perfectionem christianam ingredientibus, nec licuit per alium, quàm per Summum Pontificem (cum ſit Vicarius Chriſti Domini) talem theſaurum, & talem lucernam repandere: itur Romam, in cauſiſque prætenſis verſatur, nec cogitatur, quid eo tempore de partibus hyperboreis diuina ordinauerat clemẽtia

Præ-

Prædicat Romæ, Beatiſsimus Dominicus pandit vias æternæ vitæ, accendit animos populorũ, diuerſi colla religioni ipſius ſubijciunt, & adhuc latet Hyacinthus in luto conuerſationis ſęcularis nondum radio prædicationis Beatiſſimi patris Dominici repurgatus, & colluſtratus, venitur ad miraculum, ſuſcitatur mortuus, redditur viuus Neapoleon nepos Cardinalis, ſtupent populi, Roma concurrit, & factum adorat. Accedit Hyacinthus adhuc ſæculi conuerſatione detentus, & miraculi perpetratione, Beatiſsimiq; Dominici tanquam ſolis inflãmant radiis accenſus cum B. Iuone Epiſcopo communicato conſilio in corde ſuo deſtinat abiectis mundanæ conuerſationis retibus, Apoſtolicæ perfectionis ſe innodare vinculis. Non eũ familiæ ſplendor, non conſanguineorum numeroſitas, nõ Pontificis antiqua conſuetudo, non canonicatus amor, non diuitiarũ copia, non denique omnes totius mundi illecebræ poterant à propoſito piæ conuerſationis reuocare. Stimulat Põtificem iam bene in religionem Dominicanam animatũ, vt petat ſibi in Regnũ Poloniæ à B. Dominico dari fratres, pulſatur precibus Beatiſsimus Patriarcha Dominicus toties repetuntur ſupplicationes ab Epiſcopo porrectæ, Datur reſponſum à B Dominico ſe non habere illi Regno, qui idiomate ſuo natiuo gaudeat, conuenientem perſonam. & ecce ſtatim diuino impulſus ſpiritu proſilit Hyacinthus, & ſe præſtò, vt alter Iſaias Propheta Beato Dominico offert, petitque humiliter iugum religionis Apoſtolicæ ſibi imponi, quem ſecuti ſocij eius Ceſlaus, Hermanus, & Henricus. Annuit Beatiſsimus Dominicus ſpiritu prophetico prouidens, quantum fructum per Hyacinthum ex animabus hominum erat relaturus, induit eũ habitu in cõuentu S. Sabinę, & quantocius ad normã religionis vna cũ ſociis informãdos ſtatuit. Gaudet Eps quod ſuus nepos primus hãc paleſtrã ingreſſus eſt. At Beatus Hyacinthus in ſpecula perfectionis Chriſtianę

& vitæ apoſtolicæ conſtitutus cogitare cœpit, in quo tantum, ac talem ducem ſub cuius vexillo mundo, carni, & ſanguini erat renunciaturus, & cum hoſte animarum pugnaturus, imitari debeat. & in tantum ſedula animaduerſione vitæ, & bonæ conuerſationis, magiſtriq; ſui B. Dominici imitatione profecit, vt breui tempore totam quaſi naturã, virtutiſque ſplendorem ſui magiſtri ſuperinduerit, totamque perfectionem religioſo debitam (vt humana fert natura) in ſe contraxerit. ita vt non dubium fuerit Beatiſsimo patri Dominico illi tanquam fideliſsimo diſpenſatori ouiũ ſuarum in ſeptentrionalibus plagis curam committere.

De remiſſione Beati Hyacinthi in Poloniam. Cap. V.

CVm igitur Beatiſsimus patriarcha Dominicus Ordinis ſui à Summo Pontifice Honorio Tertio tunc ſacræ Sedi Apoſtolicæ præſidente, confirmationem impetraſſet mox cogitare cœpit, quomodo gratiam ſibi à Deo præſtitam toti orbi Chriſtiano communicaret, & miſsis in diuerſas partes mundi pro plantando ordine patribus, cõmunicato conſilio cum præfato Iuone Epiſcopo Cracouienſi Beatum Hyacinthum poſt voti ſolemnem emiſſionem, atque poſt plenam de plantando ordine ſacro prę dicatorio informationem ſibi datam cum tribus fratribus ſuæ gentis, ſcilicet, Ceſlao, Hermano, & Henrico aſſociatum ad partes ſeptentrionales mittere deſtinauit. Quapropter, ne incaſſum in Poloniam reuerſi, ordinis fundamenta iacerent, Summo Pontifici eoſdem obtulit, atque Breue Apoſtolicum quo munirentur, illudq; Poloniæ præſentarent, eiſdem dari procurauit, dataq; eis, &, Sedis Apoſtolicæ, & ſua ſancta benedictione ad patriam in pace remiſit, qui tranſeuntes per Carinthiam, Theutoniæ partem,

quæ

quæ montes Alpes occupauit prima verb Dei ſemina in ciuitate Frizacenſi ſpargere cœperunt,vbi verbo,& exem plo populum ædificantes primum conuentum receperunt. qui Conuentus poſtea plantandi ordinis per totam montibus interclusſam Germaniam ſeminarium fuit. Itaque B. Hyacinthus prouinciæ Germanıæ Alpinæ,& Tranſalpinę erigendæ primus fundator merito dicitur. In illo igitur prædicto conuentu, ad feruentem inſtantiam populi ſex menſes commoratus numeroſam multitudinem ſacerdotū & clericorum ad ordinem recepit,& ordinis obſeruantiā, vt ex ore Beatiſsimi Dominici Patriarchæ edoctus fuerat relictis poſt ſe & ſanctitatis, & religioſæ conuerſationis exemplis pleniſsimè informauit.ibidemque fratre Herma no Theuthonico ob linguæ proprietatem relicto ipſemet Beatus Hyacinthus cum cæteris ſocijs in Poloniam ſe contulit,quò veniens, Cracouiam Regiam Poloniæ Regum ciuitatem ingreſſus, à canonicis cathedralis eccleſiæ & toto clero, & populo honorificè receptus eſt, quibus Beatus Hyacinthus litteras Sedis Apoſtolicæ,& litteras Iuonis Epiſcopi Cracouienſis protulit, quæ decernebant,vt parrochia Cracouienſis ſub Titulo ſanctiſsimę Trinitatis nominata,abſque mora, & omni difficultate, & contradictione,ſibi deputaretur,& ab eo tempore,non parochia,ſed conuentus fratrum Prædicatorum nuncuparetur, quod Deo cooperante ceſsit fœliciſsimè,omnes enim vnanimiter,tàm clerus,quam populus deuotiſsimè, atque feruentiſsimè,iuſſa Sedis Apoſtolicæ impleuerunt, & cum multis ſumptibus in eodem loco, anno Domini 1217. in honorem ſanctiſsimæ Trinitatis conuentum fratrum ędificarunt,& ſic Beatus Hyacinthus prouinciæ Poloniæ primus fundator extitit, in qua diuerſis in partibus, fundans monaſteria, primus prouincialis fuit, eamque pluribus annis rexit, vt patet ex Calendario antiquiſsimo Leopoli Ciuitate Ruſsię ſcripto. Anno verò 1222. idem

Sanctus miſit fratrem Ceſlaum, qui cum eo à Beato Domi nico ad ordinem receptus fuerat, in Bohemiam, quo in metropoli Bohemiæ ciuitate Pragenſi, cum fratre Hieronymo per Beatum Hyacinthum aſſociato peruenit, ibidemque conuentum Fratrum Prædicatorum, in honorem Sancti Clementis recepit, quem ſub Maximiliano II. Imperatore, religioſi Societatis Ieſu adepti ſunt, & ibi collegium erexerunt, & fratres Prædicatores ad Eccleſiam Sanctæ Agnetis, ad fluuium albim tranſlati ſunt. Quare ab eo tempore, quo ordo Prædicatorũ cæperat Beatus Hyacinthus Prouinciæ Bohemiæ fundator extitit. poſtea vero eũdem patrẽ Ceſlaum in Vratiſlauiam Sileziȩ vrbẽ, relicto Hieronymo in conuentu Pragenſi deſtinauit, vbi idem Ceſlaus in honorem S. Adalberti eccleſiam, & conuentum Predicatorũ ſatis honorificum conſtruxit, ibidẽq; miris prodigijs coruſcãs fȩliciter in Domino quieuit, & ſic patet, quod B. Hyacinthus totius Sileziæ, & Morauiæ Monaſteriorũ auctor fuit. De Beato autẽ Ceſlao, & miraculis per illũ factis, legatur Martinus Cromerus lib. 8. Hiſtoriȩ Poloniæ, circa annũ 1240. & Mathias Miechouenſis. lib. 1. Hiſtoriæ Sarmatiæ Aſianæ, cap. 3. circa annũ Dñi 1241. adquæ deuotum & diligentẽ lectorem remitto; Circa vero annum Dñi 1234. B. Hyacinthus ſe contulit in Pruſſiam, vbi à Principe Suientopelka, magiſtro Cruciferorũ inſulam quandam in mari impetrauit, quam Dantiſcum ſiue Gedanum appellauerunt, (quod hucuſque priuilegiũ fundationis ſigillo Suientopelcæ Ducis communitum teſtatur) cùm enim mare vſque ad oras Culmenſis ciuitatis protenderetur ſpiritu prophetico prouidens, amplam ibi futuram ciuitatem (conuentus enim fratrum ordinis Prædicatorum, ante ciuitatis Gedanenſis conſtructionẽ centum viginti annis in prædicta inſula prior ſtetit) ibi in honorem Beati Nicolai amplum fundauit monaſteriũ, in quo breui tempore tranſacto magna multitudo fratrũ, ex diuer-

ex diuerſis ſtatibus ad ordinem euocatorũ eſt concluſa,& conſtitutionibus ordinisPrædicatorũ plenè informata, Et cũ ad vlteriores Regni Poloniæ partes ſacrũ ordinẽ Prædicatorũ plantaturus ſe conferre inſtituiſſet:cõuentui Gedanenſi fratrẽ Benedictũ ſocium ſuum in Prælatũ conſtituit, cui non ſolũ curã prædicti Conuentus regiminis, verumetiã plantandi ordinis per totã Prufsiã, & Liuoniam ſollicitudinem comendauit. Mare autẽ Balthęũ, ſiue Sarmaticũ, quod ſtricto ſinu Regni Daniæ oras ingrediẽs latè patenti alueo à Regno Poloniæ, Suecos, Gottos, Eilandos, Danos, atq; Noruegas, necnon Lappones, & Filãdos diuidit, Dei diſponente prouidentia, ad quinquaginta miliaria Italica cefsit, (vt cõmuni omniũ voce ex traditione antiquorũ refertur, & Culmenſis ciuitatis quondã emporij Prufsiæ amplitudo teſtatur) relicto portu Culmenſi Gedanenſem portum conſtituit; vbi poſtmodum ciuitas quondã religionis catholicæ feruens amore, tàm ciuium multitudine, quã monaſteriorũ ſplendore, fratrumq; non ſolum Prædicatorũ, ſed etiã aliorum ordinũ multitudine referta, totius Germaniæ quod ad deuotionẽ ſpectat ſplẽdor, & exẽplar extitit, ex cuius ſingulari religione omnes fere totius Chriſtianitatis, ſcilicet Germanię, Anglię, Scotię, Hiberniæ, Flandriæ, & Galliæ, Hiſpaniæ, & Luſitaniæ, Sueciæ, & Daniæ, quę per mare mercium luçra quęrebãt, gaudebant, & ædificabantur prouinciæ. At vero vbi impiæ Lutheranæ, atque Caluiniſticæ, ne dicam Arianæ ſectæ error Pruſſos, & Gedanenſes inuaſit, ingrati Ciues iugum fidei, & fratrum Prædicatorum, (quorum ſubditi quondam communi voce omnium feruntur fuiſſe) excuſſerunt, fratribus Prędicatoribus, atque cęterorum ordinũ religioſis enecatis, alijſq; expulſis. Verum licet omnia monaſteria ad ſuam impiam ſectam vi armorum trãſtulerint, & ex monaſterijs in quibus in Dei laudem, & gloriam caſtitatis vexillum erectum fuerat, lupanaria & impuden-

tium verbi Dei corruptorum exedras conſtituerint; Meritis tamen Beati Hyacinthi (quod piè credo) intercedentibus conuentum fratrum Prædicatorum, quamuis apud Sereniſsimos Sigiſmundum Primum, & Sigiſmundum Auguſtum, & Stephanum Bathoreum Poloniæ Reges maximè, & impiè niterentur, nullo modo Dei, ſic diſponente iuſticia occupare potuerunt. Sic igitur patet quod Beatus Hyacinthus latiſsimè Pruſsiæ monaſteriorum auctor fuit, nam exinde in totam Pomeraniam, Liuoniam, Sueciam, Serbiã, Saxoniam: ordo Prædicatorum breui temporis ſpatio, vſque ad oras ciuitatis Coloniæ propagatus ſe extendit. Beatus igitur Hyacinthus in Ducatu Pruſsię, qui tunc ordinis Cruciferorum Theutonicorum Magiſtro ſubijciebatur benè, atque firmiter fundata religione, memor beatiſsimi Patriarchę Dominici de propagando Prędicatorũ ordine pręcepti, zelo fidei, & animarũ ſuccenſus, in Ruſſię magnam, & amplam prouinciam, (quam maiori ex parte gentilitatis error adhuc detinebat, ſe contulit, ibique, vſque ad magnum Kiouię, quæ totius RuſsięRubeę, & Albę, quę nunc Moſchouia dicitur, longè, lateque dominatũ tenebat ducem penetrauit, verbumque Dei diſſeminans nõ paruum animarum fructum collegit. Inſuper ex Ducis pręfati petitione monaſterium amplum fratrum Prędicatorum in honorem glorioſiſsimę Virginis Marię (quę illic Cracouię in ſplendidiſsima luce, rutilantior ſole apparuerat, deque ſtatu beatitudinis recipiendę, præcumque ſuarum exauditione certum effecerat) ędificauit, fratribuſque digniſsimis, qui eam gentis illius barbaræ nouellam in fide Chriſti plantationem verbo, & exemplo rigare, eſſent idonei, plenam reliquit, eiſque ſocium ſuum dilectiſsimum ſanctitate, & morum honeſtate fulgentem in Pręlatum, & paſtorem pręſtituit, vbi tanta temporum varietate, & intercapedine meritis Beati Hyacinthi, qui per ſemetipſum illud monaſterium Kiouienſe inſtituerat, (licet Tartaro-

rum

rum, & Moſchorum incurſu ciuitas ſæpius exagitetur) hucuſque barbarę illius nationis gentes, lumine fidei per fratres Prædicatores illuſtrantur, & vices Epiſcopi Kiouienſis, qui illic titulum tantum, & non eccleſiam aliquam cathedralem, vel parochialem poſsidet (cum ibi nulla ſit præter Eccleſiam fratrum Prædicatorum Catholica Eccleſia, ſchiſmaticis cuncta loca diuina occupantibus Ruthenis) in omnibus adminiſtrantes Sacramentis, cæteris quoque ad ſalutem æternam, per fratres imbuuntur. Porrò Beatus Hyacinthus ſic Kiouia, Vrbe principali Ruſſorum (quæ propter ingentem murorum vaſtatorum, atque deſtructorũ, qui hucuſque per ſiluas & nemora ad quinquaginta miliaria paſsim cernuntur, circuitum ab antiquo maxima eſſe creditur,) religione benè fundata multiſq; ſingularis ſanctimoniæ poſt ſe relictis teſtimonijs, & miraculorum operationibus, excedit. Poſtmodumque Cracouiam, in qua theſaurum corporis ſui diuina diſponente prouidentia, ſpiritu ad cœleſtia euocato repoſiturus erat, ſe contulit, totius Ruſsiæ Prouinciæ Monaſteriorum erigendorum author exiſtens.

De Monaſterijs fratrum Prædicatorum, quæ in in Regno Poloniæ in vita, & poſt mortem Beati Hyacinthi conſtructa ſiue erecta ſunt.

Cap. VI.

QVoniam non abſonum mihi videtur ad comendandam, & laudibus offerendam Beati viri Hyacinthi in promouendo, & dilatando ordine diuinam benedictionem & gratiam, ac zelum feruentem hiſce ſcriptis inſerere multitudinem Monaſteriorum, que primo quoque tempore Sancto viro adhuc ſuperſtite, vel non multo poſt tempore ipſo vita defuncto piorum virorum, & in ordinem Prędicatorum, bene animatorum benefitio erecta

& con-

& conſtructa ſunt, non pigeat deuotum lectorem naſcentis tunc ordinis faciem conſpicere, & quę per Beatum Hyacinthum, eiuſque ſocios ad gloriam Dei patrata ſunt patienter, & auidè perluſtrare, quę per ordinem in tali ſunt numero.

In Minori Polonia.

CONuentus Cracouienſis, per ipſummet Beatum Hyacinthum erectus, & ędificatus qui, ſicut antiquitate, regalis vrbis maieſtate, ſitus amplitudine, loci amęnitate, ędificiorum ſplendore, ſic etiam obſeruantię regularis, & vitæ religioſæ puritate, & integritate, facile pręcellit alios, cui ad meritum acceſsit octo Sanctorum virorum corpora, (inter quos primum locum ſacrum corpus Beati Hyacinthi obtinet) poſsidere. Ex quo Conuentu ampliſsimo, (in quo adhuc ſuperſtite viro ſancto illo fælici ſæculo ducenti Fratres vita, religione & doctrina inſignes manſerunt) in totam Prouinciam ſemina doctrinæ Chriſtianæ, & ſanctarum virtutum, per Dei gratiam ſparguntur, & ſtudium generale à pluribus Capitulis generalibus confirmatum, multiſque priuilegijs Sedis Apoſtolicæ, & Reuerendiſsimorum Generaliũ Magiſtrorũ ordinis adornatũ, pro ſuo decore poſsidet. Sandomirienſes Conuentus duo, ſcilicet S. Iacobi Apoſtoli, & Sanctæ Marię Magdalenę. Demum Liublinenſis, Bochnenſis, Petricouienſis, Oſuecimenſis, Opatouicenſis, Zmigrodenſis, Lanzutenſis, & Monialium tertij habitus ſororum, Cracouiæ vnus.

In ma-

In Maiori Polonia.

CONuentus Poſnanienſis loci amenitate conſpicuus, religione, & deuotione non poſtremus, & per fratrem Seuerinum ſacræ theologiæ magiſtrum Cracouien. dum prioris Poſnanienſis, & Vicarij Maioris Poloniæ munus obiret villæ Multhouo perpetua poſſeſsione donatus,& ad priſtinam formam regularis obſeruantiæ cenſibus, & redditibus adauctis reductus. Sredenſis, Coſtenſis, Vuroncenſis,Zninenſis,Slupcñ.Breſteñ.& monialium duo in ciuitate Poſnanienſi, vnus ſororum de obſeruantia benè dotatus, & alter ſororum tertij habitus de pœnitentia ſancti Dominici.

In Ducatu Silezia.

VRatislauienſis conuentus amplißimus quondam, priuſquam hæreſes inſurgerent à centum, & quinquaginta fratribus inhabitatus, in quo eiuſdem monaſterij fundator,à Beato Hyacintho miſſus ſanctus Ceslaus miraculis corruſcans requieſcit. Demum Suidnicenſis, Glogouienſis, Opauienſis,Ratiborienſis,Brezenſis, Opolienſis, Cziesſinen̄ Franchineñ. Gribſualdeñ. Legniceñ. monialium verò de obſeruãtia Ratiborienſis vnus,amplis poſſeſsionibus locupletatus.

In Ducatu Pruſſia.

GEdanenſis conuentus,per Beatum Hyacinthum conſtructus, ædificiorum latitudine, & altitudine ampliſsimus, & antequam ab hæreticis ſpoliaretur de poſſeſsionibus benè prouiſus, & quondam à centum, & octuaginta fratribus inhabitatus. Demùm Culmenſis. Thorunenſis,Elbingenſis,Regiomontanus, Derſouienſis,

monialium verò de obſeruantia Gedanen. vnus, ſed ab hæreticis occupatus.

In Ducatu Mazouiæ.

PLocenſes duo ſcilicet Sanctæ Trinitatis, & ſancti Dominici. Demū Louicieñ, Breſtenſis, Siradienſis honeſte dotatus Lencicienſis, Varacenſis, Sochaczouienſis.

In Ducatu Ruſſiæ.

COnuentus Leopolienſis fratrum reformatorum optimę dotatus Kiouienſis. Camenecenſis, Præmiſlienſis, Samborienſis, Belzenſis, Luccoorienſis. Hrodleñ. Hrubieſſouienſis, Moſticenſis, Volodimirienſis. Moſticenſis. Olicenſis.

In Docatu Lithuaniæ.

COnuentus Vilnenſis bene dotatus. Conuentus Kigenſis. cæteri temporum iniuria conſumpti, vel deperditi.

In Regno Bohemiæ.

COnuentus Pragenſis ſancti Clementis, quem nunc Patres ſociet. Ieſu obtinent, loco verò iſtius conuentus ſanctæ Agnetis. Demum Pilznenſis, Znoymenſis, Hradicenſis, Iablonenſis, Liuthomiricenſis, Budeouicenſis, Iglauienſis, Olomucenſis, Bernenſis, Vſtenſis, monialium verò de obſeruantia Pragenſis vnus, Olomucenſis alter, tertius Bernenſis, hi omnes Bohemiæ, & Morauiæ Conuentus antea ſub vno prouinciali Poloniæ tenebantur, quo etiam tempore Regnum Poloniæ, & Regnum Bohemiæ ab vno Rege Poloniæ gubernabantur, verum circa

annum Domini milleſimum quadringenteſimum ſecundum. (vt infra patebit) à Prouinciali Poloniæ. Patres prouinciæ Bohemiæ defecerunt, & ſibi ſingularem Prouinciam conſtituerunt. prouincia autem Theutoniæ, licet à prouincialibus Poloniæ multis annis gubernaretur, eo quod Beatus Hyacinthus, omnium primus fundator erat, tamen poſt modum, cum in multos conuentus Germania excreuit, nec cōmodè à prouincialibus Poloniæ ob diſtantiam loci viſitari, & regi potuit poſt mortem Reuerendi patris fratris Petri Vaſerhab, natione Theutonici prouincialis Poloniæ in capitulo Generali Lugduni Galliæ celebrato à prouinciali Poloniæ defecit, & per ſe vnam latiſsimam prouinciam Theutoniæ conſtituit. Prouincia vero Vngariæ, quæ eſt Regno Poloniæ propinquiſsima, & conuicina, licet per Beatum Hyacinthum erecta fuiſſe credatur non tamen hiſtoriæ veritas de ipſa aliquam mentionem facit, ideo miſſam faciemus, Ad Regnū autem Sueciæ, et Daniæ quod viginti octo conuentus, antequam illud damnata hæreſis Lutheri occuparet, habuit, quomodo religionis Beati Dominici cognitio peruenerit penitus ignoro, exiſtimo autem, patres prouinciarum, Saxoniæ, Pomeraniæ, & Pruſſiæ, qui ſtricto alueo maris à Dania & Suecia diſtinguntur ex comiſsione *Beati* Hyacinthi, qui quadraginta vno anno iſtas prædictas prouincias moderabatur. Patres & frates pro conuētibus erigendis in eas partes, quæ linguæ proprietate ſecum cōueniunt, miſiſſe & diſtinaſſe. Concluditur ergo ex præcedenti inductione omnium prouinciarum ſeptentrionalium Beatum Hyacinthum ex commiſsione Beatiſsimi Patriarchæ Dominici, primum fundatorem, Ducem, & Prælatum fuiſſe, licet etiam aſſeuerandum ſit, quod Beatus Dominicus, ad inſtituendum ordinem Prædicatorum in ſuperiorem Germaniam, & ad partes Regno Poloniæ maximè diſtantes alios patres delegauerit.

De

De virtutibus magnis Beati Hyacinthi quibus patrem ſanctum Dominicum imitatus ſulgebat. Cap. VII.

DE viris iuſtis laude dignis, ſuam ſic profert diuina ſcriptura ſententiam: dicens, Sapientiam ſanctorum narrant populi, & laudem eorum anuntiat Eccleſia, & alibi, Homines diuites, in virtute pulchritudinis ſtudiũ habentes in generationibus gentis ſuæ gloriam adepti ſunt, & in diebus ſuis habentur in laudibus. Qui de illis nati ſunt reliquerunt narrandi laudes eorum, hi ſunt viri miſericordię, quorum pietates nõ defecerunt, cum ſemine eorum permanent bona, hæreditas ſancta, nepotes eorum, & in teſtamentis ſtetit ſemen eorum, & filij eorum, propter illos vſque in æternum manent, ſemen eorum, & gloria eorum non derelinquetur, corpora ipſorum in pace ſepulta ſunt, & nomen eorum viuit in generationem, & generationem. In creaturis autem viſibilibus creauit Deus duo luminaria magna, luminare maius, quod præeſſet diei nempe ſolem, & luminare minus, quod præeſſet nocti, ſcilicet lunam, & ſtellas, quæ à ſole lumen participant, ſic diuina prouidentia Beatiſsimo Patriarchæ Dominico Beatum Hyacinthum ſubalternauit, quod primus quidem totius occidentis lumen exiſtat. Inde eſt quod per ſe Italiam, Hiſpaniam, & Galliam, tamquam ſol proprium hemiſpheriũ illuſtrauerit. At verò ad tenebras ſeptentrionales, gelidumque arcturum, & orionem, Deus qui fecit lumen de tenebris ſplendeſcere, Beatum Hyacinthum tamquam iubar fulgidum mediante S. Dominico præelegit, de cuius laudibus hæc pauca ſubintuliſſe ſat erit. Fuit enim Beatus Hyacinthus, ſicut & Beatus pater Dominicus; corde humilimus, virginate puriſsimus, Dei & proximi charitate ferventiſsimus, cibi potusque abſtinentiſsimus, fidei prædica-

tor

tor zeloſiſsimus,blaſphemiarum, & hæreſum expugnator fortiſsimus, ſpe in Deum firmiſsimus, malis proximi com patientiſsimus, in mandatis diuinis obſequentiſsimus, religionis propagator vigilantiſsimus, in deuotione, & oratione perſeuerãtiſsimus,in peccatorũ hominũ ad Deũ conuerſione admirabilis, conſilio prudens, religione deuotus, laboribus fortis, & Dominici gregis cuſtos ſtrenuus, aliisque virtutibus clariſsimus. In his autem tribus Beatiſsimum patrem Dominicum eſt imitatus, quæ ſi hominibus ſenſualia oblectamenta quærentibus, vel minimam portiunculam recenſere voluerimus, quaſi incredibilia videbuntur. Erat enim ei,quemadmodũ & patri eius S. Dominico in Eccleſia pernoctandi conſuetudo creberrima;vt vix, aut rarò certum ad quieſcendum locum habere fuerit deprehenſus: namque corporis membra debilia die noctuque orationibus, contemplationibus, lectionibus,diſputationibus, prædicationibus,confeſsionum audientiis,aliiſque bonis operibus,& ſacris vigiliis fatigata, ante altare ſuper lapidem, aut ſuper nudam terram capite reclinato modici ſomni refocillata ſolatio, ad ſanctas vigilias,arduoſque labores iterum excitabat. Conſiderabat profecto vir Dei corpus quod corrumpitur animam aggrauare,& ſenſum deprimere plurima cogitantem:non oblitus fuerat Saluatorem, ſuis dilectis diſcipulis prædicaſſe. Vigilate,& orate ne intretis in tentationem: ſpiritus quidem promptus eſt,caro autem infirma. Qui enim ſeruum ſuum, iuxta ſapientem in adoleſcentia delicatè nutrierit, ipſum ſentiet etiam in ſenectate contumacem. Nam caro aduerſus ſpiritum concupiſcit: vt difficillimum ſit dare palmam ſpiritui, niſi prius carne calcata. Quare vir Dei Hyacinthus,corpus ſuum ſpiritui ſeruire compellens: corrigiis nodoſis vſque ad ſanguinis effuſionem ſingulis noctibus affligebat, omnibus ſextis feriis, & vigiliis Beatæ Mariæ Virginis,

&

& Apoſtolorum in pane, et aqua ieiunabat, vinum, aut ra rò, aut limphatiſsimum vix deguſtabat: vt potius delibaſſe quam vinum bibiſſe ſit dicendus. Hæc & huius generis, alia quàm plura ſimilia vir Dei operabatur quę nobis admiranda magis quàm imitanda proponuntur. Verum ſi & nos aliquando excitaremur ad bonum, non tàm difficilis appareret via cœlorum, neq; manus Domini cuipiam abreuiata deeſſet, ſi Spiritus ſancti motionibus conſentiret. Omnium igitur virtutum ſplendore ſanctus iſte mirum in modum fulſit, Ineratque ei profundiſsima cordis humilitas, pudicitiæ virginalis caſtitas admiranda, Dei & proximi charitas maxima. Nam tàm piis in afflictos charitatis viſceribus mouebatur, vt vbicumque plorantem aliquem, aut alia quauis neceſsitate laborantem inueniſſet, à lachrymis ſe continere non poſſet: immo, quia gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus ad ſui patris imitationem ſibi proprium vendicabat, fuſis in oratione abundantiſſimis lachrimis, prò tribulatis diuinam clementiam implorabat. Nullum vel minimum temporis ſpatium ſibi inutiliter præterire ſinebat: ſed totum diuinis obſequiis mancipando, ſemper aut ſtudebat, aut prædicabat, aut confeſsiones audiebat, aut ſcribebat, aut infirmos viſitabat, & conſolabatur afflictos: aut quod ſibi dulcius crebriusque, ac familiare videbatur, deuotiſsime perorabat. ſicque verbo, & exemplo ad bonorũ operum frugem bonos, & malos mirabilitet promouebat.

De Aparitione Beatiſſimæ Virginis Mariæ Beato Hyacintho. Cap. VIII.

ERat autem ad exemplar ſancti Dominici Beatus Hyacinthus glorioſiſsimæ Virgini Mariæ deuotiſsimus, ita vt omnia ſua opera dies noctesque coram imagine

eiuſdem

eiuſdē diligenter, & feructer atq; cū lachrimis cōmendaret, vnde contigit quadam die ſolēni aſſumptionis eiuſdē, glorioſæ Virginis, eundem ante altare eiuſdem in Eccleſia Cracouienſi Fratrum Prædicatorum feruentius orantem, & in oratione magnitudinem miſterij, & immenſæ gloriæ eiuſdem virginis, quæ hac die conceſſa erat contemplantem raptum fuiſſe ſpiritus dulcedine, & præ nimio gaudio lachrimis offuſum, per omnia miſteria incarnationis deuotè diſcuriſſe, atque in ſuo corde per deſiderium æternæ beatitudinis inflammatum fuiſſe. Cùm vero ex intenſiſsimo affectu, vt admitteretur ad æternā gloriam per diuinam gratiam, lachrimabili voce deprecatus fuiſſet, ecce ſubito vidit maximam lucem ſuper altare deſcendere de cœlo, cuius ſplendore oculi ipſius dulciter reuerberabantur. In medio vero illius ſupernaturalis lucis æternæ beatitudinis, Regina mater Dei, videbatur ſenſibiliter apparrere, quæ dixit ad eum, Fili Hyacinthe, gaude, quia orationes tuæ acceptæ & gratæ ſunt in conſpectu filij mei Saluatoris omnium, & quicquid petieris nomine meo mediante, per me apud eum impetrabis. Atque his dictis cum illa admirabili luce, & melodiæ angelicæ concentu ferebatur in cælum, poſt ſe dulcem armoniam, & admirabilem ſuauitatis odorem relinquens, quē humana lingua æternis non aſſueta explicare non poteſt. Poſt igitur hanc viſionem, & dulcem allocutionem Beatus Hyacinthus plurimum recreatus in tantam fiduciam excreuit, quod etiam impoſibilia naturæ humanæ, factibilia tamen per Dei potentiam cito & facile à Deo impetraret, & extunc per diuinam virtutem miraculorum operationi ſe accinxit, quæ poſt temppora Apoſtolorum, valdè paucis conceſſa leguntur. quæ ex ordine ſingula recenſebuntur; viſionem autem Beatus Hyacinthus ſub ſecreto reuelauit, Floriano, & Godino Fratribus eos inuitando ad Glorioſæ Virginis ampliorem deuotionem, aſſerens

tens eam protectricem ordinis, & ſpecialem conſolatricem filiorum Beati Dominici exiſtere.

De ſuſcitatione mortui, per Beatum Hyacinthum.
Cap. I X.

ANno Domini 1221. in die Tranſlationis Sancti Stanislai Martyris, qui eſt Patronus Regni Poloniæ; contigit Beatum Hyacinthum iter facere ad locum dicti patroni, qui dum tranſiret nauigio Vandalum fluuium, qui latinè vocatur, Iſtula, eo quod aqua mirũ in modũ excreuerat, inuenit in littore multitudinem nobilium, & ſimplicium plangentium ſuper corpus cuiuſdam nobilis, nomine Petri de Villa, quæ vulgariter dicitur Proſchouo, qui raptu fluuij de equo cadens ſubmerſus fuerat, cùm igitur Beatum Hyacinthum vidiſſet mater ſubmerſi Domina Falislaua, eo quod nouerat vitam eius ſanctam, & conuerſationem Deo gratam, procidit ad pedes eius cum lachrymis dicens: homo Dei Pater Hyacinthe ſcio te eſſe famulum Dei deuotum, & plenum pietate, & miſericordia, vide nunc meam miſeriam, quia vnicum filium habui, quem nunc mortuum video, quid miſera nunc faciam? quia orbata ſum marito, & filio chariſsimo. Tunc Beatus Hyacinthus miſericordia motus qua affluebat profuſis lachrymis, diſcedens à multitudine flexis genibus orauit, & reuerſus ad corpus, dixit ad matrem defuncti: Filia Falislaua, quando ſubmerſus eſt filiuus tuus? Reſpondit, heri hora veſpertina, ſed primo hodie inuentus eſt; ideo dilecte pater conſoleris me miſeram, Tunc Beatus Hyacinthus accedens ad corpus accepit manum defuncti, & dixit, Petre Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cuius gloriam ego prædico per interceſsionẽ Beatiſsimæ Virginis Mariæ reſtituat te vitæ priſtinæ. Qui ſtatim ſurrexit, gratias Deo agens, & famulo ſuo Beato Hyacintho. Hoc miraculum

culum proteſtati ſunt, qui oculis propriis viderunt, videlicet dominus Laſzota miles, dominus Zegota Pincerna, dominus Prandotha Decanus Eccleſiæ Cathedralis, qui poſtea factus eſt Epiſcopus Cracouienſis, & dominus Philippus Canonicus eiuſdem Eccleſiæ, & præter hos multitudo innumerabilis ſexus vtriuſque.

De vnius nobilis Paralyticæ curatione.
Cap. X.

ANno Domini. 1222. in craſtino ſanctiſs. Trinitatis, quædam generoſa domina, quæ Iudka de Koſczieliecz vocabatur, pcuſſa paraliſi in lingua ita vt nec loqui, nec verbum vllũ formare poterat, habuitq; filium nomine Prandotham: qui naturali affectu matri compatiens, non modicam pecuniam in medicis conſumpſerat, quibus non proficientibus, humanoque adiutorio deficiente, matrem paraliticam ad Beatum Hyacinthum cuius ſanctitatis famam audiuerat, Cracouiam deduxit, vocatoque Beato viro dixit: O fœlix Hyacinthe, ecce filiam tuam matrem meam ad te adduxi, quæ nec loqui, nec verbum vllum formare poteſt, iam amplius quàm ſex hebdomadis, quare te obſecro, vt eam per tuam interceſsionem adiuues. Tunc dixit ſanctus vir: Filia mea Iudka, Dominus Ieſus Chriſtus liberet te àb hac infirmitate, & reſtituat tibi modulos loquelæ, & ſtatim ſolutum eſt vinculum linguæ eius, & cœpit diſertè loqui benedicens Deum, qui talia operatur per ſanctos ſuos, huic curationi multi interfuere vtriuſque ſexus.

De cuiuſdam agonizantis ſanatione.
Cap. XI.

QVædam domina ægritudinę mortali percuſſa deuenerat vſque ad extremam horam,& deſperans de humano adiutorio ſanctum Hyacinthum ad ſe vocauit; petens cum lachrimis, vt ſibi manus imponeret, qui cùm veniſſet ad eam dixit ei: O felix Hyacinthe, quid faciam ſi oratio tua mihi non proficiet ad ſalutem? Quapropter obſecro te, vt miſericordiæ diuinæ auxilio expoſtulato manum capiti meo admoueas. Cùm verò ſanctus vir adhibita manus impoſitione, altiſsimum pro ea deprecaretur: ecce ſubito omnibus ad miraculum ſtupentibus ab imminente morte liberata,& perfectę ſanitati per merita Beati Hyacinthi, eſt reſtituta. Hoc factum fuiſſe proceſſus teſtatur Anno Domini 1222. in die ſancti Hieronymi.

Quomodo Beatus Hyacinthus apud Viſſogradum vrbem Mazouiæ *inuicta fide, & ſpe in Deum ſuper aquas fluminis Vandali cum fratribus ſuis ambulauit.*
Cap. XII.

COntigit Beatum Hyacinthum in Ducatu Mazouiæ in diſtrictu Plocenſi Viſſogradum Ducis Mazouię vrbem, prædicando verbum fidei attingere, vbi ex altera parte fluminis ad vrbem pro prædicatione properanti, per tumentem Vandalum fluuiũ, qui eo tempore ſupra modum alueum ſuum exceſſerat, tranſeundum erat. Cùm verò nullam nauem, vel nautã inueniret, qui ipſum in aduerſam ripam traiceret, deſtitutus humano auxilio, ſpe in Deum,& firma fiducia erectus ad eos qui ſecum erant

Godi-

Godinum Florianum, & Benedictum fratres corde deuoto, atque conſtanti verbum depromens dixit, Fratres chariſsimi, oremus Omnipotētē Deum, cui cœlum, terra, mareque, & fontes aquarum obediunt, vt nos hunc fluuiū rapidum & profundum tranſire faciat, quibus ad iuſſa ſancti ad orationem genua flectentibus, Deumque præcantibus Beatus Hyacinthus ſe erexit, & impreſſo in Vandalum fluuium Dominicæ crucis ſigno calcare aquas deſuper cæpit, quæ illi ad modum ſolidæ materiæ diuinum obſequium præſtitere, Tunc dixit ad ſocios præcedens ipſos ſuper vndas aquarum, ſicco calcaneo, ſequamini in nomine Chriſti veſtigia mea, & in virtute Omnipotentis nequaquam diffidite. At vero fratres ſocij ad tàm ſtupendum miraculum attoniti, minusque fidei Apoſtolicæ innixi eius veſtigia ſequi non præſumpſerunt. At ille ad eos conuerſus, depoſitamque cappam ſuper undas expandens dixit ad fratres, vt quid dubitatis chariſsimi filij, factoque iterum ſigno ſanctæ Crucis ſic ait, Iſte ſit pons Ieſu Chriſti, ſuper quem in nomine eius tranſeamus, per hanc aquam nimiam, & tranſierunt ſubſtratis ſibi ad ſolidæ materiæ modum fluminis vndis Sancto Hyacintho cappam in qua ſtabant verſus ciuitatem dirigente, quod videntes illius ciuitatis homines, ſupraque modum ſtupentes admirati ſunt benedicentes Dominum, qui mirabilia in ſanctis ſuis facit opera. Hoc miraculum non ſolum veritas hiſtoriæ atteſtatur, de quo ſcribit Matthias Miechouienſis Cracouienſis Eccleſiæ Cathedralis Canonicus. lib. 3. Hiſtoriarū Polon: cap. 13. Fernandus de Caſtilla, Albertus Leander, & cæteri Dominicanæ familiæ Hiſtorici, locis, vt ſupra in præfatione poſitis atteſtentur: verumetiam communis vox totius Regni Poloniæ. Quidam etiam aſſerunt ſereno tempore ſuper fluuium hucuſque notabiliter ſancti veſtigia aquæ currenti impreſſa apparere, nec ulla temporum iu-

tercapedine deleri ad perpetuam diuinæ potẽtiæ gloriam, & ſancti ſerui Dei commendationem.

Quod Beatus Hyacinthus apud Kiouiam vrbem eadem fide in Deum Boriſtenem fluuium vulgo Niepr cum imagine glorioſæ Virginis alabaſtrina ſiccis veſtigijs calcando traiecit. Cap. XIII.

LIcet apud ſupradictos hiſtoricos de hoc ſequenti miraculo nulla ſit mentio, vel ſaltem veritatem hiſtoriæ confundant, qui Kiouiam Mazouiæ vrbem eſſe exiſtimant,& Viſſogradum Moſchouiæ ciuitatem, cum vna ab altera pluſquam ducentis, & quinquaginta leucis diſtet. Nihilominus tamen ex proceſſu authẽtico per iuratos teſtes coram Commiſſariis ſedis Apoſtolicæ deponentes veritas facti eſt probabilis,& fide digna, prædicti enim teſtes Dorothea Pilauina, teſtis 115. & generoſus Dominus Stanislaus Gursky Vicecapitanus Cracouienſis teſtis. 153.& generoſus Dominus Ioannes Pieniazek Iudex terræ Cracouien. & Cauſarum coram Maieſtate Regia refferendarius teſtis 408. corporali iuramento depoſuerunt ſe apud Kiouiam Rußiæ vrbem vidiſſe, veſtigia ſuper aquam rapidiſsimi Boriſtenis fluuii impreſſa per totum fluuium de rippa in rippam vnius hominis, quæ omnium fama communi, & voce, Beati Hyacinthi eſſe ab omnibus populis dicuntur. Hiſtoriæ autem veritas ſic ſe habet, Cum etenim Beatus Hyacinthus à Kiouiæ Duce locum pro monaſterio conſtruendo impetraſſet, & ibi quinque annis continuis prædicando, & monaſterium conſtruendo numeroſam multitudinem ad Chriſtum conuerteret, & conuentum fratrum inſtituiſſet, quodam tempore, cùm iam in Poloniam redire ſtatuerat ipſo ad altare ſacra miſte-

myſteria perficiente, ſeque deuotiſsime diuinæ prouidentiæ commendante, ecce ſubito ex repentino Tartarorum incurſu clamor in vrbe exortus eſt, qui cum ad fratres conuentus perueniſſet, ipſi nimio terrore perteriti ad ſanctum virum diuina myſteria peragentem in Eccleſiam accurerunt, & conclamantes dixerunt. O Beate Pater actum eſt de nobis, fugiamus quantocius, vt poſsimus infidelium Tartarorum manus effugere, qui violenta iam manu portam monaſterij effringunt, quo audito vir ſanctus cum omnibus aliis fratribus ſic vt veſtibus ſacris indutus erat, Accepto ex ſacrario diuiniſſimo ſacramento fugere cæpit. & cum mediam Eccleſiam tranſiiſſet, imago Glorioſæ Virginis ex lapide alabaſtrino pondere quatuor, vel quinque talentorum magna voce poſt ipſum clamare cæpit: O fili Hyacinthe effugis manus Tartarorum, & me cum filio meo diſſecandam, & conculcandam relinquis. accipe me igitur tecum. Ad cuius vocem attonitus ſanctus Hyacinthus dixit, O glorioſa Virgo, eſt nimis grauis iſthæc imago tua, & quomodo eam aſportare potero? reſpondit Virgo. Accipe, quia alleuiabit pondus filius meus, quo audito ſanctus vir, vna manu ſacrum Chriſti corpus tenens, altera imaginem baiulans, quæ illi arundine leuior eſſe videbatur: per medios infideles, qui monaſterium depopulabantur, ſanguineque omnia replebant, illæſus vna cum fratribus portam exiuit. Et per Boriſthenem fluuium ſubſtrata fratribus ſuis cappa ſiccis pedibus in alteram partem fluminis traiecit. proinde & ſe, & ſuos fratres à periculo liberauit. Ad cuius miraculi viuum, ac ſempiternum teſtimonium in fluuio hoc rapidiſsimo ſemitam reliquit, quam ſe vidiſſe prædicti teſtes ſub iuramento affirmarunt. Imaginem vero illam ſecum vſque Cracouiam detulit; quæ ad pondus ſuum primum, quod lapidi natura dederat iterum

rediens à populis hucuſque in veneratione habetur. Sunt etiam aliqui, qui à ſuis ſenioribus ſe audiſſe perſeuerant affirmare, quod Beatus Hyacinthus idolum quoddam in medio fluminis prædicti ſuper quadam inſula erectum, quod ab illo populo adhuc infidelitate detento pro Deo colebatur demoliri volebat: & quia naui caruit accenſus fidei zelo ſuper aquas ambulans vſque ad idolum peruenit, & illud ad terram deiiciens in fruſta contriuit, atque dum reuerteretur per vndas, vt primo calcás Diabolũ in ſpecie hominis in medio fluuio ſibi cõtrarjó occurrẽtẽ habuit, qui tali voce ad eum prolocutus eſt: O infælix Iaczko cur me his locis in pace regnantem deturbaſti, nunc etenim propter tuam fidem & orationem cogor recedere. Sanctus autem vir cognoſcens in ſpiritu ipſum fuiſſe Diabolum cum ira in ipſum exardeſcens baculo ſuo cui nitebatur eum percutiens, vſque ad rippam poſt ipſum currendo ſuper aquas fluuium traiecit. Atque ibidem dæmone diſparente ad conuentum Kiouienſem rediit. Cuius miraculi licet teſtes abſint, & ſcripturæ, non tamen traditio & picturæ, nam in pariete Eccleſiæ conuentus Cracouien. à ducentis, & octuaginta annis, inter cætera ſancti viri miracula hoc ſpectrum B Hyacinthi cum dæmone in medio flumine luctantis depictum, fidem aliquam probabilem intuentibus præbet.

De miraculo Quod B. Hyacinthus in ſegetom à grandine percuſſarum erectione perpetrauit. Cap XIV.

ANno Domini 1238. Cùm Beatus Hyacinthus ex Kiouia Ruſſorum Metropoli Cracouiam rediſſet, quædam matrona nobilis nomine Clementia de villa Koſczieliecz, audito viri ſancti regreſſu cum magna deuotione (vt pote confeſſorem ſuum) Sanctum Hyacinthum de Cracouia ad villam ſupradictam pro feſto ſanctæ Margaritæ, recreandum,

creandum, & refocilandum inuitauit, qui cum eò in vigilia iſtius ſanctæ veniſſet, tanto turbine, pluuiarumque ingruentia, & grandinis pondere totius illius poſſeſsionis ſegetes percuſſas non ſine dolore reperit, ita ut nihil penitus in camporum iugeribus præter ſtramina, ſtipulasque quaſſatas, aliud cerni poterat. Quo ingrediente domum prædictæ matronæ eadem cum fletu, & lachrimis lamẽtabili voce prouoluta pedibus eius ad eũ ſic ait. O fœlix Pater Hyacinthe quid faciam, & quo me vertam ignoro; namque te, pro mea conſolatione ſpiritali inuitaui, nunc verò cum dolore cordis, animique mei deiectione in domum meam recipio: omnibus enim quæ in campis ſata habui, vna hora grandine percuſſa, & anihilata perdidi, adiuua me obſecro, in tua coram Deo oratione confidentem. Hæc adhuc ipſa loquente, ecce multitudo virorum, ac mulierum ad pedes Beati Hyacinthi flentium, & eiulantium prociderunt, ſuique infortunij lamentabilem cantilenam depromentes, ſic ſanctum ſunt allocuti: O ſanctæ pater Hyacinthe magna eſt fides tua, & virtus operum tuorum, de qua audiuimus, auxiliare nobis miſeris, hoc infortunio fame perituris; namque vt vides omnium victualium noſtrorum prouiſione per grandinem orbati ſumus. Quoniam verò in multis probatum audiuimus te in omnibus à Deo miſericordiæ exaudiri, idcirco ſupplices petimus, compatere nobis ſupplicantibus. Beatus vero Hyacinthus matronæ illius, & ſubiectæ multitudinis permotus lachrimis ipſis ex intimo corde colachrimari cœpit, tandem ad eos ſic ordilur: Aequanimiores eſtote filij chariſsimi, & cum patientia ſuſtinete tentationem, & tribulationem veſtram. Pater enim miſericordiarum Deus, qui poſt tribulationem peccata remittens conſolationem inducit, conſolabitur vos. Ite igitur in domos veſtras, & iſta nocte tota, in orationibus vigilate. quibus recedentibus Beatus Hyacinthus totam noctem inſomnem duxit,

atque pro tribulatis, & afflictis coram Deo totus effuſus cum lachrymis poſtulauit, mira res, & omnium digna notatu. Namque quamprimum ſol oriens radios porrexerat ruricolæ in die Sanctæ Margaritæ ſuos omnes campos iterum annona plenos culmis tritici, & aliarum ſegetum erectis, ac ſi grandine numquam percuſsi fuiſſet reperérunt. Quo miraculo viſo omnes villæ illius cultores nō niſi meritis Beati viri hæc aſcribentes, collectis vicinis, ad eius pedes prouoluti Deo gratias egerunt; qui per ſanctum ſuum Hyacinthum mirabilia operatus ſuæ creaturæ commiſeratus eſt.

Quod quædam matrona ſterilis Beato *Hyacintho orante, & prædicente prole à Deo donatur.* *Cap. XV.*

ANno Domini 1240. tale factum fuiſſe probata narrat hiſtoria. Namque nobilis quædam Domina Fœlicia Gruſzouska, quæ marito ſuo coniuncta multorum bonorū poſſeſsionē habens per viginti annos nulla prole edita nec opinionem amplius pariendi habens ſterilis permanſit, & frequentes à viro ſuo ob hoc infortunij genus exprobrationes, ac contemptus paſſa, maledictionis obbrobrium non ferens, (velut Anna mater, Samuelis, vxor Helcanæ) aſsiduis Deum fatigabat precibus obſecrans, vt eam à tali obbrobrio liberaret, & ſucceſſorem diuitiarum labore partarum donaret. Quæ cum tot annis lachrimoſa à Deo quæreret ſepius à Beato Hiacintho cuius erat confeſsionis filia quærulosa precabatur: tandem vna vice forſitan à viro ſuo nimis moleſtata veniēs ad Beatum virum cum lacrimis dixit: O pater Hyacinthe, quid poſt tot deſpectus, & contemptus meriti mei factura ſum miſera, namque propter ſterilitatis meæ obbrobrium, & marito meo, & cognatis meis ſum exoſa, obſecro da manū

adiutri-

adiutricem, & apud fontem pietatis Dominũ Deũ altiſsimũ, qui vocat ea quæ nō ſunt, tanquã ea quæ ſunt & in cuius conſpectu facile eſt ſubito honeſtare pauperẽ, pro me pecatrice intercedere digneris, ſcio enim & firmiter credo, quod te apud Dñm exorante heredem obtinebo, & à mariti mei obbrobrijs liberabor. Ad cuius preces vir ſanctus ſuſpiria & lachrimas emittẽs, valdeq; ei compatiens dixit, vade filia Fælicia in domum tuam, fideiq; & ſpei in Deũ hęres, filio donaberis, ecce enim paries, talem natum ex cuius genealogia, & poſteritate plures Epiſcopi & Barones generabuntur. Quæ dictis viri Dei adhibens fidem, domum gaudens redijt & nōn multo poſt ex viro ſuo concepit & peperit filium, quèm cum ablactaſſet ad Beatum virum, Cracouiam cum gratiarum actione & Dei laude attulit, omniaque eſſe adimpleta quæ ex ore Sancti, diuino ſpiritu prophetata ſunt, coram multis fide dignis eſt proteſtata.

Quod Beatus Hyacinthus duos vnius matris gemellos cæcos, à natiuitate poſt ſeptem annos, ſibi oblatos ſigno Crucis facto illuminauit. Cap. X V I.

BEatum virum Dei Hyacinthum, propter ſolemnitatẽ Tranſlationis Glorioſiſſimi Staniſlai martiris, Anno Domini 1244. à prælatis Eccleſiæ Cathedralis Cracouieñ vbi ſacrum martiris corpus à populo Chriſtiano maxima veneratione colitur, ad prædicandũ verbum Dei vocatum fuiſſe narrat hiſtoria. Vbi multitudine Ciuium, & nobiliũ ad prædictam ſolemnitatẽ cōcurrente, vt ex Beati viri ore diuini potarent verbi fluenta, è monaſterio quoq; ſuo, vt prædicationis verbũ ederet, properat vir Dei Hyacinthus. Cumque iam ad pedem montis, in quo Regia domus, & cathedralis Eccleſia ędificata eſt Caſtro appropinquaret, ecce quædam mulier nobilis matrona Vitoſlauska

cogno-

cognomine, currui inſidens, & filios ſuos cęcos ad ſolem nitatem prędictã ſecum ducens, virum Dei Beatum Hyacinthum obuium habuit. Quo viſo è curru proſilijt, pedeſque ſancti amplexata, & alta voce lachrimis irrigua deprecata eſt dicens: Homo Dei Pater Hyacinthe, iam nouimus ſuper aflictos te habere viſcera pietatis, obſecro reſpice afflictionem, & diſſolutionem cordis mei, mihique oculum pietatis porrige. Septem enim ſunt anni quod ego infælix hos duos, quos cernis habentes imagines deformatas cæcos genui filios. Quapropter obſecro (cum tuæ apud Dominum ſemper ſint exauditę preces) intercedere digneris ad Dominum pro eis, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, qui ſoluit compeditos, qui illuminat cæcos. Ex ore enim tuo audiui Deũ voluntatem timentium ſe facere, deprecationem eorum exaudire, & ſaluos facere illos, tu qui per virtutem Dei mortuum reſuſcitaſti, ſuper aquas ſicco pede ambulaſti, multaque alia mirabilia ſola ad Deum fuſa prece feciſti, exerce in me Omnipotentis Dei virtutem, filioſque meos mihi videntes redde, cùm non ſit apud Deum impoſſibilis omnis ſermo, potenſque ſit non tantum filios meos illuminare, verum etiam & de lapidibus filios Abrahæ ſuſcitare. His atque alijs apud Sanctum perorauit verbis. Subſtitit igitur Sanctus, & lachrimis obfuſus ex intimo affectu Deum benedictum per interceſsionem glorioſę Virginis Mariæ eſt deprecatus, vt cæcorum illorum miſereretur. Et completa mentali oratione acceſsit ad eos, factoque ſigno Crucis, ſuper oculos vtriuſque ſic eos affatus eſt: Dominus Ieſus Chriſtus natus ex Virgine, qui cæcum natum illuminauit, ipſe vobis beneficium oculorum impendat. Mira res, omnique admiratione digna, vix Sanctus verba finiuit, & ecce in locis vbi nullum oculorum veſtigium natum fuerat, oculi creati ſunt & ſtatim vt cæteri homines viſu donati ſunt, & lumen oculorum reci-
pientes

pientes Deum auctorem omnium adorauerunt, Sanctique meritis hæc ſibi donata coram multitudine præſenti, & quibuſuis alijs conſtanter & fideliter proteſtati ſunt. Factumque tam grande miraculum, non ſolum Cracouienſem populum, verumetiam omnes finitimas, & citeriores nationes perculsit, in quo ſit Deus benedictus in æternum.

De quodam adoleſcente vnius viduæ matronæ filio, à mortuis per Beatum Hyacinthum reſuſcitato. Cap. XVII.

ANNO Domini 1257. vltimò vitæ ſuæ anno, quædam nobilis Domina vidua, cognomine Przybiſlauska, de villa quæ vulgo dicitur Sernikij, filium ſuum Viſlaum, quem vnicum habebat, ad Beatum virum Hyacinthum, cuius ſpiritualis erat filia, Cracouiam deuotè ſupplicaturum miſit, vt pro Feſto Beati Iacobi Apoſtoli (cuius fortè patrocinium in eius villæ eccleſia parochiali celebrabatur) ad prædicandum verbum Dei, dandamq; ſpiritualem conſolationem ad ſe venire non dedignaretur. annuit Sanctus, dixitque ad filium eius, Viſlae fili præcede iter meum, ego enim breui ſequar te. Quo audito Viſlaus, cum gaudio properabat ad matrem, vt acceſſum viri ſancti nunciaret. Et factum eſt dum præceſſiſſet, venit ad fluuium, qui vulgariter Raba dicitur, qui ob ingentes pluuias, noctis præcedentis multum inundauerat: & dum vellet tranſire fluuium cum ſuo armigero, aquæ currentis impetu raptus, nec reſiſtere valens, ęquo deiectus ſubmerſus eſt, nec amplius apparuit. Armiger autem eius vix vndarum pericula euadens, ad matrem ſubmerſi, (quæ deuotiſsime Beatum Hyacinthum ad ſe venturum expectabat) veniens lamentabiliter mortem, filijq; ſui caſum nunciauit, quæ infælici nuntio perterita pene

exanimaa

exanimis facta eſt. Deniq; ad ſe rediens lachrimis perfuſa, crineſq; diſperſa repentino curſu cum alijs nobilibus matronis, ac multis mulieribus, & viris, qui ad prædicationē verbi Dei per B. Hyacinthum audituri conuenerant, ad ripam fluuij vbi ſubmerſus eſt filius eius venit, dumq; mater nis viſceribus doloroſè clamaret, & lamentabiliter eiularet, ecce vir Dei ſanctus Hyacinthus ſocio ſuo Fr. Clemēte comitatus veniebat, & nauigio tranſiens venit ad rippam, vbi filia eius Domina Przibiſlauuska, cū multitudine mulierū & virorum triſtem caſum filij ſui, & mortem deplorabat, Quem cum vidiſſet venientem procidit ad pedes eius cum lachrimis & maternis eiulatibus dicens, O fælix Pater Hyacinthe quid in te cōmerui? quid peccaui? ego vnicum filium meum Viſlaum, quem habui, pro te miſi viuum, & tu mihi reddidiſti mortuum, ecce enim in reditu ſuo in hoc loco ſubmerſus eſt, quid faciam miſera, quia nec maritum, nec filium habeo, & lumen oculorum meorum extinctum video: Tunc ſanctus Hyacinthus paululum diſcedens flexis genibus ad Dominum Deum orauit, & cum ab oratione ſurrexiſſet ad eos redijt dicens, Animo æquiore eſtote, ſtatim videbitis gloriam Dei. Et ecce corpus defuncti adoleſcentis contra velociſsimum impetum aquæ, diuina virtute dirigente ad littus in quo ſtabant applicuit, quod extrahentes, ante pedes Sancti locauerunt. tunc męſta mater cum alijs fæminis, totaque multitudine præſente ad pedes Sancti prouoluti altis cæperunt deprecari vocibus: O fælix Hyacinthe, reddidiſti oratione mortuum, redde nunc etiam & viuum. Tunc vir Dei cum ea, quam ſemper habuit ad Deum fiducia, ad corpus demortui accedens dixit, Fili Viſlae, Dominus Ieſus Chriſtus, cui omnia viuunt ipſe te viuificet. & ſtatim adoleſcens ſurrexit viuus, qui erat mortuus. Quod miraculum męſta mater videns, cum cæteris præſentibus ſupplices Deum adorauerunt, & gratias ege-

runt

runt ei qui reſuſcitat mortuos & conſolatur mæſtos, factũ vero per totam percrebuit Poloniam.

De pratioſa morte glorioſi viri Dei Hyacinthi. Cap. XVIII.

SI quidem Deus benedictus omnia in numero & pondere, & menſura creauit, numerumq; menſium hominis ſibi reſeruauit vitæ, & mortis, principij & finis humanæ naturæ in manu ſua diſpoſitionem relinquens, Nõ defuit etiam viro Dei, cuius bonorum operum remunerandi glorioſiſsimi fructus erant. Beatus igitur Hyacinthus poſt diuturnos labores, quos circa ſalutem animarum operatus fuerat, poſt creberrima ieiunia, & continuam quaſi vitæ peregrinationem, (nunquam enim æquo nunquam currui aſſediſſe, ſed omnia itinera pedeſter, cum ſocijs ſuis peregiſſe legitur,) & poſt multorum denique operationem miraculorum diuinæ contemplationis dulcedine raptus, noctes dieſq; aſsiduis Deum deprecabatur orationibus, & toto mentis deſiderio cupiens diſſolui, & eſſe cũ Chriſto crebris ſingultibus & lachrimiſ poſtulabat vt de mortis huius carcere educeretur ad patriam præſertim cum corpus, quod corrumpitur aggrauat animam & terrena inhabitatio deprimat ſenſum multa cogitantẽ, ſciens itidem cum Doctore gentium Paulo Apoſtolo eſſe aliam legem in membris corporis repugnantem legi ſpiritus: captiuantem in obſequium peccati, quæ non niſi per gratiam diuinam ſuperari poſsit: idcirco fugiebat ſomnus ab oculis eius congeminataſque noctes votis aſsiduis Deo offerebat, ſeque cum pace ex hoc mundo dimitti poſtulabat. Cuius deſiderium pater miſericordiarum Deus, qui eum ſibi ab æterno dignum famulũ præuiderat, exaudire diſponens terminum ei vitæ ſuæ reuelauit, dulciq; alloquio cõſolatus eſt, quẽ paucis poſt diebus

ad ſui

ad ſui fruitionem cum Angelorum multitudine, in modũ ſubſequentem aſſumpſit. Cùm enim in craſtino feſtiuitatis Sancti Patris noſtri Dominici, incepiſſet Beatus Hyacinthus aliquantulum infirmari, & morbus indies grauius inualeſceret, in vigilia Aſſumptionis Glorioſæ Virginis Mariæ, conuocatis Cracouienſis Conuentus (quem ipſe fundauerat) fratribus Senioribus ſui corporis diſſolutionem imminere prædixit. Quibus omnibus vberrime lachrimantibus, pater verba quam plurima conſolatoria ſubiunxit dicens: Nolite filij chariſsimi flere ſuper me, quia Domino me vocante craſtina die tranſiturus ſum ad patrẽ: Nam ſicut nulli licet Sancto mortem infligere, niſi cùm Deus voluerit; ſic non decet Chriſtianum, præſertim autem verum religioſum mortem pertimeſcere neceſſario moriturum. Gaudete potius, & mecum congratulamini fratres, quod mihi viuere Chriſtus eſt, ſed mori lucrum: diſſolui enim cupio & eſſe cum Chriſto. Quod ſi vobis magis, quam mihi timetis, animiæquiores eſtote filij, quia non minus vobis auxiliabor huius corporis grauiſsimo onere iam depoſito, quàm fecerim, quando vobiſcum imaginem huius mortis vita hac infælicißima deportabam. In extremis autem agens Beatus Hyacinthus teſtamentum nullum fecit, quia pauper Chriſti vnde faceret non habebat. Verum Patris noſtri Dominici monita ſaluberrima ad memoriam reuocans, quæ ex ore, inquit, Patris noſtri audiui, vobis inuiolabiliter obſeruãda relinquo, humanitatẽ ſeruate, charitatem mutuã habete, & pau pertatẽ voluntariã poſsidete, hoc enim eſt teſtamẽtum æternæ hæreditatis. Quibus dictis, corã poſitis fratribus, & orantibus cum magna populi multitudine vberrime flentibus in die Aſſumptionis glorioſæ Virginis Mariæ, hora diei quaſi nona, abſolutis prius diuini officij horis Canonicis, cum lachrimis in illum Pſalmum: In te Domine ſperaui deuotè prorumpens, dum illa verba compleſet,
In

In manus tuas Domine cõmendo Spiritum meum, ex hac luce tranſiuit ad Chriſtum, tradiditque fælicem animam in manus Sanctorum Angelorum, qui ei ſæpius, dum adhuc in mortali corpore viueret apparuerunt. Tranſiuit autem ex hac luce Anno Domini 1257. in die Aſſumptionis Glorioſiſsimæ Virginis Mariæ, hora quaſi nona, plenus dierum Sanctorum, ætatis ſuæ ſeptuageſimoprimo. Siquidem natus eſt 1185. ingreſſus in ordinem 1216. & mortuus 1257. Corpus autem eius ſanctitate, & virginitate puriſsimum, venerabilis qui tunc Cathedralis Eccleſię Ciuitatis Cracouienſis præerat Epiſcopus Ioannes Prandota de Bialaceuo eius conſanguineus, cum tota cleri & populi vtriuſque ſexus multitudine in Conuentu Ordinis Prædicatorum honorificè ſepeliuit.

De mortui adoleſcentis ad contactum corporis Beati Hyacinthi, in die ſuæ ſepulturæ reſuſcitatione. Cap. XIX.

MOrtuo igitur Beato Hyacintho, & ex hac mortali vita cæleſtes ad perpetuaſq; ſedes tranſlato non defuere ſanctitatis huius Sancti viri, quæ illum venturis ſæculi comendarent approbata teſtimonia. Siquidem eius fælicem tranſitum dignatus eſt Deus miris prodigijs decorare. Nam in die ſepulturæ eius, quendam iuuenem nobilem ad ſacrum corpus eius à mortuis ſuſcitare voluit. Caſu enim adoleſcens quidam nobilis nomine Zegota, veloci curſu in campo Sancti Floriani ęquum pellens grauiſsime decidit, & fracto collo expirauit, Multitudine autem ad infęlicem caſum concurente, parentes eius ſtupore nimio perteriti aduenerunt, & viſo ipſius inopinato exitu, præ dolore quaſi exangues facti ſunt. Poſtmodum ad ſe reuerſi cum magna multitudine nobilium, ac ciuium colliſi adoleſcentis cadauer ad ſepulchrum Beati Hyacinthi recenter ſepulti, cum ingenti clamore, & lachrima-

rum

rum effuſione portauerunt. Poſtquam verò Beati Hyacinthi patrocinium inuocaſſent, cadauerque emortuum tumulo eius tangendum applicaſſent, quaſi poſt vnius horæ ſpatium videntibus cunctis iuuenis, qui erat defunctus, viuus & ſanus ſurrexit, nullumque veſtigium aut mortis, aut colliſionis, ad vitam rediens amplius ſenſit, & ſuperata morte, Deo auctori vitæ, & Beato Hyacintho, cuius meritis ſe ad vitam reuocatum eſſe, eumque inter cæteros ſanctos in paradiſo vidiſſe, eiuſque precibus vt ad corpus reuerteretur impetratum eſſe, gratias ſummas, & laudes decantabat. atque cum magna ædificatione Eccleſiæ peractis omnibus quæ ad ſepulturam corporis Sancti Hyacinthi, ex more Eccleſiæ & patriæ ſpectabant exequijs cũ amicis ſuis gaudens reuerſus eſt ad propria. Miraculum verò factum per omnes Regni Poloniæ, longè lateque diuulgatum eſt prouincias.

De viſione quam vidit Epiſcopus Cracouienſis, & gloria Beati Hyacinthi, recenter defuncti ſibi reuelata. Cap. X X.

PEractis omnibus quæ ad ſepulturam viri Dei ſpectabant de more Eccleſiæ ceremonijs, Venerabilis vir Dominus Ioãnes Prandota Epiſcopus Cracouieñ, qui Beatum Hyacinthum per ſeipſum terræ mandauerat, circa horam nonam ingreſſus eſt Eccleſiam Cathedralem Sancti Staniſlai martiris, Virginis Glorioſæ ductus deuotione. Et cum ante altare procumbens orationi paulò feruẽtius inhereret, cæleſtiumque bonorum dulcedine accenderetur, vehementerque ſuæ Eccleſiæ virum omni laude dignum Hyacinthum per mortem eſſe ablatum doleret, ſubito in eum diuina permittente manu ſopor irruit, atque extra ſeipſum raptus eſt. Et ecce illi apparuerunt iuuenes formoſiſsimi veſtibus candidiſsimis, & lucidiſsimis

cooperti, in modum proceſsionis cæreos manibus tenentes chorum ingredientes,quos ſequebantur duo venerabiles viri, cæleſtis gloriæ fulgore ſplendentes,quorum vnus quaſi celebraturus pontificalibus erat decoratus, alius verò fratrum Prædicatorum circumueſtitus amictu,cuius tunica, & ſcapulare niueum videbatur ſuperare candorem. ipſe verò duas aureas, (vt ſibi videbatur) gemmis radiantibus inſertas coronas geſtabat in capite. Dum autem Pōtifex in his quæ viderat in ſpiritu delectaretur, in ſe tamen, qui iſti, & quales fuerint plurimum hæſitaret, ille qui Pontificalibus erat indutus, verſo ad Epiſcopum Cracouienſem placido vultu dixit: Ego ſum Staniſlaus Epiſcopus Cracouienſis, hic autem,quem vides mecum tranſire, eſt Frater Hyacinthus Ordinis Prædicatorum, duas in capite, vnam Doctorum, & aliam Virginum geſtans aureolas, eumq; hodie,cum hac,quam cernis Angelorum ſocietate ad cæleſtem conduco gloriā. Atq; his dictis,voce iucunda antiphonā decantare cæpit: Lux perpetua lucebit Sanctis tuis Domine,& proſequentibus Angelis,cū magna luce,ſuauiſsimoq; beatorū ſpirituū cōcētu glorioſum Hyacinthū,ſimul cū S Staniſlao glorioſo martire,ad cæleſtē gloriā deducebant. Quibus ab oculis ſubſtractis, dn̄s Prandota Ep̄s ad ſeipsū reuerſus, Deū optimū qui ſanctos glorificat,magnificare, & laudare cæpit. Poſtmodū ad circūſtātes dixit,redeamus cito fratres chariſſimi ad fratres prędicatores, vt enarremus mirabilia Dei, quę de B. viro Hyacintho miſericors Dn̄s ſeruo ſuo dignat⁹ eſt reuelare. Et cōfeſtim cū toto domeſticorū comitatu adijt domū prędicatorū in vrbe Cracouien̄, ad S. Trinitatē ſitā, cōuocatiſq; priore, & fratribus corā multis Canonicis, Clericis, & laicis,qui cū ipſo venerāt, viſionē ſupradictā, quā de S. Hyacintho Deo reuelāte viderat cū magna deuotione, & lachrimarū effuſione clara voce ꝑ ordinē lucidiſsimè enarrauit. quæ viſio facta eſt in die defunctionis B. viri, in feſto

D ſolemni

ſolenni Aſſumptionis Glorioſiſsimæ Virginis Mariæ, Anno Domini 1257.

De viſione quam Monialis *ſancta de Beato Hyacintho, vidit. fratribuſque reuelauit. Cap. XXI.*

DIE eadem defunctionis ſancti uiri Hyacinthi nobilis quædam virgo nomine Braniſlaua, quæ Cænobio Sororum iuxta Ciuitatem Cracouienſem degentium Zuierziniecz nuncupato ſupra 40. annos deuotiſsimè & religioſiſsimè Deo ſeruiens in prædicta ſolēnitate Aſſumptionis glorioſiſsimę Virginis Mariæ poſita in oratione, & in cæleſtium contemplatione toto corde effuſa, extra ſeipsā eleuata, quaſi quodā ſopore oppreſſa ſe appodiauit, taleq; viſionem Deo reuelante habuit. vidit etenim maximā lucem ſuper Eccleſiam Fratrum Prædicatorum in Ciuitate Cracouienſi ſitam de cælo deſcendere, in qua multitudo Angelorum ſuauiter concinnētium tecta Eccleſiæ contingere cernebatur, quos ſpecioſior ſole omnium gemmarum irradiata fulgoribus Virgo Dei mater, immenſo lumine coruſcans cum ſpecioſiſsimo virginum comitatu ſequebatur, ad manum ſiniſtram tenens, & ducens virum facie prælucidum, & habitu ſplendenti, atque præclaro fratrē Ordinis Prædicatorum. quod cum ſupradicta Braniſlaua videret, nimiumq; ſtuperet, quæ antea nunquā ſimilem lucem videret, reſumpta audatia ad Virginem, quę præomnibus ſpecioſiſsima videbatur, ſic locuta eſt: Obſecro te ò Domina, dic mihi quæ es, & quem tecū cum ſis virgo fratrem deducis, cui mater Dei glorioſiſsima ſic reſpondit: Non mireris filia, quod in has mortalitatis vias me contigit deſcendiſſe, ego enim ſum mater miſericordiæ, & quem vides, eſt frater Hyacinthus Ordinis Prædicatorū, quem vtpote mihi deuotiſsimum mecum ad regnum gloriæ, æternumque talamum feſtiua, atque ſolemni proceſſione

ſione deduco. His dictis virgo mater Dei,& totius miſericordiæ parens, ſuauiſsimo gutture, voceq; canora cantare cępit. Ibo mihi ad montẽ mirrhę,& ad colles libani,& pro ſequentibus angelicis ſpiritibus,illud dulce canticũ,cum S. Hyacintho, & illa ſplendida luce cæleſti paulatim ſe oculis ſubducentes æternę claritatis ingreſsi ſunt patriã. Et cum ſe illa cæleſtis viſio oculis ſpiritualibus illius ſanctimonialis ſubduxiſſet; & ipſa ex illo raptu contemplationis ad ſeipſam reuerſa fuiſſet, ſtupefacta de viſione, ſorores Monaſterij conuocauit, eiſque cæleſtis viſionis ſeriem enarrauit, acceptiſque ſecum duabus ſui ordinis Fabislaua, & Margarita Sororibus celeriter Cracouiam ad fratres Prædicatores venit, & conuocatis Patribus, & Fratribus Conuentus eiuſdem, multis etiam ſæcularibus præſentibus, eam, quam viderat de glorioſo Sancto Hyacintho viſionem per ordinem enarrauit omnibus pro gloria Sancti Deum laudantibus. De hac viſione mentionem facit, Venerabilis & inſignis vir Artium, & Medicinæ Doctor, & Cathedralis Eccleſiæ Canonicus Dominus Mathias de Miechouo in 3. lib. Hiſtor. incliti Regni Poloniæ, Cap. 53. in hunc modum. Hyacinthus Frater Ordinis Prædicatorum, anno Chriſti 1257.die 15. menſis Auguſti hora 9. in Cœnobio Sanctæ Trinitatis Cracouiæ, deuotiſsimè vita exceſsit Matre miſericordiæ Ibo mihi ad montem mirrhę cantante, & angelico cętu proſequente. quemadmodum deuotæ ſanctimoniali Boniſlaue in Zulerzinenſi Cœnobio profeſſæ peruiſum eſt monſtratum.

De viſione, quam de Beato Hyacintho quidam Eremita vidit. Cap. XXII.

SEcundum diuinam ſententiam neceſſarium erat (vt in ore duorum, vel trium ſtet omne verũ teſtimonium)

S. viri accidentalē gloriā ſuperuenientibus miraculis approbare, idcirco Omnipotens Dominus cuidam Eremitæ viro ſancto, & bono in montibus Vngariæ vitam ſolitariam ducenti, per ſpiritum Beati Hyacinthi mortis obitum reuelauit: qui diuina motus inſpiratione Cracouiam venit, de ſepulchro Beati Hyacinthi diligenter inquirens. Venit igitur ad Eccleſiam fratrum prædicatorum Cracouieñ. vbi corpus glorioſi noſtri Sancti requieſcit, magnoque feruore ſpiritus & mentis deuotione ductus ſupplēx à priore & fratribus petijt, vt in Eccleſia prædicta illam noctem ad ſepulchrum ſancti Hyacinthi vigilem tranſire poſsit. Quibus permittentibus, eoque vigilante in oratione circa mediæ noctis temporis ſpatium ſuper monumentum Beati viri de cœlo deſcenderunt tres radij immenſi luminis, vnus ad caput, ſecundus ad medium ſepulchri, & tertius ad pedes, quos cum prædictus Eremita vir Dei vidiſſet obſtupuit, nunquam antea ſimiles expertus viſiones: celeriterque cucurrit ad fratres Hieronymum, & Florianum Sacriſtas, ipſiſque excitatis ad Eccleſiam eos ſecum duxit, & illam inſolitam, ad Beati Hyacinthi ſepulchrum ingentem lucem, quæ firmo ſteterat greſſu, eis oſtendit. qui cum eam perſpexiſſent honorem dantes immenſo lumini proni in terram ceciderunt, gratias agentes Deo, qui gloriæ ſuæ præconem ſuum ſanctum Hyacinthum dignatus eſt inuiſere, & luce cæleſti decorare. Mox verò die ſuborta, ille Eremita viſionem pandit populo, & omnibus illius Eccleſiæ fratribus, peractoque veritatis teſtimonio, Deum laudans, & glorificans, ad ſibi conſuetam properauit Eremum diuina reuelatione conſolatus. & de his pro nunc dixiſſe ſufficiat. Nam in libro ſequenti omnium, quæ per Beatum Hyacinthum Deus glorioſus operatus eſt ſeriem texemus miraculorum.

Catalogus inſignium virorum, qui poſt mortem Beati Hyacinthi ex ordine Prædicatorum, in Regno Poloniæ ad Eccleſiaſticam euecti ſunt dignitatem. Cap. XXIII.

Archiepiſcopatus Gneſnenſis.

1 REuerendus.D.Ioannes Dlugoſsius Archidiaconus Cracouień in eo libro, quē in gratiam Eccleſiaſticæ Hierarchiæ ſucceſsionē Epiſcoporū Poloniæ ſolicitè enumerans compilauit R.P.F. Martinum ordinis prædicatorum inter alios Archiepiſcopos Gneſneń, eius nominis ſecundum, in ordine verò Archiepiſcoporum vigeſimum ponit. Mortuo ſi quidem Philippo de domo Vvienieuitarum, (quæ pro inſigni caput tigridis circulo ex naribus pendente in campo cęruleo defert,) cùm Sedes Archiepiſcopalis, ob frequentes mortes Summorum Pontificum ſex annis vacaſſet, Boleſlaus Caliſień, & Præmiſlaus Poſnanienſis Duces, necnon Capitulum Gneſnenſe ad Nicolaum huius nominis tertium Papam, ſupplices deſtinauere litteras, vt miſeratus Eccleſiæ Gneſnenſi diuturnam, & diſpendioſam vacationem, Martinum genere Polonum de nobili familia Streporum, profeſsione ordinis prædicatorū, fratrem virum chariſsimum omniq; honore dignum, & Summo Pontifici ſupradicto clariſsimū Romanæq; Curiæ Pænitentiarū, virtutibus inſignē & gentis Poloniæ lumen, in Paſtorem creare, ac confirmare dignaretur. Quorum præcibus libenter annuens, tum propter P. Martini ingenij excellentiam, & morum elegantiam, tum propter Summum Pontificem, in ordinem prædicatorum feruentiſsimum amorem, anno Domini 1278. ipſum in Archiepiſcopum Gneſnenſem confirmauit, qui Romæ conſecratus in Poloniam redibat. Sed dum in patriam pergeret, apud Bononiam infirmitate correptus, diem

extremum clauſit, & in Monaſterio Fratrum Prædicatorum Bononiæ ante Sacriſtiam ſepultus eſt. Hic fecit ſummam Iuris Canonici, quę Martiniana nuncupatur. Et Cronicam Summorum Pontificum, & Imperatorum Romanorum, ſumma breuitate, & ſermonis Latini venuſtate comprehenſam compilauit.

2 Reuerendiſsimus P. F. Albertus de Sczeczin Sacræ Theologiæ Magiſter, vir ingenio ſubtilis ſermone eloquẽs, & Prædicator gratioſiſsimus, qui ob inſignes animi ſui dotes in ſuffraganeum Eccleſiæ Metropolitanæ Gneſneñ. ſub Ioanne Alberto Rege Poloniæ, anno 1493. eſt ſublimatus.

Eccleſia Cracouienſis.

3 Reuerẽdiſs. P. F. Iacobus de Bidgoſtza Sacrę Theologię ꝓfeſſor genere nobilis, de familia Zarenbiorũ, Prior Cracouieñ, in Capitulo Syradiẽſi 1478. factus Prouincialis Poloniæ, & poſtmodũ, ꝓpter magnas ſuas virtutes Eccleſiæ Cracouienſis. A Ioanne Conarskij, Epiſcopo Cracouienſi ſuffraganeus creatur, qui poſt mortem in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Cracouiæ ſepultus eſt.

4 Reuerendiſs. P. F. Paulus Sacræ Theologiæ Mag. Cracouienſis, bis exiſtens Prior eiuſdẽ Côuẽt. Crac. Fratrum ſui ordinis, eloquentię vena præclarus, vir magni conſilij, apud Principes Regni permaxime gratus Cracouieñ. Suffraganeus effectus in ſenectute bona defunctus, plenus bonorum operum, & in Eccleſia Fratrum Prædicatorum Cracouiæ eſt ſepultus.

5 Reuerendiſs. P. F. Marianus Sacræ Theologiæ Magiſter, & hæreticæ prauitatis inquiſitor, bis quoque Prior Cracouieñ, qui & ipſe fulgore virtutum pręcellens, ad Suffraganeatus Eccleſiæ Cathedralis Cracouieñ, Deo promouente eſt erectus dignitatem.

6 Reue-

6 Reuerendiſsimus P. F. Dominicus Malochouius Sacræ Theologiæ Magiſter, genere nobilis, ſed nobilior virtute, veruſque religionis. & familiæ ſuæ Dominicanæ amator, & promotor, & poſt inſignes pro fidei Catholicæ indefeſſos labores Cracouienſique Conuentus dignam adminiſtrationem, ex Priore Suffraganeus Cracouienſis creatur, & per Sedem Apoſtolicam confirmatur. qui poſt multa & egregia in Conuentum Cracouień præſtita beneficia plenus bonorum dierum tandem obdormiuit in Domino, & in Conuentu Fratrum Prædicatorum Cracouiæ eſt ſepultus.

Eccleſia Poſnanienſis.

7 REuerendiſs. P. F. Paulus Sacræ Theologiæ Magiſter, & hæreticę prauitatis inquiſitor, vir zelo Domini, & ſcientiarũ laurea inſignitus, magnęq; auctoritatis mortuo Philippo Vvieniaua Epiſcopo Poſnanień, eo tempore cùm Epiſcoporum Poloniæ electio, & inſtitutio ad Summum ſpectabat Pontificem, Auctoritate Sedis Apoſtolicæ euectus ad Epiſcopalem dignitatem, & per Henricum Gneſneń Archiepiſcopum, de conſenſu Miecizlaui Principis Regni Poloniæ cõſecratus eſt & benedictus Hic dum Borziuoi Comitem de Srzem, pro notabilibus trãſgreſsionibus, violentijs, & iniúrijs Eccleſiæ Poſnanień illatas excommunicaret, multas ab eodem pro Eccleſia Dei paſſus moleſtias, inſuper ab eodem Borziuoio rogatus, vt ad eum veniret accepta ſecuritate ad eum, cum certis Prælatis, Baronibus, & amicis in Srzem benignè ſecum omnia compoſiturus pij patris more venit. Quem idem Borziuoi iure gentium, & iure hoſpitij neglecto, & ſecuritate violata captiuauit; quam captiuitatem euadens, per vniuerſam Polonicam Eccleſiam ipſum excommunicauit. A quo multo plures, quàm antea mole-

ſtias patienter ferrens, cùm triginta tribus annis in Epiſcopatu ſediſſet 1249. moritur, & *Poſnaniæ* in Cathedrali eccleſia ſepelitur.

8 Poſtmodum non poſt multos annos interiectos Reuerendiſsimus *P.* F. Vincentius Sacræ Theologiæ Magiſter & prædicator famoſiſsimus, virtutum ac religionis cultor Canonica electione, Canonicorum *Poſnanieñ*, præuia, communi & concordi omnium conſenſu in Epiſcopatum ſublimatur & conſecratur, circa annum Dñi *1326.* & tandem in pace quieuit.

9 Reuerendiſs. *P.* F. Adrianus Sacræ Theologiæ Magiſter, prædicator gratioſiſsimus, Regique Sigiſmundo primo, à concionibus, & confeſsionibus exiſtens in Suffraganeum Poſnanienſem eligitur, & à Papa conſecratur.

Eccleſia Vvladislauienſis.

10 REuerendiſs. P. F. Gregorius Sacræ Teologiæ Magiſter, & Alberti Regis eccleſiaſtes, vir litterarũ diuinarum experientiſsimus, in defectu ſiue morte Epiſcopi Vvladiſlauienſis precedente Canonicorum Vvladiſlauieñ electione, & vnanimi conſenſu, Regeque Poloniæ, apud Sedem Apoſtolicam plurimum expoſtulante, in Vvladiſlauieñ. eſt promotus Epiſcopalem Sedem, circa annum Domini *1450.*

11 Reuerendiſs. *P.* F. Valerianus Sacræ Teologię Magiſter, oratorque facundiſsimus Suffraganeus Vvladiſlauienſis Eccleſię inſtituitur. in qua dignitate, dum digna Epiſcopo munia obiret, factis in ordinem plurimis beneficijs, coram Deo animam, relicto mundo commendauit.

Eccleſia Plocenſis.

12 POſt mortem Clementis Pirſchala Epiſcopi Plocenſis, cùm ſedes pluribus annis vacaſſet Epiſcopalis, Innocentius Sextus Pontifex (cùm ad eum prouiſio illius Eccleſiæ pertinebat) R.m P. F. Bernardũ, genere nobilem Polonum ex Ducatu Mazouiæ de familia Nouiniorum, & in Eccleſia Romana penitentiarium, Eccleſiæ Plocenſi in Epiſcopum dedit. qui in ea non paruum expertus infortunium, ob Caſimiri Regis Poloniæ, & Semouitti Ducis Mazouiæ concitata odia, multas propter Chriſti Eccleſiam paſſus eſt iniurias, in quarum quaſi quotidiano martyrio vltimum diem clauſit. *1364*.

13 R.s P. F. Ioannes Cracouienſ ſacræ theologiæ magiſter, & fidei Catholicæ zeloſiſsimus propugnator, concionatorque gratioſiſsimus, qui ob vitæ morumque probitatem ſuggerentibus Canonicis Eccleſiæ Plocenſis, ſuffraganei Plocenſis ſortitus eſt miniſterum.

Eccleſia Culmenſis Pruſſia.

14 DEfuncto Iacobo Epiſcopo Culmenſi in Epiſcopum eiuſdem Eccleſiæ creatur. R.s P. F. Ioãnes Szodlát, ordinis prædicatorum, vir grauiſsimus, omnique genere ſcientiarum clariſsimus genere nobilis de familia Bunczorum. Doctorq. inſignis, qui cũ Eccleſiam Culmenſem multis annis glorioſè, ac ſtrenuè geſsiſſet, deſideratus, & poſtulatus in Pontificatum Hilderſemenſem eſt translatus, quẽ ſtudioſiſsimè gubernans plenus operibus bonis, migrauit ad Dominum, & in Eccleſia prædicta ſepultus. *1363*.

15 Poſt cuius mortem ſucceſsit immediatè Reuerendiſs. Dñs Vvigbuldus in Epm Eccleſię Culmenſis conſecratur, quam cùm aliquot annis deuote exiſtens ſęcularis rexiſſet

Epiſco-

Epiſcopatui ceſsit, & ordinem prædicatorum eſt ingreſſus in quo religioſiſsimè, & ſanctiſsimè vitam finiuit, & duobus miliaribus in Colonia in monte antiquo ſepelitur.

16 Reuerendiſsimus P. F. Nicolaus ſacræ theologie Magiſter,& quondam prouincialis Poloniæ, mortuo Hermano Culmenſi Epiſcopo, cùm eſſet vir Deo gratus, & hominibus acceptus, prædicator quoque excellentiſsimus in Cathedram Epiſcopalem culmen. ſublimatur, hic ſuæ Eccleſiæ paſtor vigilantiſsimus bona Eccleſiæ, quæ ante actis annis per cruciſeros erant abrepta, ſolertia ſua, & diligentia recuperauit, poſthac plenus vitæ ſanctimonia 1325. 5. Calendas Octobris migrauit ad Dominum.

17 Anno vero Domini. 1245. Poſt mortem Chriſtiani Epiſcopi Culmenſis ex ordine Ciſtercien. ad Epiſcopatum aſſumpti per Innocentium Quartum, Reuerendiſsimus P. Fr. Henricus ordinis prædicatorum prius Epiſcopus exiſtens Arelaten. in Epiſcopatum Culmenſis Eccleſiæ transfertur: atque ob eius excellentes virtutes & animi dotes, (erat enim ſcientiarum diuinarum, & humanarum ſapientiſsimus) Archiepiſcopi titulum donauit. Hic quoque à Papa Innocentio Quarto ad Danielem Ducem Ruſsiæ miſſus, vt eum ad gremium matris Eccleſiæ adduceret,& ſe fidei Apoſtolicæ ſubiugare perſuaderet à barbaro Principe non acquieſcēte eius ſanis perſuaſionibus ſatis inhumaniter tractatus, & ſine honore remiſſus, qui patientiſsimè contumeliam pro Chriſti Eccleſia ferens, ad Epiſcopatum Culmenſem reuertitur, in qua cum nouem annis ſediſſet, religioſiſsimè vitam finiuit, & in Eccleſia Cathedrali ſepultus eſt.

18 Reuerendiſsimus P. F. Ioannes ſacræ theologiæ profeſſor. & quondam prouincialis Poloniç, qui cùm religioſiſsimè prouinciam ſibi concreditam rexiſſet, cùm eſſet vir omni honore dignus ad Culmenſem Epiſcopatum ra-

pitur

pitur in quo curæ paſtorali inuigilans, vt bonus paſtor deuotiſsime vitam finiuit, & in Breſthenſi conuentu ſepelitur.

Eccleſia Lubuſenſis ſiue Lubecen.

EO tempore, quo Reges Poloniæ Miecislaus, & Boleſlaus Chabri Lubuſenſem ſiue Lubuceñ. prouinciam ſibi ſubiectam gubernabant, & antequam dominio Marchionum Brandeburgenſium ſubiecta eſſet Lubeceñ. Eccleſia ſanctus. P. F. Vittus ſacræ theologiæ Magiſter de Cracouienſi ciuitate Regi Boleslao à prædicationibus ſeruiens, vir omni ſanctitate plenus, ex fratre ordinis prædicatorum in Lubuſenſem ſiue Lubeceñ. ſublimatus Cathedram, ſediſque Apoſtolicæ auctoritate, & Regis Boleslai conſenſu, ouium ſibi commiſſarum curam accepit. qui poſt tot ſanctitatis teſtimonia, (cum in Curia Regis Poloniæ Cracouiæ negotium ageret ſuæ Eccleſiæ) in grauiſſimam incidit infirmitatem, & terminum vitæ ſuæ agnoſcens ſacramentis cõmunitus pro terrena ad cæleſtem patriam ſe recepit. Et dum ſepultus eſſet in Eccleſia fratrum prædicatorum Cracouieñ. plurimis miraculis corruſcare cæpit, Ob quorum multitudinem, & fratrum, populique deuotionem Petrus de Gamrathis Archiepiſcopus Gneſnenſis, & Epiſcopus Cracouiẽſis oſſa eius cum magna cleri, & populorũ deuotione ex terra effoſſa ſubleuauit, & in techam plumbeam, honeſtiſsimè recondens, in altare ſancti Petri martiris, poſt altare Beati Hyacinthi concluſit. 1544. in die Petri & Pauli Apoſtolorum, vbi deuota à fratribus, & populo veneratione colitur.

Eccleſia Chelmenſis Ruſſiæ.

20 REuerendiſs.P.F.Ioannes de Opatouice ſacræ theologię profeſſor Epellus nũcupatus vir erudiſsimus, & prædicator excellentiſsimus. hic primum prior Cracouień, & circa annum Domini 1411. prouincialis Poloniæ factus tantum in promouendo ordinis honore zelum habuit: quod tempore ſui pronincialatus, quatuor monaſteria ſcilicet Sredeń, Hrubieſsouień Hrodlen,& Coſtenſem fundauerit,& bonis tẽporalibus prouiderit , & ſic exacto ſui prouincialatus tempore, à Rege Vvladislao in confeſſorem aſcitus eſt,& cum verbo, & exemplo curiam Regis ornaret poſt fundatam in Chelmeń diſtrictu cathedralem eccleſiam, ſecundum eum illi eccleſię Epiſcopum præfecit in qua Deo deuotiſsimè ſeruiens plenus dierum bonorum anno Domini 1440. in pace obdormiuit.

Eccleſia Camenecenſis.

21 REuerendiſs.P.F.Petrus ordinis prædicatorum vita & religione inſignis, & ſummi Pontificis in Romana Curia pęnitentiarius nobilis, & ingenuus genere de ſtirpe,& familia, quæ à Polonis Pouala vocatur, in diuina ſcientia Doctor, ſermone iucundiſsimus,& prædicator famoſiſsimus, Defuncto Rugiano Cameneceń Epo in paſtorẽ illius Eccleſiæ per ſedẽ Apoſtolicam præfectus eſt, quã cum ſex annis ſtrenuè , & fideliter adminiſtraſſet, propter cauſas Eccleſiæ ſuæ Romã eſt profectus : & cum iã cauſis benè perſolutis atq; perfectis in Poloniam properaret, inuiſendi gratia Genuã Ligurię vrbem nobiliſsimumq; ligu ſtici maris portũ adiit,& illic Dei ſic diſponente volũtate in ægritudinem incidit, qua & martuus eſt, Anno Domini 1298. & in eccleſia fratrum prædicatorum ſepultus.

Ec-

Eccleſia Vvilnenſis in magno Ducatu Lithuaniæ.

22 Reuerendiſs. P. F. Fœlix ſacræ theologiæ magiſter Cracouieñ, primò conuentus Vvilnenſis prior, dũ multam in prædicationibus, & animabus ad Dominũ conuertendis explerit ætatem cùm eſſet moribus, & ſcientiis præſtantiſsimus in ſuffraganeũ Vilnenſis Eccleſię creatur. vbi plenus bonorũ dierũ in pace quieuit R. P. F. Cyprianus ſacræ theologiæ Doctor, & hęreticorũ malleus, prius quidẽ Cracouieñ concionator, tandem Vvilneñ prior in eadẽ ciuitate plures pro eccleſia Dei emenſus labores in ſuffraganeũ Vvilneñ per Valerianũ Vvilneñ Epm eſt ſublimatus.

Eccleſia Leopolienſis Archiepiſcopatus.

23 Reuerendus. P. F. Melchior Moſticenſis ſacræ theologiæ magiſter, vir in diuinis ſcripturis abſolutiſſimus. Zeloque fidei ardens, & hęreticorum potẽtiſsimus ac validiſsimus expugnator, Regis Sigiſmundi Auguſti à confeſsionibus, Bis prior Leopolieñ. & quatuor vicibus ab anno 1559. vſque ad annum 1586. prouincialis Poloniæ, religioſiſsimè, atque viriliter in tot erumnis, & tribulationibus ſibi concreditam rexit prouinciam vſque ad decrepitam ætatẽ. Qui omnium conuentuũ Poloniæ, vere pater, & Patriarcha dignè appellari mærebatur. cõuentus ſiquidem plurimos reſtaurauit. Leopolienſem colapſum, & vetuſtate obductũ reędificauit, poſſeſsionibus, quæ erant a ciuibus, & nobilibus oppreſſæ ad libertatẽ reductis. Cõuentum Cracouieñ, pluribus illuſtrauit ædificiis, & clenodiis, Poſnanieñ, Gedanęnſem, & reliquos ad priſtinã formam reduxit: certe ſi dicere fas eſt, ſicut Beatiſsimus pater Domincius in B. Hyacintho, ſic B. Hyacinthus in hoc nobi-

nobiliſsimo patre vita, & moribus reſplenduit. At vero taceam iſta, veniamus ad hoc, quod eſt nobis in propoſito. Si quidem Sigiſmūdus Auguſtus Rex ſanctæ memoriç, admiratus eius, & vitæ ſanctitatem, & doctrinæ integritatem, (vehementer enim ei affectus erat) cùm primum quidem Camenecenſem, poſtmodum vacante ſede Præmiſlień Epiſcopatum, tandem defuncto Ioanne Slomouio Archiepiſcopo Leopolienſi conſentiente, & conclamante toto clero, & populo illi Archiepiſcopatum obtuliſſet, ille conſtantiſsimè ſui ordinis amore ductus recuſauit, & cùm toties hæc benignitate Regia offererētur, & ipſe totiens animi præſtantia recuſaret, ſtupens pientiſsimus, & omni memoria dignus Rex, accerſito R.P. Melchiore, requiſiuit ab ipſo, quid hoc ſibi velit, quod ipſe Epiſcopatus duos, & Archiepiſcopatum recuſaret, cum cæteri hæc magno ſtudio aquirerent, & ſibi oblata libentiſsimè acceptarent. Reſpondit ille, non minus verè quàm prudenter: Sereniſsime Rex, malo eſſe minimus in ordine prędicatorum, quam cocus, & pincerna nobilium Polonorum. Quid ſibi per hæc verba intellexerit, nemo ſapiens ignorare poteſt. Quod audiens Rex maximè ædificatus gratias illi retulit, quod forte ſua pro Deo, & religione ſit contentus.

Cathalogus RR. PP. prouincialium, qui poſt Beatum Hyacinthum fundatorem illarum prouinciarum vſque ad noſtra tempora prouinciæ Poloniæ ingenuè, & ſtrenuè præfuerunt. Cap. XXIV.

1 PRimus poſt Beatum Hyacinthum prouincialis prouinciæ Poloniç. Reuerendus P. F. Gerardus natione Theutonicus, per Reuerendiſsimum magiſtrum ordinis Iordanem præfectus, & confirmatus Anno 1258.

R. P. F.

2 R.P. F. Ceslaus, quondam Cuſtos Eccleſiæ S. Mariæ Sendomirieñ, ibidem eligitur, & in prouincialē a viſitatoribus theutonicis confirmatur.
3 R. P. F. Henricus Theutonicus natione, vir vitæ integerrimæ, & magiſter in theologia, à diffinitoribus capituli generalis Pariſijs celebrati prouincialis confirmatur.
4 R. P. F. Gerardus natione Theutonicus de Colonia, Sendomiriam ad capitulum veniens in prouincialem Poloniæ eſt electus, & ibidem confirmatus.
5 R. P. F. Martinus de Sendomiria prior Vvratislauieñ in capitulo elegitur Anno 1296. & ibidem confirmatur.
6 R.P.F. Nicolaus ſtudens Pariſien. eligitur, & confirmatur in capitulo generali Pragæ celebrato, Peracto officio Coloniam ad ſtudium generale mittitur. Anno Domini 1301.
7 R.P.F. Stanislaus Cracouienſis ſacræ theologiæ magiſter, vir maturus, & in prædicatione fundatiſsimus.
8 R.P.F. Simon ſacræ theologiæ magiſter Vvratislauiæ, in capitulo prouinciali eligitur, & confirmatur.
9 R. P. F. Ioannes Bohæmus ſacræ theologiæ Lector Pragenſis Vvratislauiæ eligitur, & ibidem per Reuerendiſsimum Vmbertum, ordinis generalem magiſtrum confirmatur.
10 R. P. F. Regnoldus ſacræ theologiæ magiſter, natione Theutonicus in capitulo prouinciali Ratiboriæ celebrato, eligitur, & ibidem confirmatur Anno Domini 1356.
11 R P F. Ioannes de Sendomiria Lector Ratiborieñ in capitulo prouinciali Pragæ celebrato in prouincialem Poloniæ electus eſt, & confirmatus.
12 R. P. F. Nicolaus natione Lombardus in capitulo Iabloneñ in Bohæmia celebrato electus eſt, & confirmatus.

R.P.F.

13 R.P.F.Iacobus de diſtrictu Sandomirień. prior Culmeń.in capitulo prouinciali Bernæ in Ducatu Morauiæ celebrato eſt electus, ibidemque per Reuerendiſsimum patrem Ioannem magiſtrum ordinis confirmatus.

14 R.P.F.Goslaus natione Vvratislauienſis genere nobilis, & magnæ doctrinæ vir, & ſacræ theologiæ magiſter, in ſermone latino, & vulgari eloquentiſsimus in capitulo Vſteń.Bohemię celebrato in prouincialem Poloniæ eligitur,& in capitulo Pariſienſi confirmatur.

15 R.P.F. Goleslaus Lector Hradiceń. natiane Bohæmus in capitulo Sandomirienſi electus, & confirmatus circa annum Domini 1390.

16 Anno Domini 1402.facta eſt diuiſio prouinciarum Bohæmiæ,& Poloniæ;nam à principio ordinis vſque ad hunc annum vnitæ erant, immo vna erat prouincia: verum cùm Regna Poloniæ,& Bohæmiæ, quæ prius ab vno Rege regebantur, inter ſe diuiſa ſunt, tunc etiam & prouinciæ hæ duæ eſſe cæperunt.

17 R P F.Hyppolitus Cracouień.in capitulo Cracouień. in prouincialē Poloniæ eſt electus & per R.P.F.Goleslaū prædictum eſt confirmatus,quem ipſe vice verſa in prouincialem Bohemiæ confirmauit.Quod totum factum eſt authoritate Reuerendiſsimi patris generalis circa annum. 1402.

18 R.P.F.Peregrinus ex Ducatu Sileziæ ſacræ theologiæ magiſter,prior Vvratislauienſis,& Ratiborień.in capitulo prouinciali Cracouiæ celebrato eſt electus, & per litteras magiſtri ordinis ad inſtantiam ſuam eſt abſolutus, & iterum in eodem capitulo reelectus. Per magiſtrum verò ordinis ad inſtantiſsimas preces ſuas eſt abſolutus. Scripſit ſermones pulcherrimos,& deuotiſsimos de tempore,& de ſanctis per totum annum.

19 R.P.F.Nicolaus Aſtri,ſacræ theologię magiſter prior tunc Cracouień,& Vicarius prouincialis in eodem capitu

lo Cra-

lo Cracouień. poſtulatus, & per magiſtrum ordinis eſt confirmatus, fuit Pænitentiarus Domini Papæ.

20 R. P. F. Petrus Comeſſa ſacræ theologiæ magiſter, natione Vratiſlauień. bis in prouincialem electus, & per Reuerendiſsimum Generalem Magiſtrum Ordinis eſt confirmatus, vir quoque doctiſsimus, & vitæ probitate conſpicuus, fuit quoque Pęnitentiarius Papæ in Curia Romana.

21 R.P F. Petrus Vaſſerhab natione Theutonicus in prouincialem Poloniæ electus, & confirmatus, & in officio defunctus.

22 Poſt mortem prædicti patris, facta fuit diuiſio inter Polonos, & Germanos, (antea enim ab vno prouinciali Poloniæ gubernabātur, iſtę prouinciæ, ſcilicet Germania, Bohemia, & Polonia) fratres enim Poloni elegerunt. R.P.F. Nicolaum Breſteń. S.T.M. in prouincialem Poloniç, prędicatorem egregium, & inquiſitorem hęreticę prauitatis, fratres autem, & priores Germani, elegerunt ſibi in prouincialem. R.P.F. Nicolaum Bar de Oſuiecim.

23 R.P.F. Ioannes de Opatouiecz ſacrę theologię profeſſor vocatus Apellus in prouincialem eligitur in capitulo Syradień. & abſolulo officio fuit prior Cracouień. ſex annis, & poſt modum Epiſcopus Chelmenſis Ruſsię, vt ſupra iam memoratum eſt.

24 R.P.F. Nicolaus de Pineuo ſacræ theologię magiſter, electus eſt prouincialis, & confirmatus.

25 R.P.F. Ioannes Fracſteneń. ſacrę theologiæ magiſter electus eſt prouincialis, & confirmatus.

26 Ioannes Aduocati S.T.Lector in prouincialem eſt electus, & confirmatus. Hic emit poſſeſsionem terreſtrē conuentui Sendomirienſi cuius beneficio nunc victitat.

27 R.P.F. Andreas Ruteni ſacræ theologiæ magiſter prouincialis Poloniæ eſt electus, & anno Domini. 1454 Sendomiriæ eſt mortuus.

28 R.P.F.Nicolaus ſacræ theologiæ magiſter,prior prouincialis Poloniæ,vir doctiſsimus, & eloquentiſsimus anno Domini 1458. electus eſt, & confirmatus.
29. R.P.F.Iacobus de Bidgoſcza ſacræ theologiæ profeſſor genere nobis,primo prior Cracouienſis, poſt modum in capitulo prouinciali Syradiæ celebrato in prouincialem eligitur,qui poſt modum factus ſuffraganeus Eccleſiæ Cracouienſis anno Domini 1477.mortuus,& apud fratres prædicatores Cracouiæ eſt ſepultus.
30 R.P. F. Albertus de Sceczin ſacræ theologiæ profeſſor, vir magnæ reputationis, ſub Ioanne Alberto Rege Poloniæ 1493.in ſuffraganeum Gneſnenſem creatur, de quo iam ſupra.
31 R P.F.Andreas de Parczovvo ſacræ theologiæ Bacha laureus prouincialis Poloniæ, qui peracto officio ob vitæ integritatem,morumq; maturitatem tum ſcientiæ exuberantiam Sigiſmundi primi piæ memoriæ Regis Poloniæ confeſſarius fuit.
32 R. P. F. Rudulphus ſacræ theologiæ profeſſor natione theutonicus vir eruditiſsimus, Bibliothecam conuentus Cracouień. ædificauit, & libris adimpleuit, fuit prouincialis Poloniæ,& Cracouiæ obiit. 1519.
33 R. P. F. Andreas Suientek electus fuit prouincialis & confirmatus, qui à ſua confirmatione tantum quinque annis prouinciæ præfuit, eo quod in ipſo eſt finita perpetuitas officij prouincialatus prouinciæ Poloniæ, nam à principio,hoc eſt ab anno Domini 1225.vſque ad annum. 1525. prouinciales exercuerunt officium perpetuum,& ab eo tempore officium prouincialatus redactum fuit ad quadriennium,& poſtmodum ad ſexennium per breue Leonis Decimi ſummi Pontificis eſt prolongatum,cuius breuis vigore nunc ſunt prouinciales ſexennales. Hic primus cæpit procurare canonizationem Beati Hyacinthi, apud Leonē Decimum Pontificem Maximum.

R.P.F.

34 R. P. F. Thomas à Syczouu ſacræ theologiæ profeſſor vir doctus, & morum grauitate præditus prouincialis officio functus eſt.

35 R. P. F. Andreas Suientek de quo ſupra dictum eſt, iterum eſt in prouincialem Poloniæ electus, ſed propter vrgentiſsimas ſuas preces, à Reuerendiſsimo generali magiſtro ab officio prouincialatus Poloniæ eſt liberatus.

36 R. P. F. Martinus Sporn Vvratislauienſis ſacræ theologiæ magiſter, vir doctiſsimus, & eloquentiſsimus, in prouincialem Poloniæ electus & confirmatus. Hic Romæ exiſtens in capitulo Generali, in honorem Beati Hyacinthi, diem, altare, miſſam, & exhumationem oſsium à Clemente Septimo impetrauit.

37 R. P. F. Thomas de Syczouu ſacræ theologiæ magiſter in prouincialem ſecundo electus & confirmatus. Hic Romam veniens cum ſummo labore Canonizationem Beati Hyacinthi deſiderans apud Summum Pontificem Clementem Septimum laborauit, tandem multis laboribus pro fide Catholica, & Religionis augmento expletis, in Cracouienſi conuentu plenus dierum moritur.

38 R. P. F. Gabriel, ſacræ theologiæ Magiſter vir multæ litteraturæ, & prædicator ſuauiſsimus in capitulo Louicenſi in prouincialem Poloniæ eſt electus & confirmatus.

39 R. P. F. Iſaias ſacræ theologiæ magiſter, vir ſcientia, & morum grauitate præcellens in capitulo Varacenſi, in prouincialem eſt electus.

40 R. P. F. Paulus Sarbinius ſacræ theologiæ magiſter, hæreticæ prauitatis inquiſitor, magnus animi virtute, ſcientiæque claritate, prædicator quoque ſuo tempore famoſiſsimus in capitulo prouinciali Sendomiriæ celebrato in prouincialem electus in zelo animarum, & prudentia multa ſibi concreditam rexit prouinciam in cuius adminiſtratione mortuus, & Poſnananiæ ſepultus eſt.

41 R. P. F. Melchior Moſticenſis ſacræ theologiæ magiſter hæreticæ prauitatis inquiſitor generalis prior Leopolienſis in prouincialem Poloniæ 1559. in capitulo Plocenſi abſens eſt electus, & per Reuerendiſsimum generalem confirmatus. multa bona fecit & noſtro ſeculo vix credibilia ſubiectáq; ſibi prouinciam verbo, & exemplo ſanctiſsimè adminiſtrauit. Et curiam Regni in cauſis ordinis ſecutus intolerabilis hæreticis, admirabilis Catholicis fuit, in ieiuniis multis abſtinentia admirabili, ſtudioque litterarum, & diuinarum ſcripturarum infatigabili, prouinciæque reformatione ſupramodum ſollicitus ſuum expleuit ſexennium.
42 R.P.F. Hieronymus Cyranus Coſteñ. ſacræ theologiæ profeſſor vir doctiſsimus, & morum grauitate, prædicandique ſcientia clariſsimus, prior Vilnenſis in capitulo Louicienſi Anno Domini. 1563. in prælatum prouinciæ Poloniæ omnium cōſenſu vnanimi eſt electus. qualis vero, & quantus fuerit, exinde probatum eſt, quod cùm ad Gedaneñ. totius veritatis Catholicæ hoſtes propter reformationem eius, quæ collapſa erat religionis acceſsiſſet, ab inimicis fidei ob conſtantem ipſius in Eccleſia Dei animum, veneno in cibo porrecto, eſt enecatus, & in medio chori Gedanenſis Eccleſiæ fratrum prædicatorum ſepultus, magnum poſt ſe peſsimæ hæreticorum præſumptionis Catholicis relinquens faſtidium & ſanctitatis, & zeli fratribus relinquens exemplum.
43 Abſumpto iſto, & pro fide Catholica per impios Luteranos veneno enecato prædicto Reuerendo patre in capitulo prouinciali Breſtenſi in prouincialem deſideratus, & ab omnibus amabilis ob vitæ ſanctitatem, & conſcientiæ puritatem ſecundò eligitur Reuerendus P. F. Melchior ſupradictus magiſter anno Domini 1568. qui ſupra candelabrum poſitus tanta fecit, quanta illos primos patres Poloniæ ſine iniuria aliorum in ordine feciſſe credendum

dum eſt, qui ſanctitate vitæ, & feruore prædicationis plures in ordinem traxit, verus ac ſincerus vitæ B. Hyacinthi imitator exiſtens.

44 Anno autem Domini 1574. in capitulo prouinciali Cracouiæ celebrato pro feſto ſancti Michaelis ad fratrum magnam apud Reuerendiſsimum P. F. Vincentium Iuſtinianum magiſtrum ordinis inſtantiam, & conceſsioné tertio abſoluto ſexennio ſuo in prouincialem Poloniæ, quamuis plurimum renitens eſt electus Reuerendus P. F. Melchior ſupradictus ſacræ theologiæ magiſter, in quo officio qualem ſe præſtiterit, quæ & quanta nobis ſuperſtitibus fecerit ſi nos tacuerimus lapides clamabunt. Ipſe etenim omnia monaſteria prouinciæ Poloniæ malitia temporum collapſa reædificauit, pluſquam duo millia hæreticorum ob angelicas, & diuinas conciones ſuas ad Eccleſiæ ſanctæ gremium hæreſi abiurata in manu ſua reuocauit, abſtinentia admirabilis, laboribus infatigabilis, patientia vix imitabilis à prima prouincialatus ſui die, vſq; ad ſenectàm inter grauiſsimas itinerum, & proſequétium iniurias nô niſi verbum illud ordinis Benedictus Deus, Benedictus Deus, ſolitus proclamare, cumq; iã aliqua magna tribulatione diuexaretur dicere ſolitus erat: Ego ſcapulas iam paraui. percutite omnes citius vos percutiendo fatigabimini, quam ego patienter ſufferendo.

45 Anno Domini 1580. Cùm de Roma idem R.P.F Melchior rediſſet, iamque quietem ſuæ ſenectuti futuram ſperaſſet, ob eius admirabilem, & ſanctam conuerſationem totique Poloniæ ne dicam fratribus ſtupendam in capitulo Premiſlienſi licet multum reluctans, & proſtrationes cum lachrimis faciens, quarta vice in prouincialem Poloniæ non modo canonice electus, ſed etiam per Reuerendiſs. generalê Paulũ Côſtabilê Ferrarieñ. coactus oneri humeros ſuppoſuit, & ſuũ ſexenniũ ſatis ſtrenuè, & religioſe pro prouinciæ ſibi concreditæ reformatione laborans côpleuit.

46 R.P.F. Fœlix à Viersbno Siradień. Diſtrictus ſacræ theologiæ magiſter Anno Domini 1586. in capitulo Louicij celebrato, in prouincialem Poloniæ electus, & per Reuerendiſsimum Generalem Sixtum de Luca magiſtrum ordinis eſt confirmatus, hic expleto ſexennio in Lublineń. capitulo reeligitur, & per Reuerendiſs. generalem magiſtrum in Poloaia exiſteń. confirmatur. 1593.

Cathalogus virorum doctiſsimorum, & prædicatorum excellentiſsimorum inter multos alios, qui ex ordine Beati Dominici in Regno Poloniæ per Beatum Hyacinthum fundato ſua ætate claruerunt. Cap. XXV.

1 R.P.F. Georgius S.T.M. & inquiſitor hęreticę prauitatis, prædicator accerrimus anno Domini 1479.

2 R.P.F. Martinus ſacrę theologię lector, & hęreticę prauitatis inquiſitor, quondam prior Cracouienſis, vir magnę litteraturę, & in prędicatione acceptiſsimus anno Domini 1477.

3 R. P. F. Ioannes ſacrę theologię magiſter, & inquiſitor hęreticę prauitatis, Eccleſiaſtes, & orator excellens, & in prædicando feruidus prior Cracouień. Anno Domini 1478.

4 R. P. F. Iacobus Syradień. ſacrę theologię magiſter, prędicator veritatis gratioſiſsimus circa annum Domini 1483.

5 R.P F. Michael ſacrę theologię magiſter, ſupra religionis, & pietatis virtutem, qua pollebat in litterarum diuinarum ſcientia peritiſsimus, reformator conuentuum Gedanenſis & Elbigeń. in Pruſsia Anno Domini 1482.

6 R P. F Matthias dictus Flori ſacrę theologię magiſter facundiſsimus prędicator, & inquiſitor hereticę prauitatis circa annum Domini 1482.

7 R. P.F. Nicolaus de *Brzezie* ſacrę theologiæ magiſter, & inquiſitor hęreticę prauitatis, vir & religionis amore, & prædicationis fauore præſtantiſsimus.

8 R. *P.* F. Nicolaus de Lenczicza ſacræ theologiæ Baccalaureus, & prauitatis hęreticæ inquiſitor, & expugnator, ſuo æuo plurimos in concionando emenſus labores.

9 R. P. F. De Sochaczouo ſacræ theologię Baccalaureus, fundator conuentor Vilnenſis, vir omnium horarū, & in religione pręlatus diligentiſsimus, & in prędicando facundiſsimus.

10 R.P.F. Ioannes de Syradia prędicator generalis, & in vita religioſa commendabilis, ſermone gratus qui conuentum Syradienſem, & elemoſinis, & poſseſsionibus prouidit.

11 R. P. F. Nicolaus de Monte ſacrę theologię lector, gratioſiſsimus prędicator, circa annum Domini 1500.

12 R. *P* F. Vincentius ſacrę theologię magiſter, & prior Cracouienſis, qui memor beneficiorum in conuentu Cracouienſi à Beato Iuone Epiſcopo Cracouienſi pręſtitorum, vadens in Italiam exhumauit oſſa Beati Iuonis Epiſcopi prędicti in conuentu Vtinenſi ſepulti, & afferens Cracouiam in medio chori honorificè ſepeliuit.

13 R.P.F. Nicolaus de Znino ſacrę theologię magiſter, & hęreticè prauitatis inquiſitor, vir magnę reputationis, & litteraturę conuentus Cracouienſis prior, & reformaror, hic à Iudeo quodam in publicam diſputationem prouocatus in templo Beatę Virginis Marię Cracouień. ſolemniter Iudęum ſuperbum, & incredulum vicit, eumque vt blaſphemum in Chriſtum igne in media ciuitate ſuccenſo cremari fecit.

14 R. P. F. Gregorius ſacrę theologię Lector, conuentus Leopolienſi prior, & Vicarius, Rúſsię, prędi-

cator gratioſiſsimus Leopoli mortuus.

15 R.P.F. Georgius Knura ſacræ theologiæ lector, & gratioſus generalis prædicator, organiſta excelllentiſsimus, qui ſuo tempore in hac arte parem non habuit, Poſnaniæ mortuus.

14 R.P.F. Florianus ſacræ theologiæ lector gratioſus, & prædicator facundus, poſtea factus Abbas ordinis Ciſtercień, qui poſtea Abbatiæ renuntians, ad ordinem ſuum prædicatorum Poſnaniam ſe contulit, & ibi mortuus eſt.

17 R.P.F. Marcus ſacræ theologiæ lector, & prædicator generalis facundiſsimus concionator exiſteń. prior Varaceń. ibidem moritur.

19 R. P. F. Vittus ſacræ theologiæ profeſſor prior Cracouień. Inſuper & prędicator gratioſiſsimus Louicij in capitulo Prouinciali mortuus ibidemq; ſepultus.

20 R. P. F. Victorinus ſacræ theologiæ Baccalaureus, prædicator, & cantor gratioſus, hic duodecim Tomos gradualium, & antiphonariorū cantus choralis libros magnæ quantitatis, pro cantibus chori abſoluendis manu ſua deſcripſit, & picturis delineauit, conuentuique Cracouienſi dicauit in Bochnenſi conuentu mortuus.

21 R.P.F. Hieronymus ſacræ theologiæ magiſter prædicator clariſsimus, qui à prioratu Cracouienſi abſolutus per Magiſtrum ordinis, Toruniamque miſſus multos hæreticos ſuis facundiſsimis, & zeloſiſsimis concionibus ad Romanæ fidei obedientiam adduxit, qui poſtmodum peſte graſſante in eadem ciuitate morbo epidimię mortuus eſt 1538.

22 R. P. F. Iacobus Roſsius ſacræ theologiæ magiſter, quondam ſtudens Pariſień, vir in ſcientia theologica doctiſsimus, & inquiſitor hæreticę prauitatis. Louicij mortuus eſt.

23 R.P.F. Lucas Leopolień. ſacræ theologiæ magiſter

vir

vir doctiſsimus, & in Polonico idiomate noſtro tempore omnium Rhetorum, & Cocionatorum excellentiſsimus, bis prior Cracouień, prædicator & conuentus, & arcis Cracouień. annis multis, mortuuſque in opido Dinouo, ibidemque in Eccleſia parochiali ſepultus.

24 R. P. F. Gregorius Broda Louicień, prædicator generalis, in ſcripturis ediſſerendis & ſermonibus faciendis diſertiſsimus, rerum magnam & multam experientiam habens, olim prædicator Cracouienſis, poſtmodum Syradiæ prior, moritur.

25 R. P. F. Staniſlaus Raduan Sacræ Theologiæ Magiſter, & in iure Canonico peritiſsimus, quondam Prior Cracouienſis, vir maturus & grauis, poſtmodum prior Leopolen. ſupramodum in eodem in erigendis ædificijs eiuſdem laborauit. tandem Belzenſis Prior exiſtens in pace quieuit, & ibidem ſepelitur.

26 R. P. F. Ioannes Chriſoſtomus Romanouius ſacræ Theologiæ Magiſter, prior quondam Cracouień. prædicator gratioſus, Vilnæ in prædicationis officio mortuus requieſcit.

DE MI-

DE MIRACVLIS *QVIBVS DEVS SANCTI Hyacinthi ordinis Prædicatorum Poloni poſt eius obitum ſanctitatem vitæ atteſtari dignatus eſt.*

LIBER SECVNDVS.

Præfatio.

D*VM omnium bonorum auctor, & mirabilium patrator humanique generis* Redemptor *CHRISTVS IESVS Dominus noſter peracta in terris ſolemni* Dei *Patris legatione, omnibuſq; ad redemptionem noſtram pertinentibus completis myſterijs, ex hoc miſerabili mundo, & lachrymarum valle, ad cæleſtes delitias,* Regnumque *perpetuum properaret, diſcipulis ſuis, & omnibus in ſe credentibus ſiue credituris, diuitias theſaurumque potentiæ ſuæ, ſcilicet operationem miraculorum,*

raculorum, & rerum mirabilium perpetrationem in manibus dereliquit: & iureiurando in Euangelicæ veritatis ſententia affirmauit dicens, Amen dico vobis, Qui in me credit opera, quæ ego facio & ipſe faciet, & maiora horum faciet; quia ego ad Patrem vado. Rationem verò nullam affert horum mirabiliũ niſi hanc, quia ſe ad Patrem iuiſſe denuntiat. *Hæc igitur ſunt opera, quæ abſentem quidem corpore, præſentem autẽ virtute & maieſtate Dominum noſtrum, & fidei noſtræ auctorem, conſumatoremque IESVM CHRISTVM repreſentant. Multa ſanè, & innumera per ſeipſum Chriſtus Ieſus operatus eſt miracula, plura tamen per omnes doctrinæ, & fidei ſuæ ſectatores, in diuerſis locis & temporibus, ad commendationem fidei & veritatis, & ſanctitatis prædicantium dignatus eſt efficere. quæ ſi in vnum aceruum componerentur, & in vnum librum ex omnibus partibus Mundi deſcriberentur, quem obſecro alium quam ipſum, eundem* Chriſtum *Dominum veritatis aſſertorem, viua voce conclamarent, & in ſua maieſtate præſeferrent? Sicut enim quæ in veteri teſtameuto, per ſanctos Dei homines & Angelos, vſque ad aduentum Domini, perpetrata ſunt miracula nihil aliud ſignificabant quàm uenturum in carne Dominum, omnium miraculorum auctorem ſic ab Aduentu Domini uſque ad finem ſæculi, non niſi eum, cuius uirtute fiunt præſeferre & monſtrare ualebunt. Ad ſingulas igitur gentes ſuo quoque ad hoc prædeſtinato tempore Apoſtolos &* *Prædicatores fidei ſuæ miſit, & contra ueritatis obtrectatores in manibus illorum tanquam fidele, & uerum*

ſua

ſuæ miſſionis priuilegiũ, operationem miraculorum re poſuit, vt ijs mundanæ conuerſationis homines, tanquã diuinæ potentiæ radijs repercuſſi, ad ſaniorem mẽtem reuerſi fidei, & morũ atq; ꝓbitatis documẽta facilius & promptius amplecterẽtur. Poſſem equidẽ multa ad hæc comprobanda tum ſacræ Scripturæ, tum etiam virorum illuſtriũ afferre teſtimonia, ſed hæc breuitatis ductus amore volens prætereo. Neq; enim Moyſes ad Pharaonẽ & Hæbreos, nec Halias ad Iſraelitas, nec Daniel ad Chaldeos, nec Prophetæ ad populũ Domini, nec CHRISTVS in mundum, nec Apoſtoli ad gentes, nec diſcipuli Apoſtolorum ad ſingulas quaſq; Prouincias & Regna tranſmiſſi ſine miraculis, & ſtupendis operibus apparuerunt. Imo & Beatiſſimus Patriarcha noſter Dominicus hortũ, vel potius Paradisũ Prædicatoriæ familiæ multorũ operatione miraculorũ plantauit, atq; rigauit. Cuius ſacræ vineæ palmites per B. Hyacinthũ non ſolum in Poloniam, verumetiã ad partes omnes ſeptentrionis extenti atq; reflexi, potentis Dei virtutis ſecum traxere vigorem. Hunc igitur virum Dei S. Hyacinthum, cuius non ſolũ in vita quæ recenſuimus miracula, verum etiã poſt mortẽ meritis Sancti patrata ſcripturi ſumus, tantis diuina clementia colluſtrauit prodigijs, & eo vſque illuſtrare non ceſſat, quod etiã non tantum fidei Catholicæ ſectatores digna laude proſequuntur, Dominumq; Deum, in ſancto viro operantem laudant, verum etiã & iniquarũ hæreſum, atq; ſectarum ſcœleſti profeſſores velint nolint fateri & cõteſtari coguntur. pluries enim etiam in ſeipſis experti per merita S. Hyacinthi diui-

nam ſenſere affluere bonitatem. Itaq; *prapoten Dei virtus, quã in confirmationem bonorũ, & conuerſionem vel ſaltem confuſionem malorum, in ſanctorũ Dei honorem, ad eorum corpora, & ſacras reliquias, tàm diu aſſiſtere cõprobatur, donec liquido omnibus pateat ſanctos Dei diuinam ſemper promeruiſſe gratiã, eos deniq; gaudijs perfrui ſempiternis. Ab inde ſiquidẽ irrigatur hortus plantationum æterni agricolæ cum imbribus miraculorũ reficiuntur, & corpora & mentes hominum, vtq; beneficijs temporalibus recreati ſempiterna ardẽtius expetant, vel potius cognoſcãt, quantus & qualis æternus & miſericors Deus ſit, qui bonorum ac ſanctorũ operum remunerator eſt. Hunc igitur à me candide Lector, accipe laborem, veniam concedens ſi non per omnia, & in omnibus tuæ paruerim voluntati. In magnis ſiquidem voluiſſe ſat eſt. Et (ut Seneca ait) bonarum rerum, & ſi ſucceſſus nõ fuerit, conatus tamen ſemper eſt laudabilis.* Nõ *enim tanti exiſtimaui me ea, quæ uides ſcripſiſſe, quantum ſemper curauerim legentium uoluntati paruiſſe. Orationibus tuis obſecro ſuppleas, quod meæ defuit paruitati, quatenus tu deuotè legendo, & ego attentius ſcribẽdo communem uterque apud Altiſſimum* Domi*num lucremur patronum. Ad hiſtoriæ igitur iam cœptæ, Deo auſpice, progrediamur narrationem.*

DE CVIVSDAM Matronæ paralyticæ curatione. Caput Primum.

POST viri Dei glorioſi Hyacinthi ſepelitionem multorum piorum virorum corda, atque mentes conſternebantur, & memores tantorum mirabilium, per virum Dei patratorum ingemiſcentes doloroſa voce congeminabant quærulantes, & dicentes: Vbi eſt noſter Hyacinthus, qui nos ſuis meritis ex omnibus noſtris afflictionibus liberabat: & veluti Eliſeus propheta cum pallio aquas diuideret? conclamabant, Vbi eſt ſpiritus Eliæ? Videres multos nunc ad tumbā Sancti, nunc ad alias Eccleſias in ſuis neceſsitatibus& afflictionibus voces congeminare. Vbi eſt noſter Hyacinthus, merentium conſolator, & veritatis prædicator. Noluit diuina clementia piorum cordibus, iam ab æterno paratam conſolationem prorogare, neque Sancti viri gloriam quę in cœleſtibus refulget in abditis temporum celare. Siquidem hoc eodem anno ſcilicet *1257*. quo ſacra gleba corporis eiuſdem (anima ad cœlos euocata) terræ concredita eſt poſt interſtitium vnius menſis, ſcilicet in die S. Michaelis Archangeli diuina refulſit gratia. Nam Domina quędam Margarita Ciuis Cracouieñ. incurabili Paralyſi percuſſa corporis totius & motu, & ſenſu deſtituta ſex mēſibus medicorū,& chirurgorū artes experta nullo remedio ad concuſsæ à natura loquelæ, & virtutis beneficium redire poterat, & inſtar trabis in lecto

ſuo

ſuo ſe mouere nequaquam valebat. Quoniam verò viri Dei laus, & miraculorum operationes nondum ab animis fidelium exciderant; maritus eiuſdem Dominæ lachrimis effuſus cum plena fide ſua, & amicorum, vxorem ſuā ad Eccleſiam fratrum prædicatorum ad ſepulchrum B. viri Hyacinthi voto facto portari iuſsit, & ibidem oratione deuota ad Dominum Deum fuſa meritis Beati viri eam commendauit. Mira res, vix verba ſuæ orationis finiuit, & ecce coniunx ſua prædicta Margarita nexibus Paralyſis liberata meritis B. Hyacinthi ad perfectam ſanitatē reſtituta cunctis aſtantibus videntibus, & Dominum Deū pro miraculo laudantibus redijt domūq; propriā ab iecto grabbato in quo proſtrata ad Eccleſiam ferrebatur reuerſa eſt, & miſericordem Dominum, qui in ſanctis ſuis ſemper eſt mirabilis vbique collaudauit.

De hydropici iam iam morituri per preces B. Hyacinthi ſubleuatione. Cap. II.

QVidam Nobilis nomine Boguſlaus, filium vnicum cui nomen Suientoſlaus impoſuit, habebat, qui ob naturę propenſionem in hydropem morbum incidit, & acreſcente tumore, infirmitateque inualeſcente ad portas mortis dum nihil minus quam vitam ſperaret, appropinquauit. Pater verò ſuus cùm fruſtra medicaminum corporalium, iuuamina tentaret, indieſque morbus inualeſceret, amicorum conſilio & perſuaſu ad Beati viri Hyacinthi ſuffragia deuotus cucurrit, dicens: O Beate Hyacinthe qui tot mirabilia virtute Dei operatus es, digneris curare filium meum, qui humana ope deſtitutus, omnibus viribus carens vlterius viuere non poteſt niſi tuis ſanctis orationibus ad iutus, & ego eum ad tuum ſepulchrum, cum deuota oblatione deducam. & ecce vix votum Pater compleuit, cùm iuuenis ſtatim & immediatè de-

tè depulſo omni tumore & inflatura corporis, per merita B Hyacinthi à morte præſente perfectè liberatus ſurrexit, & votum, quod pro eo Pater ſuus fecerat, veniens ad ſepulchrum viri Dei gaudens, & Dominum Deũ laudans adimpleuit, parentibus ſuis & alijs fide dignis miraculo præſentibus.

De cuiuſdam iuuenis agonizantis ad vitam reuocatione.
Caput III.

QVidam Ciuis Miechouieñ. nomine Sulco, & Margarita vxor eius, hanc ſuper filio ſuo Ioanne per virum Dei Hyacinthum acceperunt conſolationem. Contigit enim filium eorum, in acutiſsimam & grauiſsimam febrim incidere, ita quod quinta die, ad vitæ ſuę terminũ appropinquãs oĩbus ſenſibus deſtitutus iacebat, nec quidquam videre, audire, vel ſentire poterat, ſed tantum palpitante corde animam in mortali corpore hærentem, ſpiritusque vitales prodentem cernere licuit. Et cùm iam præſentem mortem in domo viderent, & quo ſe amplius pro auxilio quærendo verterent, ignorarent, ad Beatum virum Dei Hyacinthum pater ſuus vnà cum matre, filium ſuum morientem cum lachrimis deuouerunt, dicentes: O S. Hyacinthe ſuccurre filio noſtro in mortis agone laboranti, quẽ ſi ſanaueris promittimus Deo & tibi eundem cum deuota oblatione ad gloriam Dei, & tui nominis honorem ad ſepulchrum tuum præſentare. Mira res vix parentes verba finiunt, & ecce ſtatim iuuenis moriturus, & agens animam meritis B. Hyacinthi parentibus, & amicis præſentibus & plangentibus ad vitam reuocatur, & perfectè ſanitati redditur, parentibus ſuis votum ad ſepulchrum B. Hyacinthi reddentibus, & miraculum proteſtantibus.

De

De ſuſcitatione vnius iuuenis defuncti meritis S. Hyacinthi. Cap. IIII.

CContigit quendam iuuenem vnicum filium Patris cuiuſdam nobilis Andreæ de Iakubocze, ob nimium crapulam grauiter infirmari, & dum medicorum arte dolor leniri ſperabatur, eo magis virus infirmitatis excreſcens ſupradictum iuuenem vſque ad portas mortis deducens oppreſsit, & cum iam vitam ageret, concurrentibus parentibus & notis ac amicis omnibus flentibus, & condolentibus iuuenis expirauit, ex cuius morte magnum parentes eius conceperunt dolorem, præſertim quod hæreditatis ſuæ non poterant habere ſucceſsorem. Videntes verò quod humana deſint pręſidia ad diuinam opem lachrymabiliter & deuotè ſe contulerunt. Inſuper & mater defuncti genibus prouoluta S. Hyacinthum in patrocinium inuocare cæpit, ſupplexque precari, vt filium ſuum quem auida mors abſorbuerat męritis ſuis ad vitam reuocaret, promittens & deuouens ſe ad ſepulchrum S. viri vota certa redituram. Hoc itidem & pater iuuenis demortui, cum amicis aſtantibus à Domino per mærita Sancti apud altiſsimum ex intimis cordis ſui affectibus expoſtulabat. Hæc ipſis facientibus ecce iuuenis, qui erat defunctus poſt longum mortis ſuæ interuallum, quaſi media nocte ſuperata ex feretro ſe eleuauit, & ſe viuum & ſanum affirmans ex faſciis quibus ligatus erat, abſolui petijt, & coram multitudine aſtante, & ad miraculum obſtupeſcente Deo gratias retulit, & S. Hyacintho, cuius ſe męritis reſuſcitatum à morte, & ſanatum ab infirmitate conſtanti voce proteſtatus eſt. quod miraculum non tantum domeſticis, ſed etiam alijs ciuitatibus innotuit, atq; Dei gloriam, & Sancti honorem in mentibus hominũ maximã propagauit. factũ hoc fuiſſe anno Domini 1262. teſtatur hiſtoria.

De vnius puellæ agonizantis ad vitam per B. *Hyacinthum reuocatione. Cap. V.*

QVædam matrona Nobilis à Baptiſmo nomẽ Agathę habens Comitis Zegotæ Caſtellani Cracouieñ. cõiunx, hæc puellam quatuordecim annorum habens, infirmitatem octo dierum ſpatio patientem, grauiterque decumbentem ſibi auferri lamentabatur, & medicorum delusa ingenio, de vita filiæ deſperare cæpit. Quæ cum in agone poſita fuiſſet, iamque animam exalare cæpiſſet, ſupradicta Matrona Domina Agatha flexis genibus virum Dei B. Hyacinthum inuocare cæpit dicens: O Beate Hyacinthe obſecro te per miſericordiam Dei, vt mihi miſerę ſuccurrere digneris, & per preces tuas apud auctorẽ vitæ dominum Deum noſtrum, vitam filiæ meæ impetrare. Et cum hæc & alia plura dicenda filiam ſuam ad ſepulchrum S. viri deuoueret: Ecce duo fratres circa lectum agonizantis puellæ habitu fratrum Prædicatorum induti beatitudinis notam præferentes aſtiterunt. Tunc Senior puellam agonizantem læto vulta aſpiciens benignè affatus eſt dicens: Reſpice in me, ego ſum inquit Frater Hyacinthus pro tua ſanitate à matre tua deuotè inuocatus, ideo in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſurge, & pro præſtita tibi inco lumitate Deo gratias age;& ſtatim poſtquam hæc dixiſſet B. Hyacinthus vnà cum ſocio ſuo diſparuit. Puella autẽ confeſtim ſurrexit ſanitate perfecta recuperata, & qualiter ad ipſam reducta fuerit per B. virum Dei Hyacinthũ ſibi apparentẽ, & alloquentem omnibus ſe de hoc requirentibus firmiter & deuotè cum gratiarum actionibus, & diuina laude ſemper proteſtabatur.

De

De vnius matronæ animâ poſt mortem ab inferis per Beatum Hyacinthum liberata, & ad corpus reducta. Cap. VI.

QVædam matrona nobilis cognomento Thomiſlaua, Comitis Sdislai vxor dũ in vita ageret ſemper deuotè ſe in omnibus S. Hyacintho ſupplex commendabat. Quæ cùm ad terminũ vitæ ſuæ perueniſſet grauiterque infirmata vſq; ad mortem in agone poſita palpitare cœpiſſet, ad quã venerunt duo dæmones quaſi Ethiopes, micantibus oculis, eáq; vt ſibi videbatur arripientes per vias lubricas ac tenebroſas ſecũ ad inferos trahebant, & cũ iã locis pænalibus appropinquaret, ecce occurrit eis vir cãdida veſte indutus, in habitu fratrũ prędicatorũ, qui ait ad illos dæmones. Quo ducitis hanc peregrinã. Qui reſponderũt, eò ducimus quò nobis eſt mãdatũ. Quibus intulit vir Dei, dimittite inquit eã, nam noſtra eſt, & ſtatim illæ laruę dæmonũ ipſa relicta euanuerunt. Tunc dixit vir Beatus ad illã: Sis bono animo filia, ego enim ſum F. Hyacinthus ordinis fratrũ prædicatorũ, quẽ multoties pro tua liberatione inuocaſti, idcirco in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti ſcias tę ab infirmitate tua eſſe curatã, & à dæmonibus liberatã. Quę expergefacta, & à morte quaſi à ſomno ſubleuata ſtatim ſurrexit, & ab omni infirmitate ſe liberatã eſſe ſenſit. Porrò nõ ingrata beneficij ſtatim ad Eccleſiã S. Trinitatis Cracouień. ad ſepulchrũ S. viri Hyacinthi properauit, & quid illi per virum Dei effectum fuerat cum gratiarum actione, & diuina laude coram Patribus conuentus, & alijs plurimis proteſtata eſt.

Quod vitula cuiuſdam pauperculæ mulieris mortua vitæ ſit reſtituta. Cap. VII.

CIrca annũ Domini 1266. tale factum fuiſſe narratur prodigium: Quędam enim matrona nobilis nomine

Vitouslauska, habuit quādā ancila ſeruilem, quæ Danbrou ska vocabatur, hæc à ſua iuuentute S. Hyacintho ſemper fuit multum deuota, & cum Dominæ ſuæ pluribus annis fideliter inſeruiret, vitulam quandam ſibi nutriendam ab ipſa impetrauit, quam adeptam cum magna ſollicitudine nutriuit, vt pote ſeruitij ſui penſum, quæ vitula infortunio quodam iminent einfirmata decidens expirauit, quod cum vidiſſet illa puella Dambrouska cernēs ſe eſſe ſpe fruſtrata pretij profuſis lachrymis & magna deuotione cordis ad ſepulchrum S. viri cucurrit, & proſtrata in oratione ſic eum allocuta eſt: O S. Hyacinthe ego ſum paupercula ancilla tibi ſemper deuota, obſecro adiuua ſeruam tuam, hanc enim, quam loco pretij vitulam habui iam mor tuam domi reliqui, & quo confugere in hac mea neceſsitate debeam præter, te neſcio, obſecro igitur fac mecum miſericordiam, & per preces tuas ad Dominum Deum digneris eam viuificare. & cum in Eccleſia diutius moraretur, Domina eius indignè ferens animal mortuum in domo ſua iuſsit vocare lanionem, mandans vt excoriata pelle cadauer eijceretur. Cum verò ancilla ac Eccleſiā redijſſet, & voluntatem Dominæ ſuæ vt excoriaretur ani mal præſenſiſſet, rogauit Dominam ſuam procidens ad pe des eius ne adhuc excoriari vitulam permitteret, donec ip ſa accurreret ad ſepulchrumS. Hyacinthi, & reuerteretur. & his dictis properauit ad Eccleſiam, ad ſepulchrum S. viri Hyacinthi, rogans ſibi viuam reſtitui vitulam, tandem feſtinè domum reuerſa reperit lanionem vitulam ipſius ex coriantem, tunc vitula cæpit mouere pedem excoriatum, & eleuato capite ſana ſurrexit haud dubium. quod meritis S. Hyacinthi id factum ſit. ad quod miraculum plurimi ex Ciuitate Cracouienſ. videndum cucurrerunt, & Dominum Deum in glorioſo Sancto viro ſeruo ſuo Hyacintho mirabilia facientem collaudarunt.

De quodam Geraldo ciue Cracouienſi agonizante per B. Hyacinthum ad vitam reuocato. Cap. VIII.

FVit quidam Ciuis Cracouieñ.nomine Geraldus,qui cũ vxore ſua Helizabeth incedẽs in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini, ſine quærela in timore Domini educatus S. viro Hyacintho ſemper deuotus fuit, & vt ipſius deuotione, & merito præmium reſponderet nõ eſt fruſtratus ſpe ſua.cũ enim acutiſsima & grauiſsima febri oppreſſus eſſet & repentinè prehenſus, de ſpe vitæ deſperare cæpit, & tandem ad ſeipſum reuerſus S.Hyacinthũ,vt ſibi ſuccurreret inuocauit. Vxor verò ſua Elizabeth mente deuota ad Eccleſiam vbi ſacrum corpus viri Dei requieſcit cum lachrymis pro ſanitate ſui mariti interpellatura cucurrit. Et ecce Geraldo prędicto in agone poſito, & quaſi iam à ſenſibus alienato ad lectum ipſius decumbentis aſtitit S.Hyacinthus dicens:Fili Geralde quid petis à me,ego ſum frater Hyacinthus per te inuocatus & præcipuè per conſortem tuam Elizabeth,quę in Eccleſia exiſtens adhuc cum lachrymis orat pro te apud ſepulchrum meũ.Ad quẽ infirmus: Pater Sancte Hyacinthe, inquit, obſecro te per miſericordiã Dei,vt mæritis tuis me curare digneris. Cui vir Dei dixit: In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti ſis ab omni infirmitate liberatus, & hæc dicens ab oculis ægrotantis ſe ſubraxit, & diſparuit. Tunc infirmus ſupradictus Geraldus perfecta ſanitate ſuſcepta ſtatim ſurrexit,& repentino curſu abſque morę, cum multis amicis ad agonem eius expectantibus, & familia magna ad Eccleſiam fratrum prædicatorum venit, & vxorem ſuam Elizabeth ad ſepulchrum Sancti viri Hyacinthi orantem inuenit. Quæ cum ipſum ſanum vidiſſet præ gaudio obſtupuit, & tandem Deo gratias agentes, & Sancto Hyacintho ſuo patrono reuerſi ſunt ad propria

miraculum verò toti ciuitati innotuit, quod circa annum Domini 1267. contigiſſe narratur.

Quædam domina partu grauida à periculo mortis inuocato B. Hyacinthi auxilio liberatur. Cap. IX.

MAtrona quedā nobilis nomine Petronella, vxor Dñi Verſij exiſtens partu grauida, ſex ante partū ſeptimanis, magno dolore vteri angebatur, & appropinquāte hora cū parere nō potuiſſet propter magnā vim doloris defecit ſpiritus eius, & inuocans B. Hyacinthū ad terminū vitę, & limen mortis deducta eſt. quæ dū eſſet in agone poſita, & vltimū ſpiritu ageret: ecce mox vir Dei B. Hyacinthus ante lectū illius aſtitit dicēs: Filia Petronela Deo deuota, ecce adsū quia me in tua infirmitate inuocaſti, ideo in nomine Ieſu Chriſti ſanaberis, & filiū abſq; magno dolore paries. quę cū ad ſeipsā quaſi de quodā graui ſopore euigilās reuerſa fuiſſet ſanā ſe inuenit, & filiū ſicut prędixerat vir Dei Hyacinthus, abſq; labore, & dolore peperit. Itaq; veniens cū filio ad ſepulchrū S. Hyacinthi cū deuota oblatione Deo gratias egit, qui per merita S. Hyacinthi à periculo mortis illā liberauit, miraculūq; corā Patribus Conuētus, & pluribus alijs ſolemniter proteſtata eſt factū fuiſſe 1268. in die S. Gregorij Pontificis, & Confeſſoris.

De matronæ cuiusdam manus dexteræ reſtitutione per merita S. Hyacinthi. Cap. X.

IN die Tranſlat. Beatiſs. Patriarchę noſtri Dominici. Anno Dñi 1268. tale fertur contigiſſe miraculū, Matrona enim quædā nobilis nomine Martha vſum manus dextrę, propter quendā grauem influxum dolore plenum ita amiſerat: vt nec extendere nec flectere eam poſſet, & cum diuerſis medicinis dolorem manus auertere, & proprio vſui applicare tentaſſet & minimè vnguentorum iuuamine profeciſſet, recordata viri Dei B. Hyacinthi, quod multis

alijs

alijs ad ſe cōfugientibus perfecta ſanitate opitularetur, nimio preſſa manus dolore venit, cum magno eiulatu ad Eccleſiā fratrū prędicatorū vbi requieſcit corpus B Hyacinthi, & cū multis lachrymis poſita manu ſuper ſepulchrum eius fiducia plena dixit: O Beate Hyacinthe, tu multos mortuos ſuſcitaſti, & diuerſi morbi, atque infirmitates ad preces tuas à corporibus hominum abſceſſere, digneris me tibi deuotam à dolore manus liberare. quæ dū vix cum lachrymis verba protuliſſet, manumq; arefactā ſepulchro B. viri applicaſſet, mox beneficium perfectæ curationis ſuſcepit, viſaq; Dei omnipotentis virtute ingrata eſſe nequaquā voluit, ſed conuocatis antiquioribus Patribus miraculum pandit, & Deo bonorū omniū largitori per merita S. eius corā omnibus præſentibus ingentes gratias reddit.

Quomodo quædam fœmina ab oculorum dolore meritis Sancti liberatur. Cap. XI.

QVędam religioſa fœmina Cecilia nomine à pueritia ſua ſeruiēs deuotè Dn̄o pluſquā triginta annis, quæ incidēs in infirmitatem & grauiſsimū dolorem oculorum ita quod octo annis nimiū dolorē patiēs, vt cęca ducebatur, tandē ſpeciali deuotione ducta quā habebat ad virum Dei S. Hyacinthū, mandauit ſe duci ad ſepulchrū S. Hyacinthi, quod cū manu tetigiſſet in vocē prorumpens cū lachrimis: O S. Hyacinthe per te Deus mira operatur nunc circa mortuos, vt ſuſcitentur, nunc vt illuminentur cæci, digneris ergo me miſerā iā octo annis cęcutiētē oculis clemētię inſpicere, & ab hac oculorū meorū cęcitate eripere. Quæ cū dixiſſet, oculos ſuos ad tūbā S. viri Hyacinthi applicauit, cuiꝰ fidē ſtatim ſecuta eſt diuina miſericordia. nāq; ſubito meritis S. Hyacinthi omnē infirmitatem oculorum euaſit, & deſideratū lumen perfectum recepit, multis ad præſens miraculum aſtātibus & miſericordiam Dei ſuper creaturā ſua laudantibus, Hoc quoque fuiſſe Anno

Domini 1268. in die ſanctiſsimæ Trinitatis, liber authẽticus miraculorum teſtatur.

Quod quadam mulier ſurda à ſua infirmitate ſanatur. Cap. XII.

IN teritorio Cracouien. erat quædã matrona, quæ Margaritæ nomen habuit, hæc in viduitate ſua, ſecundum Dei timorem pluſquam viginti annis, pudicè & religioſè conuerſata incidit in grauem, & inſanabilem infirmitatem, ex quá ob ingentes dolores capitis humoribus concurrentibus, tanta & tam grauiſsima percuſſa eſt ſurditate, quod nec campanas, nec tubas, nec homines ad eam loquentes vel quoſcunque alios reſonantes ictus & ſonoras percuſsiones audire poterat. quæ cum vndique tum herbarum, tum vnguentorum vnctionibus ſe voluiſſet liberare nec potuiſſet, cum magna deuotione ad Eccleſiam fratrum prædicatorum Cracouiæ, vbi corpora Sanctorũ virorum S. Hyacinthi, & S. Vitti Epiſcopi Lauſaneñ. de ordine fratrum prædicatorum aſſumpti requieſcunt peruenit, & proſtrata inter vtriuſque altare (B. enim Vitti Epiſcopi corpus in altari, quod eſt à tergo altaris S. Hyacinthi in ſtamnea tumba eſt reconditum) ſic allocuta eſt dicens: O Sancti & electi Dei S. Hyacinthe, & B. Vitte, per miſericordiam Dei peto liberate me ab hac ſurditatis infirmitate. & perſoluta ſua deuota oratione, cum magna fiducia ad ſepulchrum S. Hyacinthi acceſsit deoſculans illud & aures deſuper ipſius tumbam applicans non defuit diuina miſericordia. verum ad S. honorem aſflictã fœminam ab illa ſurditate, quam contraxerat liberauit, & beneficio auditus perfectiſsimè donauit. quo percepto Domino Deo ingentes gratias retulit, & miraculum in gloriam Dei, & honorem S. coram multis publicauit.

Quidam

Quidam oculo excæcatus viſum recipit. Cap. XIII.

ANno Domini 1270. In Craſtino Sanctiſsimę Trinitatis tale narratur factum fuiſſe per męrita S. viri Hyacinthi miraculum. Vir enim quidam nobilis genere profeſſione miles, qui S. Hyacintho dum adhuc viueret amiciſsimus fuit hic ex graui quodam capitis dolore in vno oculorum ſanioſa quadam infirmitate percuſſus cœcitatem contraxit. in ea enim parte, qua affectus erat oculus, in medio pupillæ albugo putredine plena ad modum iuglandis excreuerat, quę & oculo maximum dolorem, & faciei turpitudinem non paruam ingerebat. Verum eſt equidem ſe huic dolori multos adhibuiſſe medicos, diuerſaſq; conſultantium excepiſſe artes. At cũ nihil profuiſſent, immo magis, ac magis faciei tumorẽ, capiti dolorẽ, & intuentibus horrorẽ ingenerarent, relictis humanis conſiliis ad diuinũ ſe contulit auxilium. Siquidẽ mente concipiens, & anima pertractans S. Hyacinthum, apud D. Deum eſſe glorioſum meritiſq; acceptabilem, & ſuum quondam amicum Cracouien. ad ſepulchrũ S. Hyacinthi ad fratres prędicatores ſe contulit, & cũ illa corrupti oculi affectione corde deuotus, & ſpe plenus ad tumbã S. viri acceſsit, oculumq; corruptũ ſepulchro applicans ſic dicebat. O S. Hyacinthe tu cum in hoc mortali corpore viueres me, vt filiũ dilexeras & ego viciſsim ſemper tibi deuotus fui, nunc obſecro vide infirmitatem meã, & ab hac turpi carie libera me meumq; mihi oculum reſtitue. Scio enim te apud Altiſsimũ precibus tuis hęc obtinere poſſe. Mira res vix verba finierat orationiq; terminum dederat, & ecce ſubito caro illa putrida, & ſuperflua ſaniæque referta ab oculo recidit facies à tumore liberata, & pupilla quę iam effluxerat, nouũ, dans actum videndi clariſsimum, militi ſupplici, męritis S. Hyacinthi apparuit, quod multis præſentibus factum fuiſſe. Dominumque Deum in ſancto ſuo collaudatum ſcripto authentico notificatur.

Qua-

Quædam nobilis Domina agonizans à præſenti morte meritis ſanctorum Hyacinthi, & Vitti liberatur. Cap. XIIII.

COmitis cuiuſdam Sulconis nomine, Caſtellani Craco uień. filia vxor Scarbimiri percuſſa graui infirmitate, & deſperata, quæ ſomnum ab oculis, & omnem guſtum à palato ſubtraxit, ita vt nec comedere, nec bibere, neç loqui poterat, & cum iam medicorum ope fruſtraretur de, que eius vita deſperatum eſſet, cùmque morti appropinquaſſet quidam amicorum parenti ſuo, vt eam ad monumenta ſanctorum Vitti Epiſcopi, & Hyacinthi confeſſorum, cum certis votis offerre ſuggeſsit. Pater ergo illius Dominus Sulco prædictus Caſtellanus Cracouień. ad lectum filiæ mortaliter decumbentis cum cęteris amicis ſuis flexis genibus ſanctos Dei confeſſores deuotè, & lachrymabiliter inuocare cępit dicens: O S. Hyacinthe, & ſancte Vitte dignemini ſuccurrere orationibis veſtris apud Dominum mortaliter laboranti filię meę; & ego eam cũ ſolemni oblatione ad ſepulchrum veſtrum deducam, votumque ſupplex explebo. Illo itaque votum ſic promittente illa quæ iam præſentem mortem paſſa eſt filia ſtatim eleuans ſe in lecto voce ſonora clamauit: Gratias ago Domino Deo meo, & Sanctis eius Hyacintho, & Vitto confeſſoribus, quia eorum mæritis à mea infirmitate, mortiſque periculo ſum liberata, confeſtimque ſana ſurrexit, & cum patre ſuo Domino Sulcone prædicto, magnoque comitatu nobilium, qui ad ſe deplangendam acceſſerant, ad ſepulchrum Beatorum iam dictorum cum magna deuotione venit, & votum, quod pater pro ipſa fecerat deuotè perſoluit, cunctis mirantibus, & Dominum in ſanctis ſuis mirabilem laudantibus. Hoc miraculum factum eſt circa Annum Domini. 1277.

Simile

Simile miraculum factum eſſe meritis Beati Hyacinthi perhibetur circa annũ Domini. 1270. in diſtrictu Podlachiæ, in ciuitate Czechanoiuuecz vbi quædam Domina cognomine ſerta Bodislauska, vltimũ ſpiritũ agẽs, recõmendata votis ad ſepulchrum Beati Hyacinthi, ſubito omnem infirmitatem euaſit, & perſectam ſanitatem recuperauit, cui miraculo plures fide digni interfuere.

Quidam ab hoſtibus lethaliter vulneratus per Beatum Hyacinthum priſtinæ ſanitati reſtituitur. Cap. XV.

NE omni generi morborum per inennarrabilem Dei virtutem Beatus Hyacinthus deeſſe videretur, eam quoque apud altiſsimum gratiã (vt etiam vulneribus concíſis medeatur) impetrauit: omnibus enim, vt viuens in pietatis Christianę viſceribus, compatiebatur; ſic & mortuus & beatæ vitę potitus ſedibus, cunctis ad ſe confugientibus non ſolum precantibus vel vota offerentibus, ſed etiam ſuſpirantibus tantummodo: ſua ſolatia pręſtabat. Contigit enim hoc quod enarrare cupio miraculum, ita miſericordiæ Dominum ſeruumque eius exaltans, vt nequaquam præteriri ſilentio dignum eſſe iudicem. Ciuis namque Cracouień. diuitiis, & fortuna temporali, tum etiam morum probitate inſignis cui familia Hinconis nomen impoſuerat, qui more humano caſibus variis ſubiectus, caſum vulneris grauiſsimi ſubiit. Hic ſiquidem ab hoſtibus ſuis ſibi inſidiantibus grauiſsimè in capite vulneratus, vſque ad cerebri excuſsionem, & in brachiis vſque ad oſsium effractionem ſemiuiuus relictus præſentem mortem pertimeſcens chirurgorum, & Pharmacopolarum ſe curæ commiſit. At quia ob tàm lętale vulnus nullo modo hominum arte, & ingenio ſpes vitę relinquabatur, ſtatim diuinę ſe prouidentię ſanandum porrexit. Sciebat ſiquidẽ in illa Metropolitana ciuitate Cracouień.

couieñ. ſingulare datum eſſe miſeris, & afflictis refugium, ſcilicet Sanctum Hyacinthum ordinis prædicatorum. Tunc ſe recoligens, & deuoto pectore ſuſpiria emittens verſo vultu ad parietem Eccleſiæ ſic ſanctum virum alloquitur: O ſancte vir Dei Hyacinthe mærentium conſolator, ecce iam morior, nullumque iam mihi aliud datur vitæ refugium; ſic etenim ab inimicis meis ſum vulneratus, quod medicorum arte fruſtra cupitam debeo ſperare ſalutem: Ad te igitur ſolum mihi & vltimum reſtat diffugium. Tu qui mortuos ad vitam reuocas, potes me etiam (quod certo, & firmiter credo) ad mortem conciſũ vulneribus reſarcire, & precibus tuis ad vitam reuocare. Nec facultas tibi deeſt, qui tantis apud Deum mæritis abundas, nec voluntas deeſſe poterit, qui diuina ſemper charitate plenus fuiſti. Obſecro igitur miſerere mei, & ſuccurre iam deſtructæ, & conuulſæ fragili naturæ meæ: Ego vero quãs primum iuueris me, promitto cum non exiguo munere, & oblatione tuum inuiſere, & honorare ſepulchrum. Audi miraculum, & miram Dei virtutem vix votum corde, & ore promiſerat, & ecce confeſtim vulnera, quæ vnguentorum ratio mederi nequibat, omnipotentis Dei virtute ſolidata atque perfectè ſanata, & ipſe Hinco ab omni ſe infirmitate, & debilitate mæritis Sancti Hyacinthi curatum reperit. Et mox à præsẽti morte, & vita inſperata ſanus cõſurgens cũ ſua vxore Helizabet, & duobus filiis Philippo & Iacobo ad Eccleſiam fratrum prædicatorum ad tumbã Sancti Hyacinthi venit, gratiasque Deo agens ſolemnem voti oblationem compleuit. Omnibus magna voce conteſtans Dei gloriam, & S. viri apud Deum reputationẽ, quod eius mæritis iam à morte præſenti eſſet liberatus, Cicatrices ſolum velut ſigna diuinę gratiæ domum reportans anno Domini 1272.

De adoleſcentis cuiuſdam agonizantis à porta mortis ad vitam meritis Sancti Hyacinthi reuocatione. Cap. XVI.

AT verò anno ſequenti inſigne ob ſancti glorioſam in mentibus hominum refricandam memoriã Deo operãte tale fertur fuiſſe perpetratũ miraculũ. Namq; in oppido Proſſouiccè cuiuſdam matronæ honeſtæ cognomento Boguslaua Nicolaus vnicus filius, & viduitatis cõſolationem, & curæ domeſticæ labores ſufferens matri ſuæ cariſſimus habebatur, qui permiſſu diuino in febrim acutiſsimã incidens de die in diẽ maiorem habuit ſuæ vitæ iacturã, nec vllis medicorũ curis obuiari poterat quin ad terminũ vitæ velox curſus fieret. Quid mæſta mater ageret, quo ſe verteret ignorabat: Iam filium, quem viduitatis ſuæ fulcimen habebat agentem animam, ſpiritumque Deo reddentem videbat, nec vllum iam præſtolabatur humanum ſubſidiũ. Suaſu tñ fœminarũ aſsiſtentiũ bene ſperare iubebatur dũ modo ad paratũ à Deo mortalibus refugiũ votis pręcedẽtibus ex intimo corde quãtocius ſe cõferret, Mox męſta parens cũ cęteris fœminis genibus prouoluta ad lectũ filij cõclamare cępit: O S. vir Dei Hyacinthe, quantas iã per te hoĩum audiuimus operatas ſalutes? quot mirãda & ſtupenda quotidiè experimur? Ne deſpicias obſecro miſeram matrẽ dilecto filio orbatã, ſed conſolare męrentẽ, & redde mihi filiũ morientẽ: & ſi mihi miſeræ filiũ viuum reſtitueris promitto in honorẽ tuum ferias quartas ſingulas vſq; ad finẽ vitę meę ob gratiã mihi præſtitam ieiuniis & orationibus tranſigere. Quod votum cum lachrymis illa emiſit. Et ecce filius eius iam iam moriturus ad matrem dixit Noli flere mater chariſsima, ſed quantocius mihi cibum manu tua paratum porrige; Ecce etenim nunc per Beatum virum Dei Hyacinthum hic præſentem à mea ſum infirmitate curatus. Et aſſumpto

cibo

cibo ſurgens perfectè ſe curatum ſenſit, ſtatimque cum matre, & Domino Falislao,& Prębislao militibus ad Eccleſiam fratrum Prædicatorum Cracouiam venit, & ad tumbam Beati Hyacinthi ſolemnem ſuæ curationis per virum Dei proteſtationem fecit, gratias agens Deo, qui talem in mundo hominibus conſolationem reliquit.

De odore ſuauiſsimo ex tumba Beati Hyacinthi diffuſo. Cap. XVII.

INter cæteras ſanctorum corporum mirabiles gratias his, quæ adhuc in terris glorioſam expectant reſurrectionem propter encomium virginitatis perpetuæ, à Chriſto Ieſu Domino virginei partus fructu ſingulariter conceſſas hæc vna ſolet eſſe non contemnenda, quod ex eorum oſsibus, ſiue venerandis reliquiis ſuauis in Chriſti fideliũ nares odor diffunditur, vel ſimile aliquid, quod ſingularem alicuius ſancti virtutem commendet. Sic enim S.Catherina martyr dat lac pro ſanguine collo. Sic Paulus capitis ſaltu, & dulcis Ieſu memorato nomine tres perpetuos fontes Romæ prodidit. ſic Beatus Ianuarius Neapolitanus ſanguinem ſuum bullire facit capiti ſuo admotum, ſic Beatus Nicolaus ſacro reſudat oleo. ſic Ioãnis Euangeliſtæ manna perpetuo fonte ſcaturit. Non mirum ergo ſi Beato,& glorioſo Hyacintho ad oſtendendam puritatis virtutem conceditur, vt de eius corpore ſuauiſsimus odor emanet. Quidam enim Nobilis Zegocius cognomento circa Annum Domini 1274. cùm adhuc ſecularibus curis,& mundanæ conuerſationis inuolucro, licet iam clericus eſſet, teneretur, quadamque die deuotionis ergò ad Eccleſiam fratrũ prædicatorũ Cracouiæ, & cum aliis, qui magno deuotionis erga Sanctum Hyacinthum virum Dei trahebantur affectu ad ſepulchrum eiuſdem exoſculandũ accederet, dum nihil minus quàm ſe aliquando fratrẽ ordi-

ordinis prædicatorũ futurum ſperaret ſepulchris ſancto-rum virorum Hyacinthi, & Vitti ſenſit miram fragrantiam, odoriſque ſuauiſsimi ſuauiolentiam, qualem lingua humana explicare nequaquàm potens erat. Et cùm nulla pigmenta, & commentitiæ ſuffumigationes in Eccleſia viderentur, mirabatur vnde tantorum ſuauitas odoramentorum reperiretur, domumque reuerſus nullatenus eius odoris fragrantiam deperditam ſenſit. Illius ergo odoris ſupernaturalis fragrãtia illectus, diuinoque tactus lumine ordinem prædicatorum Cracouię eſt ingreſſus, in quo memor cœleſtis dulcedinis ſanctiſsimam vitam ducens laudabiliter vixit, iuramentoque ſæpius confirmauit ſe ex ſepulchris ſanctorũ eam de qua ſcribimus odoris fragrantiam ſenſiſſe.

Quidam à ſquinatico morbo meritis Sancti liberatur. Cap. XVIII.

BOleslai Ducis Poloniæ Cancellarius cognomento Dobroslaus, qui ſibi erat cariſsimus ex quadam ingluuie, & corporis diſtemperamento ſquinantico morbo percuſſus tantam gutturis, & faucium paſsus inflaturam, vt cibo, & potu nequaquam amplius vti poſſet, iamque octauum diem tranſigerat, cùm nihil eorum, quibus humana ſuſtentatur fragilitas deglutire poterat. Et cùm iam omnium medicorum ars in ſeipſam reuerſa, quid morbo eradicando, & ſtrangulato ſanando remedij adhibendum eſſet, prorſus neſciebat. Dux Boleslaus ne tam honorato, & Reipub. vtili ſubiecto priuaretur (ſciens quanta Deus per Beatum virum Hyacinthum affectis corporibus afferret opitulamina) mox die nona currum parari iubet, & ſuum ſquinaticum ad ſepulchrum Beati Hyacinthi portari comitante tùm ſeruorum, tùm amicorum Ducique famulantium non parua caterua. Cùmque iam Ec-
cleſiæ

cleſiæ, in qua ſancti corpus requieſcit, limen tranſiſſet, modulos loquelæ, quam amiſerat, recuperauit. Et appropinquans ſepulchro ſancti illudque deuotiſsime exoſculans cum lachrymis ſancti viri patrocinium, & adiutorium inuocare cæpit dicens: O Sancte Hyacinthe, per te vſus loquelæ eſt mihi reſtitutus, obſecro per miſericordiam Dei, priſtinæ me ſanitati mæritis, & orationibus tuis reſtitue; Ego vero in memoriam beneficij vſque ad mortem ferias quartas ieiunare promitto. Hæc eo dicente, ſtatim cernentibus cunctis per mærita ſancti inflatura capitis, & gutturis diſparuit, & a poſtema ſciſſum eſt, ſanieſque tota effuſa, corpusque priſtinæ ſanitati reſtitutum: & hoc perfectiſsimè. quod ipſe videns coram præſentibus, & miraculo aſsiſtentibus gloriç Dei reuerentiam exhibuit, miraculumque Dei ope, & ſancti patrocinio patratum confeſſus gratias dignas Deo decantauit, atque ad ſuum Ducem cū gaudio, & virtutis Dei confeſsione reuerſus, quid Dei beneficio ſibi contigerit per ordinem enarrauit. hæc autem Anno 1277. contigiſſe proceſſus Inquiſitionis Sancti Hyacinthi narrat hiſtoria.

Quomodo S. Hyacintus adoleſcentem iam morientem apparens illi à morte liberauit. Cap. XIX.

IAm verò quid factum ſit Anno 1280. in craſtinò aſſumptionis glorioſiſsimæ Virginis Mariæ audiamus. Namque in villa, quæ Polonis dicitur Pelesnicza quatuor à Cracouia milliaribus diſtante, Nobilis quidam nomine Vislaus Boguslai militis filius in grauiſsimam, eamque mortalem febrem incidit, quam nulla medicorum ars curare valebat, cùmque iam de eius vita deſperaretur, iam iamque agonizans morti vicinus eſſet, parentibus, & amicis ad lectum morientis circumſtantibus, ac irremediabili-

ter

ter flentibus, Magdalena matrona mater eius, & coniunx præfati Boguslai flexis genibus reſumpto ſpiritu cum lachrymis cæpit inuocare S Hyacinthum in patrocinium necnon B Vittum Epiſcopum Lauſancń. ex ordine prędicatorum(de quo ſupra libro primo dictum eſt)dicens:O S.Hyacinthe,& Vitte,viri ſerui,& amici Dei,quorum ani mæ in cœlis gloria perpetua perfruuntur, & in terra nomen ſamaque eſt celeberrima,dignemini mihi miſerę ſuccurrere, huncque filium meum, quem inuida mors à conſpectu meo rapere properat ad vitam ſanum precibus meritiſque veſtris reſtituite, & ego promitto eum cum ſolemni oblatione ad tumbas veſtras ſiſtere. Quamprimum vero verbo,& corde deuoto expreſsiſſet dicta ſtatim iuuenis quaſi è graui ſomno expergeſactus ad parentem vota Deo offerentem præſentibus cunctis dixit: O mater cariſſima citò properemus Cracouiam ad Eccleſiam fratrum prædicatorum,& agamus Deo gratias pro mea curatione, & ſanctis eius S.Hyacintho,&B.Vito qui modo mihi Spiritum exhalanti in decore mirabili, vnus quidem Pontificali veſtitus amictu,alter vero in habitu fratrum prædicatorum aſtiterunt,dixeruntque mihi iam iam morienti Viſlae fili In nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti curamus te ab infirmitate quam pateris, ſurge, & cum matre tua ad noſtra ſepulchra vota pro te facta completurus perge. Et hoc dicto diſparuerunt, & ego optimè ſentio me eſſe ſanatum. Mater igitur hæc audiens luctum conuertit in gaudium,& præparato curru cum marito ſuo, & filio,multiſque conſanguinis ſibi adiunctis cum gaudio Cracouiam ad ſepulchra Beatorum properarunt,& miraculum fratribus prædicatoribus, & alijs ciuibus promulgarunt, Deo optimo ingentes gratias votis adiunctis reddiderunt, qui per ſanctos ſuos hic in terris mortalibus auxilia confert pietatis.

Quædam matrona ſex annis cæca meritis S. Hyacinthi viſu donatur. *Cap.* XX.

NOn contemnendum ſanè diuinam virtutem, & ſanctorũ honorem commendans anno 1281. in die Beatiſsimi Patriarchæ noſtri Dominici accidit miraculum. Quædam enim matrona Nobilis Criſtina nomine, vxor olim Nicolai Irdeniaua militis Deo permittente in grauẽ lapſa infirmitatem, ex nimio capitis dolore oculorũ eſt oppreſſa paſsione in tantũ, quod inualeſcẽte morbo indieſq; creſcente totaliter viſiua virtute priuatur. Iam ſiquidẽ nec lucem aliquam, nec hominem, nec quicquam materiale ſiue palpabile cernere poterat. in qua cœcitate, dũ iam ſextum ageret annum omniũ ore cæca Chriſtina appellabatur, quæ licet pulchra facie fuerat, tamen ob cœcitatis deformitatẽ à marito ſuo deſpiciebatur; poſt modum autem à quadam deuota matrona admonetur, vt non paruipenderet Dei gratiam, quæ nuper ad conſolationem fidelium Cracouiæ apud fratres prædicatores emicuit: namque ſi aliis Deus tot ſolatia in eorum infirmitatibus præbet, cur tu etiam, inquit illa matrona porrectum in terris à Deo beneficium deſpicis? Sum certa, quod per Dei gratiam ſi ad S. Hyacinthum te deuoueris oculorum lumen es adeptura. Quod audiens cæca mulier matronæ reſpondit, nullum hucuſque fuit, qui me hac de re commoneret. At verò ex hac perſuaſione tua pro qua gratias multas tibi referro ad Eccleſiam noſtræ villæ accedo, & ibi ſolemne votũ ad tumbam iſtius ſancti glorioſi emittam. Quæ cum ad Eccleſiam veniſſet, & cum lachrymis orans votum ad S. Hyacinthum perficiendum promitteret, ſtatim cæpit quaſi quodã ſopore grauari, & cum ſic obdormiret, aſtitit illi S. Hyacinthus in fulgida veſte, & decoro ordinis prædicatorum amictu, & dixit illi: Domina Criſtina, ſi vis viſum recuperare,

viſita

viſita ſepulchrum meum cum deuota oblatione: Et his dictis diſparuit. Tunc ſupradicta Domina ad ſeipſam reuerſa clamare cæpit ſuper famulos ſuos: quātocius mihi paretur currus vt poſsim per vos Cracouiam ad fratres prædicatores perduci ad ſepulchrum S. Hyacinthi, modo ſiquidem mihi in fulgido apparuit amictu fratrum prædicatorum lumenque oculorum meorum mihi promiſit reſtituere. Quod cùm factum fuiſſet, & ipſa ad ſepulchrū veri Dei S. Hyacinthi cum lachrymis deuotiſsimè oraſſet, & præ libata oratione oculis cæcis ſepulchrum Sancti contigiſſet, meritis & interceſsione ipſius ſtatim viſum recepit Dominūque Deum ſupremis extulit laudibus, qui ſanctos ſuos in terris mirabiliter glorificat, marito ſuo, & multis Nobilibus vtriuſque ſexus, tum etiā, & fratribus conuentus Cracouień. præſentibus, & ad factum prodigioſum ſtupētibus.

Quædam Domina percuſſa irremediabili dyſſenteria per merita S. Hyacinthi à morbo liberatur. Cap. XXI.

QVædam Nobilis, & deuota Matrona Domina Margarita coniunx olim D. Faliſlaui de Calina militis ob intemperiem ciborum ex cauſis morbi concurrentibus graui, & inſanabili eſt correpta diſſenteria, in tantumq; eam lubricus morbus affecit, vt viribus deſtituta omnem cibū potumque reſpuens, præ foribus mortem venire ſenſit, cumque iam nec medicorum rationes, nec ſeruientium ſollicitudines à morte ſuperueniente eam liberare poſſent, relicto humano ad diuinum anxia cucurrit pręſidium. Namque cæpit S. Hyacinthum deuoto corde ſub his verbis inuocare: O. S. viri Dei Hyacithe verè credo te in æternam, & cœleſtem tranſiſſe vitam, vereque profiteor quod etiam noſtro ſæculo orationes tuæ coram Deo altiſsimo plures languidos curarunt, plures mortuos ſuſcitarunt, obſecro

ſac mecum miſericordiam, & vitam præſentem mihi conſeruare apud altiſsimum obtinere digneris. Et ego haud immemor beneficij in tui honorem ferias quartas, & ſextas, vſque ad vltima vitæ meæ tempora in pane & aqua ieiunare coram Deo promitto, & ad tuum ſepulchrum notabilem,& deuotam offerre oblationem. Mira res vix mulier languida. & penè vita deſtituta votum compleuit: & ecce ſtatim Deo per merita Sancti Hyacinthi auxiliante matrona prædicta, quæ ob fluxilem morbum emarcuerat, ac ſi numquam eiuſmodi diſſenteriam paſſa fuiſſet, ſana,& incolumis ſurrexit. Ne verò tàm grande ſibi præſtitum beneficium per obliuioſam ingratitudinem aboleret;protinus Cracouiam cum marito ſuo adiunctis ſibi ſuæ incolumitatis honoratis, & fide dignis teſtibus venit,miraculumque appendit, & Domino Deo gratias egit, quod per virum Dei in ipſius infirmitate ſalutem cõtulit, & ſolemni oblatione ad ſepulchrum ſancti relicta, laudans communem omnium bonorum largitorem Deum ad propria remeauit. Anno Domini 1283.

Quædam virgo febribus ad portas mortis adacta per merita S. Hyacinthi perfectæ ſanitati reſtituitur. Cap. XXII.

ANno Domini 1284. in die Sanctiſsimæ Trinitatis tale narratur factum fuiſſe miraculum. Quædam Nobilis, & ingenua virgo cognomento Dobroslaua. Ianickonis Mileuski de villa Kunicze filia, correpta febre grauiſsima ex variis accidentibus morbo ingrauſcente ad finem vitæ ſuæ deducta eſt.fruſtra circa morbi increſcentis curam medicis laborantibus. Cùmque iam à medicis de vita ipſius deſperaretur, mater Virginis Domina Mileuska.

quæ

quæ ſemper Sancto viro Dei Hyacintho erat deuota ad diuinam ſe contulit miſericordiam. Idcirco flexis genibus corde meſto, & voce lachrymabili cœpit Sancti viri efflagitare patrocinium, multis eum in ſua oratione verbis compellans, & ſi ſuam filiam primæ ſanitati reſtitueret eum deuotione certam oblationem ad ſepulchrum Sancti ſe allaturam promittens. Quod votum cùm conſtanti corde compleuiſſet ſequitur à Deo præſtitum beneficium. Namque illa virgo prædicta à ſua, qua paſſa eſt periculoſiſsima infirmitate conualuit, & ſana ſurrexit. Quo facto gratulabunda mater, nec non prædictus Ianiczko nobilis ne beneficij immemores exiſterent cum filia ſua multoque nobilium perſonarum comitatu Cracouiam ad fratres prædicatores venerunt, vota perſoluerunt, Domino Deo miſericordi gratias retulerunt, miraculum publicauerunt, & quantum per Sancti Hyacinthi mærita Domino Deo obtinuerunt, palam coram omnibus enarrauerunt. Factoque voto poſt gratiarum actionem ad propria remearunt.

Quomodo Sanctus Hyacinthus matronæ coniugi fratris ſui vterini agonizanti apparens eam à morte, & ab infirmitate ſanauerit.
Cap. XXIII.

NObilis, & generoſa Matrona nomine Przibyslaua olim Comitis de Odrouons F. Jacobi de terra Opopolień. de Villa Kamien. Sancti Hyacinthi fratris vterini coniunx ex naturæ iniuria in acutiſsimam, & periculoſiſsimam febrem prolapſa humanis, ſe dedit præſidiis, medicorũq; animos, ſed non auxiliũ fruſtra imploran do. Itaq; cũ indies magis magiſq; paroxiſmo diuexaretur,

morbuſque in deterius vergeret, cùm ab omnibus medicis deſtituta, & ab amicis deplorata remaneret; in mentem venit S. Hyacinthi in omni morborum genere diuerſis perſonis ad ſuum præſidium confugientibus opitulatio, quæ non ſolum in diſtrictu Cracouieñ. verum etiam per oẽs Regni Poloniæ partes longè lateque protendebatur. Quoniam verò mors inexorabilis, quæ carminibus non eluditur, nec pharmacis reuocatur præſentem demonſtrabat animæ de corpore exitum, quod verbis non poterat morbi oppreſſa magnitudine, cordis anxio ſperitu, & deuoto ſuſpirio Sancti viri Hyacinthi, vt pote ſui conſanguinei cum lachrymis orando petebat patrocinium. Iam verò marito eius Iacobo prædicto ad lectum eius funeſtam dilectæ coniugis ſuæ mortẽ deplorante, atque exituræ animę horam expectantem, circa gallicinium cæteris dormientibus mediæ noctis tranſcurſo tempore ad lectum prædictæ matronæ iam iam ſpiritum exallantis aſtitit Sanctus vir Hyacinthus ſplendido prædicatoriæ profeſsionis indutus habitu, & ſic eſt eam allocutus: O Pribislaua, inquit Domina Deo deuota, quia me in tuæ mortis anxia hora inuocaſti ecce adſum. Idcirco in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti te vitæ priſtinæ, & perfectæ ſanitati reſtituo. Atque his dictis diſparuit. Matrona autem prædicta Pribyslaua, cùm mortis iacula, & naturæ iniuriam depulſam ſentiret, ſeque ſubito ſanatam, & à morte reuocatam cerneret ad perſonas circa ſuum agonem aſsideñ, & ſopore preſſas clamare cœpit alta voce dicens: Surgite Surgite, numquid non videtis Sanctum Hyacinthum ſplendido prædicatorum ordinis habitu refulgentem hic aſtitiſse, meque allocutum fuiſſe, & ab hac, quam agebam morte liberaſſe, & deperditæ ſanitati præſidium dediſſe. Ecce iam tota ſana facta ſum. Hæc cùm dixit ſana atque incolumis ſurrexit de lecto, & marito gaudium reſtituens cum ipſo, & tota familia ſua, multorum amicorum congauden-

gaudentium comitatu Cracouiam ad fratres prædicatores miraculum publicatura perrexit ad ſepulchrum Sancti viri orationes, & vota humileſque gratiarum actiones redditura acceſsit, Deū omnium bonorum inexhauſtum largitorem magnificans, qui ob merita ſancti ſui ad priſtinam ipſam reuocauerit ſanitatem. Hæc contigiſſe narrat hiſtoria Anno Domini 1289.

Quædam Domina præciſos penitus duos à manu digitos ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi admotos iterum corpori reuniri obtinuit.

Cap. XXIV.

EOdem anno in craſtino Sancti Dominici Patriarchæ noſtri non minus ſtupendum, quàm quod ſanctitatis ſancti viri Hyacinthi encomium commendet contigit miraculum. Siquidem Domina quædam Bartholomæi ciuis Cracouień vxor dum domeſtici operis aliquid feruentius, atque diligentius operaretur, cultrumq. incautius verſaret acutiſsimū caſu repētino præcidit duos de manu propria digitos, ita vt penitus à manu diſſecti in terram deciderent. At illa, vt muliebris fert animus, viſo atroci vulnere, quaſi exanimis in terram eiulans proruit infortunium ſuum lachrymabiliter deplorans. Quoniam verò ſæpius in publicis concionibus de virtutibus, & ſtupendis per Sanctum Hyacinthum factis prodigiis declamari audierat, concepta in Deum fide, & ad ſanctum virum deuotione, acceptis illis duobus præciſis digitis, & ſudariolo ſiue panniculo inuolutis ad Eccleſiam fratrum prædicatorum quantòcius properauit, & veniens ad ſepulchrū Sancti Hyacinthi cum lachrymis cæpit ſupplicare dicens:

O Beate

O Sancte vir Dei nonne nobis in declamationibus publicis ſæpius tuá merita apud altiſsimũ proponuntur, quibus & mortuos ad vitam, & diuerſis calamitatibus oppreſſos ad perfectam reſtituis ſanitatem? Obſecro ne me deſpicies famulam tuam, quæ toto pectore tuo me patrocinio committo, en attuli infœlicis laboris mei partũ duos digitos, quos de manu incauta præcidi, digneris tuorũ meritorum virtútem in me quoque miſeram effundere, hoſque ſic abſciſos manui meæ reunire, & viuificare. Ego vero ſi me ſanaueris promitto ob memoriam ſanctitatis tuæ, quamdiu terrena carne induta terras incoluero ſepties orationem Dominicam, & ſalutationem Angelicam indies deuotè perſoluere. Itaque voto emiſſo manum duobus digitis detruncatam ſuper ſepulchrum Sancti viri Dei Hyacinthi poſuit, & digitos auulſos ex ſudariolo deprōptos ſuis locis adaptauit. O rem miram, & ſtupendum miraculum, digiti ſiquidem per merita ſancti viri locis ſuis ſic reuniti adhæſerunt, & perfectæ ſanitati ſunt reſtituti, quaſi numquam crudeli mucrone à parte corporis reſecti fuiſſent. Ad quod miraculum gratulabanda mulier virum ſuum, & alios domeſticos, qui conciſam manum viderant in teſtimonium vocauit, & coram fratribus prædicatoribus mirabilem Dei omnipotentiam, & in ſanctum virum Dei fauorem prædicauit, multis ob tam grande miraculum ſtupentibus, & Deum glorioſum laudantibus.

Quo-

Quomodo puer cæcus à natiuitate ſexennio per merita & interceſſionem S. Hyacinthi illuminatur, & idem poſt menſes ſex à mortis periculo liberatur. Cap. XXV.

HOc eodem anno 1289. In die Aſſumptionis gloriſiſſimæ virginis Mariæ, tantæ & tam magnæ virtutis miraculum prodijt. Homo enim quidam de pago, qui vulgo Maſlouicze dicitur cognomento Suienton, licet conditione pauper, ſed in Dei prouidentia diues meritis, & ad Sanctum Hyacinthum deuotione plenus. Hic (vt à Domino probaretur, & gloria Sancti magis ac magis creſceret) filium habuit cœcum à natiuitate, quem & Simonem in ſacro baptiſmate nuncupauit, & cum iam in hoc naturæ, & oculorum defectu ſexennium tranſegiſſet, nec eſſet vlla ſpes aliqua arte humana ad optatam filio lucem peruenire, accepto ſecum filio Cracouiam ad fratres prædicatores ad tumbam Sancti Hyacinthi perrexit, & viua fide in Deum & ad Sanctum virum Dei deuotione faciem cæci nati filij ſuper ſepulchrum Sancti poſuit, & cum lachrymis ſic eſt exorſus: O Sancte Hyacinthe ſuccurre mihi miſero, & me in hac calamitate conſolare, illuminaſti duos gemellos cæcos à natiuitate dum viueres, illumina & hunc ſimilia patientem dum cœleſtia regna inhabitas, nec enim es minoris meriti mortuus, qui omnipotenti Deo æternaliter aſsiſtis; En tibi offero victimam accipe ſacrificium; & præſta tuo deuoto patrocinium. Quod ſi tuis meritis huic lumen dederis, hunc eundem filium vſque ad terminum vitæ meæ ſingulis annis cum oblatione deuota in recompenſam beneficij ad ſepulchrum tuum præſentare promitto. Hæc cooperante,

& vo-

& votum promentes fidei merito, non eſt fraudatus, ſubito enim illius pueri cœci nati aperti ſunt oculi, & lumen oculis integrum eſt reſtitutum. Tunc filius ad patrem Pater, inquit, chariſsimè iam omnia clariſsimè video omni cæcitate ſemota. Pater verò ſuus procidens in faciem Deum omnipotentem, qui in Sancto ſignum ſuæ beneuolentiæ oſtendit, pronus adorans fideli pectore, & ore collaudauit. ne verò miraculum cœlaretur, vocatis Patribus Cracouieñ. & perſonis fide dignis factum ſtupendum publicauit, & lætus cum filio ad propria remeauit. Poſtmodum ſexto menſe poſt hoc grande opus perpetratum, quatenus ad ſeruitium Dei traheretur, iterum manus Domini fuit ad probandum illum; Siquidem hic idem cùm conſequuta oculorum gratia filij ſui gauderet, illum in acutiſsimam & mortalem febrem incidiſſe vidit, qui cùm iam agonizaret & animam ageret, Pater ſupradictus flexis genibus cum lachrymis cæpit S Hyacinthi patrociniũ inuocare dicens: O Sancte vir Dei Hyacinthe, ſicut dignatus es filium meum cæcum illuminare, ita nunc eundem quem mihi mors eripere conatur, digneris ab eius falce liberare, quem ſi mihi viuum reſtitues, abinde ſimul cum filio ordinem prædicatorum intrare promitto, & in eodẽ ordine vſque ad mortem perſeuerare. Et ecce hæc eo dicente filius eius, qui iam iam moriturus erat per merita S. Hyacinthi viuus & ſanus ſurrexit, & poſtmodum Cracouiam veniens perſolutis ad ſepulchrum S Hyacinthi votis, & gratiarum actionibus, publicatoque miraculo, vnà cum patre ordinem prædicatorum eſt ingreſſus, in quo vterque pluribus annis & religioſiſsimè, & conſtantiſsimè Deo ſeruientes, ex hac vita ad cęleſtem patriam tranſierunt.

Puer

Puer quidam Phtiſicam paſſionem habens poſt vota S. Hyacintho facta ſanatur.
Cap. XXVI.

SImiliter eodem anno ſuprafato in octaua Aſſumptionis glorioſiſsimæ Virginis Mariæ, in prædicto pago Maſlouerde, Matrona quædam nomine Cæciliæ filium in ſacro baptiſmate Floſculum nominatum à natiuitate phtiſicum genuit, multiſque annis tabe interiori conſumebatur; in tantum, quod oſsibus & cute hærens carne omnino deperiret, proptereaque pedibus manibuſque, & toto corpore inualidus exiſtens proprium lectum exire non poterat. Cùm verò mœſta mater, & ſuum infortunium & filij dolendam paſsionem plangeret, admonita per quandam vicinam ſuam Magdalenam vocatam, vt pro filij ſui ſalute ſe ad S. Hyacinthum deuoueret, ſi quidem præcedenti Dominica cùm publicis concionibus intereſſet, oculis ſe vidiſſe, & auribus ſenſiſſe prodigia & mirabilia; quæ Deus omnipotens per S. Hyacinthum operatus eſt, affirmabat. Quo audito mater pueri, fiducia incaleſcens, maternoque amore ſuperata, iter vſque Cracouiam emenſa eſt, & cùm ad monumentum S. viri, cum lachrymis oraret, modico ſopore depreſſa, vidit S. Hyacinthum habitu fratrum prędicatorum indutum ſibi dicentẽm: Vade Cæcilia domum tuam, quia iam curaui filium tuum. Quę cùm expergefacta eſſet, & reuellationi credidiſſet, veloci curſu ad prędictam villam iter arripuit. Et factum eſt dũ iã territorio villæ appropinquaret, ecce occurrit ei filius ſuus totaliter ſanatus diuturnæ tabis languore curato dicens; Mater chariſsima quidam venerandus homo nocte mihi aſtitit in lecto infirmitate mea detento habitu fratrũ prædicatorum indutus, qui dixit mihi, Surge ſanus, & occurre matri tuæ, quę villæ iam eſt propinqua, & hoc

dicto

dicto diſparuit, & ego totus factus ſum ſanus. Quod videns ſupradicta Cæcilia mater ſanati filij, cûm gaudio gratias Deo immenſas retulit, nec ingrata beneficij filium ſuum adiunctis ſibi vicinis, & cognatis ad ſepulchrum Sancti eum duxit, & oblationem in gloriam Dei fecit, & Sancti merita omnibus ad miraculum concurrentibus magna voce enarrauit.

Quædam matrona nobilis à podagrica paſsione curatur.
Cap. XXVII.

NObilis & generoſa, necnon in relligione Chriſtiana piè à parentibus ſuis educata, cui nomen Dobroſlanuska vidua olim Thomæ Comitis de Brzezie vxor languore diuturno podagrico diuexata interpolatos ſentiebat dolores, & cûm vt illi videbatur ab illo dolore liberior eſſet, deuotione affecta promiſit viſitare limina Sanctorum Staniſlai Epiſcopi Cracouień. Hyacinthi, & Vitti Epiſcopi Lauſanең. idque non niſi pedibus abſque aliquo curruli miniſterio. Accepta itaque magna ſeruorum & amicorum caterua, (vt potè Comitis coniuunx) ter promiſſum perſoluere cæpit. Cûm verò ad villam Modelnicza in diſtrictu Cracouień acceſiſſet, & cûm iam ferè dimidium itineris expleuiſſet, podagrico iterum morbo correpta vehementer languere, ſpirituque ita, vt cæptum iter nequaquam perficere valeret, deficere cæpit. Mandauit igitur famulis ſuis, vt ſe ad hortum pomis conſitum eiuſdem villæ languidam quaſi animi reſumendi gratia deportarent. quod & ſtatim dictis obtemperantes executi ſunt. A illa eliminatis omnibus cûm ſola remanſiſſet deuota, & lachrymabili voce Sanctos Hyacinthum, & Vitum tali

voce compellare cæpit: O Sancti & glorioſi confeſſores, en ego famula veſtra ex deuotione, quam ad veſtra ſancta monumenta conceperam, eo vſque pedibus peregrinata ſum, adhuc magnum iter reſtat, & ego podagra percuſſa deuotionem meam explere non potero, & fruſtra tot itinera emenſa, ſine fructu deuotionis domum regrediar? Obſecro igitur glorioſa merita veſtra hoc mihi efficiant, vt à dolore pedum liberari, & deuotionem iam cęptam complere valeam. Et ſtatim vt dixit leui ſomno grauata dormiturire orando videbatur, cui mox duæ Reuerendæ perſonæ aſtiterunt, vna habitu fratrum prædicatorum induta, & alia pontificalibus exornata, quas ſequebatur proceſsio multorum fratrum quaſi pertranſeuntium, & ſuaui voce canentium: In ciuitate Domini clarè ſonant iugiter organa Sanctorum. Duo autem illi, quos plus honoratos cernebat dixerunt ad eam: Domina Dobroſlaua Deo deuota, ſurge & iter quod cæpiſti perge, & meritis eorum, quos inuocaſti, qui & tecum ſunt hic, ſcias te eſſe curatam. Et his dictis diſparuerunt: quæ ad ſe reuerſa clamare cæpit: Heus ſerui citò properemus Cracouiam ad ſepulchra Sanctorum ad fratres prædicatores: modo enim dignati ſunt me inuiſere. Sancti Hyacinthus & Vittus, cum aliorum multitudine fratrum, & me à dolore vehementi pedum curarunt, iterque cœptum perficere mandauerunt. Itaque perrexit ad ſepulchra Sanctorum Vitti, & Hyacinthi confeſſorum, ibidemque pro ſua liberatione & perfectè ſanitatis reſtitutione Deo optimo, qui iam Sanctorum ſuorum Confeſſorum meritis exhilarare dignatus eſt, ingentes gratias & laudes peregit, coram multis & amicorum & domeſticorum, & ciuium Cracouienſium teſtibus miraculum publicando. Sequutum hoc

factum.

factum eodem quo ſupra anno contigit in die S. Bernardi confeſſoris.

Pauperis cuiuſdam equus mortuus per vota ad S. Hyacinthum facta reſuſcitatur. Cap. XXVIII.

IAm verò anno dicto 1290 in die S. Michaelis Archangeli, magnum & ſtupendum factum eſt miraculũ. Fuit ſiquidem in ciuitate Cracouień. quidam homo pauper, qui vnum equum poſsidens victum ſibi & vxori ſuæ conquirebat. Hic dum quadam tota die in via lubrica laboraſſet, fatigatuſque laboribus itineris & oneris ad hoſpitiũ veniſſet, equus ille oppreſſus pondere, infirmatuſque procidens expirauit. Accurrit pauper Miroſlaus cum coniuge ſua, iumenti ſui violentos dolores mederi, trahunt retrahuntque cadauer, exiſtimantes ſuis illud clamoribus excitare. At vbi vident ſe in caſſum verba fundere, clamoreſque concitare, in fletum prorumpunt, domumque ſuam clamoribus ac eiulatibus replent. Accurrunt vicini animal mortuum vident triſtique homini ſolamen, vt poſſunt præbent. At ille quid faciam, inquit? quo me vertam? hoc ſolo animante domus meæ remediabar malo, hoc ſolo familiæ licuit eſuriem propellere, atque talia & ſimilia replicando, ſuos ſe capite crines vellicabat. Ad quem vnus vicinorum ſuorum Dobeſlaus nomine, talibus eum conſolatus verbis admonuit: Noli, inquit, quaſi deſperatus irremediabiles profundere lachrymas, & ſingultibus ſiſte modum, animal eſt ſiquidem, quod vſibus tuis à Deo ad tempus eſt tibi conceſſum prouidebit Dominus de alio; atque ſi tibi hoc tam carum eſt, licet ſit mortuum, potens eſt Deus tibi illud reſtituere, ſolum pro auxilio ad S. Hyacinthum, cuius meritis nunc Dominus Deus mirabilia in terra operatur, recurre & ipſe ſi placuerit altiſsimo Domino te conſolabitur. Conſenſit pau-

per ille perſuaſioni & confeſtim ad Eccleſiam fratrum prædicatorum cucurrit, & ad ſepulchrum S. Hyacinthi prouolutus cum lachrymis orauit dicens: O Sancte Hyacinthe vide lachrymas meas obſecro, intuere paupertatem meam, reſtitue mihi iumentum meum, quo egeſtatem meam à domo mea propellere, & victum quærere conſueueram. Ego autem ſi tantum beneficium à te recepero, iumentique defuncti compoſuero promitto me tibi integro anno, ſingulis ferijs quartis in pane & aqua ieiunaturum. Quod votum dum ad tumulum viri Dei compleſſet, neque tale aliquid futurum exiſtimaſſet, ecce ſua vxor cum gaudio veniebat dicens illi: Miroſlae vir chariſsimè, equus noſter qui fuerat mortuus, meritis S. Hyacinthi eſt ſuſcitatus veni, & vide quæ hodie Dominus Deus omnipotentis dignatus eſt nobis præſtare mirabilia, qui repentè ſurgens ab oratione, & pro ſuarum præcum exauditione gratias referens domum gaudens regreditur & equum ſanum & à mortuis reſuſcitatum meritis glorioſi S. Hyacinthi conſpexit. Ne verò tam inauditum miraculum in Dei contumeliam obliuioni traderetur ſtatim vicinis ſuis. qui defunctum equum viderant conuocatis miraculum eſt conteſtatus, eiſdēq; ſecum ad Eccleſiam fratrum prædicatorum conductis mirabilia Dei clara voce tam fratribus, quam ſæcularibus perſonis conſtanter enarrauit, & gratias referens Deo, cui nihil eſt impoſsibile ad propria cum vxore, & vicinis ſuis remeauit.

Dæmonium à muliere obſeſſa ad tumbam S. Hyacinthi expellitur. Cap. XXIX.

ANno Domini 1290. Fœmina quædam à Dæmonio obſeſſa de ciuitate Ezieszin, quę eſt in Ducatu Sileziæ Cracouiam, pro ſui liberatione ad reliquias S. Hyacinthi eſt adducta, quæ cùm cœmiterio Eccleſiæ Sanctiſs. Trini-

Trinitatis, in qua corpus huius glorioſi Sancti requieſcit, appropinquaſſet viſa Eccleſia ſtetit, nec vltra amplius appropinquare, vel ſaltem vno paſſu progredi voluit, ſed diſcerpens & torquens mulierem obſeſſam ruitu, & clamore vicum replebat dicens lamentabiliter: Abducite me hinc rogo abducite, nec ad ſepulchrum Hyacinthi veſtri ſiſtite, precibus enim eius & meritis accendor, maximè enim nobis aduerſatur, & tartarus noſter per ipſum ruinam per maximam patitur, imò adhuc patietur, tot enim nobis animas eripit mortuorum, totque illis dat præſidia orationum, quod omnes noſtros conatus in his partibus diſpergit. Ad quem quidam deuotus ex ordine prædicatorum, & per omnia vir approbatus Boguſlaus nomine, ſacræ Theologiæ doctor talia locutus eſt. Coniuro te per nomen ſanctiſsimę & indiuiduæ Trinitatis Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, vt nobis dicas veritatem, quantū te Deus ſcire permiſit, Si frater Hyacinthus, quem Deus tot miraculis decorauit aliquando canonizabitur. Quod audiens dæmonium per os obſeſſæ ſe torquens, & volutans reſpondit lamentabili & quaſi indignabunda voce: Ve mihi quia coniuratus cogor dicere veritatem: Nam veſter Hyacinthus pro certo canonizabitur, eius Canonizatio maiora nobis damna inferet, quàm Canonizatio S. Staniſlai, multos enim de noſtro nobis auferet inferno. O quā magnā per iſtum patimur iniuriam? Ad quē ſupradictus P. Boguſlaus, quando inquit hoc futurum eſt. Reſpondit Dęmonium, Scio quod eſt Canonizandus, ſed quando hoc futurum eſt, non eſt mihi datum noſſe deſuper, & hoc eſt ſignum quod hic Iatzko (quod eſt latinè Hyacinthus) canonizabitur, quia quamſcito ſepulchrum, vbi ſunt oſſa eius tetigero exibo de hoc vaſculo, quod obſideo. Quo dicto ceperunt illud Dæmonium, cum obſeſſa ad ſepulchrum Sancti ducere, quod cum magno reniſu clamore & difficultate ad Eccleſiam Sanctiſsimę Trinitatis venire eſt

compul-

compulſum & factum eſt dum ad ſepulchrum Sancti perueniſſet, & locum vbi recondita fuerant oſſa Sancti contigiſſet, Dæmonium ſe torquens & eiulans, veh quoque ſuum congeminans mulierem à ſe obſeſſam reliquit,infernaque loca reperijt, & mulier ſana, & à Dæmonio liberata cum gratiarũ actione & laude, quod per merita ſancti Hyacinthi liberata ſit ad propria remeauit. Hoc miraculum multis corã teſtibus eſt factum,qui ad exorciſmum huius liberatæ fœminæ adfuerunt, & dialogum huius Dæmonij talia proloquentis audierunt. Sed hoc maximè notandum, quod in libro miraculorum S. Hyacinthi poſt expulſionem Dæmonis adiectum eſt. Ab hoc inquit anno 1290. non reperiuntur aliqua ſcripta miracula de S. Hyacintho vſque ad annum 1329. propter negligentiam,quæ eſt fomentum & nutrix obliuionis, licet Nicolaus de Zmina quondam Cracouieñ. per 20. annos prædicator 200. miracula tempore ſuæ prædicationis fuiſſe facta & publicata, in libro miraculorum S. Hyacinthi teſtetur, non tamen ſcripta. Similiter Staniſlaus de Paulouo tempore ſuæ prædicationis pluſquam centum miracula publicata, non tamen ſcripturę mandata coram commiſſarijs Sedis Apoſtolicæ medio corporali iuramento confirmet. Et non eſt dubium quin Dæmon omnes conatus ſuos ad hoc extenderit, vt ſanctus Hyacinthus Canonizationem non conſequeretur;Sanctorum enim hominum gloria eſt in inferno maximum tormentum dæmonum. Nec fuit minor huius canonizationis moræ cauſa, quod quotieſcunque de ipſa tractabatur aut bella aut peſtes, aut mortes Regum, aut mortes Summorum Pontificum, & præſertim deperditio proceſſus ſub Clemente Septimo, in direptione Romæ intercesſere, atque id partim effecit, quod per C C C X X X I I I. annos quamuis quinquies tentatum ſit apud ſummos Pontifices ad Canonizationem peruenire fuit valde difficile vt

infra patebit, ab hóc verò anno vſque ad annum Domini 1329. cum innumera Deus miracula ſit per hunc Sanctum operatus, non niſi ſex ob prædictam cauſam his ſuperioribus adiecta ſunt.

Quidam ciuis Cracouien. à periculoſo morbo ſquinantico, & à gutturis apoſtemate liberatur. Cap. XXX.

ANno igitur 1329. in vigilia S. Staniſlai Martyris, Epiſcopi Cracouień. Quidam ciuis Cracouień. arte & opificio monetarius, nomine Fridericus vir boni teſtimonij, & erga Sanctum Hyacinthum magnæ deuotionis, dum quodam tempore infirmitate maxima diuexaretur ad ſanctum Hyacinthum tanquam ad communem Polonorum patronum confugit, & ad ſepulchrum ipſius Sancti orans ab ea, qua detinebatur infirmitate eſt liberatus. Poſtmodum verò penè vnius anni ſpatio præterlapſo ſupradictus Chriſtianus magno dolore gutturis & morbo, quem ſquinanticum medici appellant eſt pregrauatus, in tantum quod nec comedere, nec bibere, nec quicquam deglutire poterat, & cum medicorum ope fruſtrà remediũ tentaret, non immemor beneficij antea per virum Dei Hyacinthum ſibi in ſua infirmitate præſtiti, iterato cum deuotione ob ſpem à prædicta infirmitate liberationis ad tumbam ſancti Hyacinthi properauit, & ſe illi deuotiſsimè commendauit, orans vt à prædicto gutturis dolore ipſum liberaret. Et factum eſt dum ſic ad Sanctum pro interceſsione ad Deum præces funderet, ſubito ab illo apoſtemate eſt liberatus & priſtinæ ſanitati reſtitutus. Quod ille gaudens & exultans, ſibi præſtitutum per merita Sancti beneficium, fratribus prædicatoribus publicandum populo commendauit; & dum per Prædicatorem conuentus Fratrem Mathiam S. Teologiæ lectorem ad lau-

ad laudē Dei populo miraculum enarraretur, idē ipſe Fridericus ad extollendum ſibi per S. Hyacinthum datum beneficium aſtante ad prædicationem vtriuſq; ſexus plurima multitudine, propriæ vocis Encomio aſſeruit eſſe verum dixit, & quod dixerat prædicator verbo confirmauit.

Puer ſine baptiſmo mortuus, quinta die à ſua Natiuitate ad ſepulchrum Sancti delatus reuiuiſcit, & baptizatur. Cap. XXXI.

ANno Domini 1331. Deus omnipotens, & glorioſus in Sancti Hyacinthi recōmendationem ſtupendum operatus eſt miraculum. Matrona enim quædam Elizabeth nomine Nicolai ciuis Cracouieñ. vxor enixa eſt filium maſculum maximè debilem, quem vſque ad quintam diem ſacrò baptiſmate perfundi, ob quaſdam cauſas diſtulerunt, & ſic ſine baptiſmo obijt. Quod videntes parentes eius maximè ingemuerunt, & præſertim quod puerum ſine baptiſmo deceſſiſſe contemplabantur, ſeque ei non conſequutæ ſalutis cauſam fuiſſe quærebantur tandem accepto conſilio votum ad Sarcophagum Sancti Hyacinthi vterque voce lachrymabili emiſſeñ. puerum mortuum cum ſolemni oblatione ad tumbam Sancti deportari mandauerunt. quod pater pueri plenus deuotione, & fide proprijs manibus puerum mortuum deferens votum explere properabat. Et factum eſt dum ſuper ſepulchrum viri Sancti puerum depoſuiſſet voce lachrymabili, & corde deuoto, Sanctum Hyacinthum compellare cœpit dicens: O Sancte Hyacinthe amice Dei quàm multa de te ſtupenda, & mirabilia audiui, Deum patrem per te & per tua merita mortuos plures ſuſcitaſſe, & alia plurima in conſolationem fidelium operatum eſſe, obſecro te per miſericordem Dominum Deum noſtrum, vt interceſsione tua filium meum ſine baptiſmate de-

functum, viuificare & reſuſcitare digneris. [Et ego non immemor beneficij in honorem tui ſingulis ferijs quartis vſque ad vltimum diem vitæ meæ ieiunare coram Deo promitto. Mira res, & digna ob quam Deo ſummę laudes decantentur, vix homo votum compleuerat, & confeſtim puer reuixit, ſigna quoque ſuæ reſuſcitationis vocem viuam & planctum puerilem perſonare cæpit. Pater igitur cum gaudio ibidem in Eccleſia coram multis ad miraculum ſtupentibus factum, eſt conteſtatus, & Deũ qui facit per Sanctum ſuum Hyacinthum mirabilia exultabundus collaudauit, puerumque bis natum quantocius ſacro baptiſmate initiari curauit.

Quidam presbyter à graui infirmitate, & diſſenteria, & morte imminente apparente ſibi Sancto Hyacintho liberatur.
Cap. [X X X I I.

ANno vero 1352. die 22. menſis Iulij tale prodijt miraculum: Quidam enim Sacerdos Nicolaus in villa, quæ vulgo Sczírzicze dicitur Parochus ex cauſa ſoli naturæ cognita percuſſus eſt grauiſsima infirmitate, quæ ad ſui incrementum ſanguinis fluxum ſiue Lyenteriacum morbum acciuerat, hic igitur iam exhauſtus, atque enecatus ad portas mortis eſt deductus, qui cum agonem ageret ſpiritumque exhalaret, & à circumſtantibus vt moribundus plangeretur, vir Dei Sanctus Hyacinthus in nube lucida cappa gemmis ſplendidiſsimis decorata, & tunica & ſcapulari niuei candoris indutus, lapidemque (vt ipſe poſtea referebat) geſtans in pectore fulgore inuſitato coruſcũ præsbytero agonizanti & animam agenti ſubito adſtitit, & ſic eũ eſt allocutus Sacerdos Nicolae frater reſpice in me & cognoſce diligenter quis

quis ſim ego, quem præsbyter intuens reſpondit: Domine ignoro quis ſis. Cui vir Dei: Ego ſum inquit frater Hyacinthus ordinis fratrum prædicatorum, cui tu deuotus fuiſti, veni huc, te à tua infirmitate liberandum. In nomine igitur Domini noſtri Ieſu Chriſti ſis ſanus, & vade celeriter ad tumbam meam ad fratres prædicatores Cracouień. magnaliaque Dei tam fratribus meis, quam cunctis populis conſtanter quæ vidiſti prædica. Et hoc dicto diſparuit. Mira res Sacerdos ille qui iam agonizabat, & morti propinquus animam nutanti pectore agebat, tanquam de leui ſomno receptà perfecta ſanitate de morbo grauiſsimo ac lyenteria lętali liberatus ſurrexit, & confeſtim (ne ingratus beneficij exiſteret) ad ſepulchrum S. Hyacinthi deuotus & gaudens Cracouiam properauit, Deo & Sancto eius famulo Hyacintho ingentes agens gratias, quod ſe à morte liberauerit, & qui qualis ſit Sanctorum gloria in cœlis per Sanctum Hyacinthum prægustare fecit. Vocatis igitur Conuentus Cracouień. fratribus, & alijs fide dignis, quæ ei beneficia per Sancti merita ſunt præſtita, & in quali decore glorioſum Sanctum viderat per ordinem enarrauit, & factum publicari rogauit.

Famulus cuiuſdam Sarcerdotis in flumine ſubmerſus, per merita Sancti reſuſcitatur.
Cap. XXXIII.

EOdem ſuprafato anno caſu contigit famulum quendã cuiuſdam Sacerdotis Cracouień. flumen Iſtulam vrbem Cracouień. præterfluentem, quæ tunc exundauerat, alueumque exceſſerat in aliam ripam in nauicula parua traijcere, qui cum impetus fluminis obſiſtere non valeret, euerſa nauicula profunda aquarum petijt, & quia humano caruit præſidio ab aquis ſuffocatur, atque

ſubmergitur, atque per multum temporis ſpatium ſub aquis demoratus eſt, multitudine igitur vt poſsent cadauer ſubmerſi ſepelire in auxilium concurrente, & diligenter ipſum quærente repertus eſt, & ex aqua ad littus fluminis eſt deportatus. Certior fit ſacerdos quod famulus ſuus ſubmerſus eſſet, & per piſcatores mortuus ad ripam aquæ extractus concretus & tumidus defunctuſque iaceret, quod ipſe audiens perterrefactus, ſtatim ad locum vbi mortuus famulus iacuerat acceſsit multitudine adhuc circumſtante, & tantum caſum & infortunium mirante, videnſque famulum ſuum lachrymari cœpit: Et poſt modum reſumpto ſpiritu circumſtantes rogare cœpit, vt pro anima defuncti flexis genibus Dominum Deum miſericordem deprecarentur, quatenus illi peccata ſua cum quibus inopinatè raptus eſt dimittere vellet, ad cœleſtemque patriam ipſum perducere dignaretur. Flexit genua populus, flexit & ipſe, & concepta in Deum ſpe deuoto corde, & lachrymabili voce pro ipſo orauit, patrociniumque Sancti viri Dei Hyacinthi implorauit, obſecrans vt eum apud miſericordiæ Dominum ad vitam redire, vt ſaltem pro peccatis ſuis, pænitentiam ageret, per merita ſua impetraret, ibidemque eum ad ſepulchrum eiuſdem Sancti deducere cum ſolemni oblatione ſpopondit. Vix verba finierat, & ecce ſtatim ille, cuius cadauer mortuum & tumore plenum intuentium oculis præſenſerat, viuus ac ſanus ſurrexit, quaſi nunquam nec mortis iaculum, nec aquarum periculum expertus eſſet. Quod videns Sacerdos Dominus ſuus, cum omnibus aſiſtentibus ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi perſonaliter eum, illos concomitantem præſentarunt, laudantes & benedicentes Dominum, qui in Sanctis ſuis ſemper eſt mirabilis, hoc miraculum contigit ſub Reuerendo Patre F. Marria-

no priore Cracouienſi, qui poſtmodum in ſuffraganeum Eccleſiæ Cracouień. eſt ſublimatus.

Puer quatuor annorum in fluuio Rudanka ſubmerſus per vota ad S. *facta reſuſcitatur.*
Cap. X X X I V.

AB hoc anno 1352. vſque ad 1499. Religioſi admodum Patres conuentus noſtri Cracouień. quam plurima miracula, quæ Deus per Sanctum ſuum Hyacintum illorum 147. annorum ſpatio operatus eſt deſcribere minimè curarunt. Anno igitur Domini 1499. tale contigit miraculum. Fœmina quędam in Metropolitana vrbe Cracouienſi habuit filium quatuor annorum, qui matre in foro pro victu conquirendo occupata cum alijs pueris ad fluuium Rudanka, qui mœnia vrbis circumambit, ludendi gratia domo exierat, & cum minus cautè, (vt in luſu puerorum contingit) ad ripam ſtaret fluminis cadens in aquam eſt ſubmerſus, cæteris pueris ad luſum congregatis, ne punirentur, fugientibus, Mater ex platea domum rediens puerum quærit & non inuenit, vicinos domos obambulans interrogat. nullibi filium poteſt reperire, tandem quædam dicit ſe vidiſſe quoſdam pueros ad ripam fluminis luſiſſe, ſed quo poſtea abierint ignoraſſe. Mater igitur cum audiret filium ad ripam ſtetiſſe timore perculſa ad ripam cucurrit, & diligenter tridente ferreo in ligno fabrefacto per fluuium trahens, caſu in puerum ſubmerſum ſuperuenit, illoque hamato ferro cùm quantotius ad ſe in littus fluuij attraxit, & an ſuus vel alterius eſſet cautius circumſpexit, quem ſuum eſſe agnoſcens in lachrymas & eiulatus prorupit, ſe infœlicem aſſerens, quod tam in-

pinata morte vnicum ſuum filium, per negligentiam amiſerit. Concurrunt mulierculæ & infortunium deplorant, & perſuaſu aliquorum ex ipſis męſta mater flexis genibus ſubmerſum puerum & extinctum deuoto corde ad ſepulchrum ſancti Hyacinthi deuouit. Mirabilè dictu puer coram omnibus aſsiſtentibus, qui erat mortuus reuixit & ſanus ac ſi nunquam ſubmerſus fuiſſet vel mortuus apparuit, & cum matre ad ſepulchrum viri Dei Miſſæ ſacrificium pro ſe factum audiuit. Mater verò non ingrata gratiæ Dei miraculum publicauit, & veſtes in quibus ſubmerſus erat in miraculi teſtimonium circa ſepulturam Sancti appendi curauit. Ab hoc anno per ſexaginta & vnum annos Fratres Cracouień. à miraculis quæ multa fuerunt ſcribendis ſuperſederunt.

Puer quidam mortuus natus per merita Sancti, vita & anima denatur.
Cap. XXXV.

ANno Domini 1500. Dominica Sexageſimæ ad memoriam Sancti in mentibus hominum reſuſcitandam tale factum eſt prodigium: Siquidem Cracouiæ matrona quædam nomine Margareta, Staniſlai de oppido Grodek aduocati filij, vxor in partu eſt periclitata & aborſum paſſa, puerum mortuum proiecit. Quod cum idem Staniſlaus prædictus vir eius audiſſet, luctumque & lamenta plorantium & tumultuantium ſenſiſſet, hipocauſtum intrauit vbi vxor ſua parturiens decūbebat, puerūq; mortuum & concretum & fractum videns cum gemitu & lachrymis foras exiuit. Tandem poſtmodum cameram ſuam intrans proſtratus in faciem ſuper terram corde la-

chryma-

chtymabili & deuoto patrocinium Sancti Hyacinthi humiliter implorauit, votumque ad ſepulchrum ſancti fecit præſidio ſe viri ſancti comittens. Facto vero voto ſurgens, hipocauſtum regreditur, & ecce puerum ſanum viuum, & in membris conſolidatum ac ſi numquam fuiſſet fractus, vel mortuus, reperit Quod videns iterum genibus prouolutus cum gaudio, & lachrymis omnipotentem adorauit dominum, qui per merita ſancti ſui eum, & conſanguineos ſuos eſte onſolatus. Et ſtatim ſurgens ad Eccleſiam fratrum prædicatorum feſtinâs cum ſociis properat, & puerum virum ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi cum oblatione, & gratiarum actione offert, miraculum pandit, & ad ſacrum baptiſma quantocius properat. Benedictus Deus, qui per omnia ſit laudabilis, & glorioſus in æternum.

Ciuis quidam periculoſo apoſtemate oppreſſus per vota ad Sanctum Hyacinthum facta ſanatur. Cap. XXXVI.

ANno Domini 1519. ante Carniſpriuium. Quidam homo nomine Stanis laus de Biskupie ſartor, & ciuis Cracouieñ. inciderat in maximam infirmitatem ex eius affectione ab vſu ciborum, & potus excluſus erat, ſiquidem guttur eius cum media parte capitis vehementer inflatum erat, in tantum quod media pars vultus propter apoſtematis, & vlceris excreſcentiam minime ſecerni poterat, immo etiam & oculus illius partem quam occupabat affectio, clauſus, & excœcatus manebat. Adhibita ſunt quoq; diuerſarum ſpecierũ, & vnguẽtorum remedia, nec quodquam ad ſperatæ ſalutis auxiliũ adiicere valuerunt, & cũ iã à morbo opprimeretur, nec humanis præſidiis

locus,

locus,erat,in tanta anguſtia poſita præfatus Stanislaus ex intimo corde ſuo recurrit ad Dominum Deum, & ad virum Dei,& amicum Sanctum Hyacinthum rogans miſericordem Dominum, vt ſuæ creaturæ per merita ſancti viri miſeretur, ibidemque ad ſepulchrum Sanctum votum fecit. Mira res, emiſſo enim voto confeſtim ſuæ infirmitatis,& calamitatis ſenſit leuamen, namque in ſpatio quatuor horarum tumor ille,qui vultum, oculos, guttur, & collũ occupauerat,totus & totaliter deperiit,faciemque ſanitati reſtitutam venuſtas ſecuta adornauit, nullumque veſtigium puſtularum, & turgentis humoris penitus poſt ſe præcedens morbus reliquit.Quod cum factum fuiſſet, non immemor beneficij per Sancti merita præſtiti ad Eccleſiam fratrum prædicatorum venit, vota facta præfatus patiens perſoluit, miraculum publicauit,ingentes gratias referens Deo omnipotenti ſuæ vitæ reſtauratori, & Sancto Hyacintho ſuarum neceſsitatũ aduocato & patrono.

Puer abortu abiectus natus mortuus poſt vota ad Sanctum Hyacinthum facta, animam quam non habuit accepit.
Cap. XXVVII.

EOdem Anno ſcilicet 1519. Quædam mulier in ciuitate Cracouieñ vxor Ioannis de Vico Slacouieñ. fetũ grauida ſuos menſes naturæ debitos compleri non valens antequam partus ad debitam perueniret quantitatem abortum paſſa puerum peperit mortuum, quo facto familia domus.& vicini ciues infœlicem caſum pueri, eò quod ſine ſacro baptiſmo hominis ſpecies in lucem mox ſepulchro condenda prodiret de vtero vt dicit. S. Iob transferenda ad tumulum, condolentes fletibus exceperunt, totaque domus inſperato mœrore completur. quod etiam cum præſenſiſſet Ioannes prædictus vir ſuus, vehementi

menti excruciabatur dolore lamentabiliſque coniugis lachrymis mtetiebatur, atque dum iam à familia neceſſaria, ad condendū in terra aborſum pararentur, nec aliqua alia ratio præſto erat, qua mærentibus parentibus ſatisfactum eſſet in anguſtia poſitus ad Dominum Deum vitæ datorem animarumque creatorem, qui mortificat, & viuificat, vulnerat, & ſanat, ad inferos ducit, & reducit, necnon ad ſuffragium, & patrocinium Sancti Hyacinthi ſupplex ſe conuertit, atque flexis genibus deuotione magna orationibus præmiſsis ad tumbam viri Dei prolem ſpiritu carentem cum certis oblationibus offerendam promittit, ſupplex precaturus quatenus per Dei miſericordiam, & ſancti patrocinium animæ, quæ baptiſmo non expiata à corpuſculo receſsit prouideatur. atque hæc ipſo vota proferente pueri anima non ſine miraculo, & ſtupendo prodigio emortuum cadauerculum intrauit, informauit, viuificauit, & puerorum more vagire voceſque plangentis emittere cæpit, & poſtmodum in breui temporis ſpatio ſanitatem, necnon ſacrum baptiſma percepit. Quapropter parentes eius ad laudandum Deum, qui facit magna, qui potens eſt, & ſanctum nomen eius obligati ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi vota emiſſa compleuerunt. miraculum publicarunt multis coram fide dignis vtriuſque ſexus teſtibus.

Puer quinquennis à grauiſsima, & deſperata infirmitate per merita S. priſtina reſtituitur ſanitati. Cap. XXXVIII.

SVpradicto anno feria tertia poſt feſtum victorioſiſsimæ reſurrectionis Domini noſtri Ieſu Chriſti tale publicatum eſt miraculum. in ciuitate ſiquidem Cracouień. extra muros eiuſdem quidam Henricus librorum ligator,

tor, filium quinque citra, vel vltra annorum graui oppreſſum infirmitate habuit à qua per tres hebdomadas detentus nulla arte medicorum liberari potuit; Mater namque eiuſdem ſuper filium viſceribus maternæ pietatis effuſa quærebat anxia quibus remediis tormenta filij repellere, & ab imminenti mortis periculo præſeruare valeat, præpoſtero ſi quidem ordine ad medicos corporis non ad Dominum, qui omnia verbo reſtaurat confugit, ſed ab ipſis deluſa ad Dominum Deum per merita ſancti ſupplex recurrit, ſanctumque Hyacinthum, qui omnibus ad ſe confugientibus benignum auxilium ſolatiumque ſingulare non tardat impendere humiliter obſecrat, quatenus meritis ſuis interceſsioneque ſibi miſeræ ſubueniat, ſiquidem audierat quanti apud Dominum hic ſanctus Dei vir ſit meriti, quem quotidiana miracula ſedulo magnum eſſe apud altiſsimum proteſtantur. Votum igitur ad tumbam ſancti emittit, quo facto ille, qui nulla medicorum arte curari potuit ſtatim conualuit, & in paruo temporis ſpatio, dolore ipſum diuexante fugato, ad cupitam rediit ſanitatem. indignum mater videns quod tãtum ſibi per ſancti merita datum auxilium ſiccis labiis, & contracto ore præmatur, ſtatim accepto filio Eccleſiam fratrum prædicatorum adiit, & ad tumulũ ſancti votum, quod pro ipſo vouerat humiliter, & deuotè complens miraculum Patribus, & pluribus aſsiſtentibus clara voce pronunciat, gratias referens omnipotenti Deo, qui ſuæ creaturæ per merita ſancti Hyacinthi optatum contulit præſidium.

Mulier apoſtema gutturis dimidio anno paſſa ſanatur. Cap. XXXIX.

QVædam mulier vidua ciuis Cracouień. de platea S. Floriani eodem præfato anno circa feſtum natalis Domini in gutture ex quodam naturæ defectu apoſtemate,& intenſiſsimo dolore percuſſa,multam paſſa eſt moleſtiam, ſiquidem & capitis deffectionem faciebat vehementem, & deſideratum cibum ſiue potum naturæ ſuſtentationi debitum,ad interioriora traiicere prohibebat, duplici igitur malo deperiens,quo ſe verteret ignorabat, neque enim medicorum vſa conſilio aliquid proficiebat, ſed inter ſpem vitæ, & metum mortis conſiſtens, vlteriorem de ſe diuinā diſpoſitionem expectabat. Dumque iam quintus menſis elaberetur,& morbus veneni incrementa maiora conquireret, ad memoriam reducens quanta quotidie Deus per Sanctum Hyacinthum Chriſti fidelibus præberet ſolamina,conuertit ſe ad eiuſdem apud altiſsimum ſuffragium prçcataq; ſanctum, vt pro eo ſacro tempore Paſchæ,quo Chriſtiani victoriam Saluatoris lætis excipiuut cordibus(ſiquidem iam ſabbatum Paſchę erat)dignaretur eam meritis ſuis à tam funeſto morbo liberare. Quæ cum votum ad tumbam ſancti faciēdum emittit mox morbi purulenti euaſit periculum, & alleuamen, quod optauerat accepit, atque cito ad cupitam peruenit, ſanitate percepta,cum Chriſti fidelibus lætitiam. Quæ poſtea feriis Paſchalibus quarta die ad templum prædicatorum adiit,lætaque vota promiſſa perſoluit, ne quoque memoria beneficij diuini deperiret, miraculum pandit, & teſtes miraculi fide dignos, vtriuſque ſexus adhibuit, laudans Ieſum Chriſtum viuentem cum mortuis, qui in cœleſtibus glorioſus cum ſanctis ſuis triumphat.

Famulus quidem agonizans, & triduo voce clauſa manens ad vitam reuocatur.
Cap. X L.

CIuis quidam, & inſignis mercator Cracouien. Fraocz nomine, & cognomine famulum ſibi ad ſeruitia fidelem, & charum habuit, cui nomen Ioannes ab ipſo ſacramento baptiſmi inditum erat hic repente in magnam, & grauem incidit infirmitatem, de qua conſurgere ſecundum naturæ curſum erat impoſsibile præſertim cum medicorum, quos ſibi Dominus ſuus adhibuerat eſſet ope deſtitutus, deſperans igitur ſe mortis euadere iacula more Chriſtiano conſcientiæ, & animæ ſuæ cæpit tractare remedium, qualiter coram altiſsimo ſacramentis præmunitus, & à peccatis purgatus comparere mereretur, confeſsione igitur peccatorum ſuorum peracta ſacramentiſque receptis vltimam ſuę vocationis horam præſtolabatur iamque ſigna mortis futuræ in eo apparuerunt, ad quam ſine dubio properabat, loquelæ quoque vſum per triduum perdidit. Dominus autem ipſius videns eum viam omnium hominum ingredi, & morti eſſe vicinum vehementi dolore pro eo afficiebatur. Quapropter ad lectum infirmi genibus prouolutus ad Sanctum Hyacinthum votum fecit dicens: O Sancte Hyacinthe miſerere famulo meo, & reſtitue illi vitam, & ſanitatem, eſt enim mihi valde charus. Ego autem promitto eum ad ſepulchrum tuum cum oblatione pingui offerre, & miſſæ ſacrificium celebrari, & in perpetuam rei memoriam tabellam ſiue imaginem tui appendere. Et factum eſt dum ſic pro ſeruo ſuo Dominus votum emitteret, & ecce ſeruus per triduum mutus clara voce dicit ad conſeruum ſuum: Eleues me pauliſper à lecto, quo eleuato dixit iterum, ducas me per hipocauſtum hinc inde, ſicque paululum deambulans, qui iam mori inci-

ri incipiebat, in breui perfectam adeptus eſt ſanitatem. Domino ſuo, & illo ad Beati ſepulchrum votum complente,& ſanitate percepta Deo gratias agente,miraculum eſt omnibus patefactum.

Vulneratus in pede per merita Sancti curatur.
Cap. XLI.

HOc eodem Anno circa ſecundam Paſchatis Dominicam. Quidam lanio Iacobus cognomento Cruczck ciuis Cracouień. caſu quodam inopinato grauiter cecidit cadensque ſic enormiter pedem læſit, quod etiam de genu poplitem deturbaret, & auulſerit, ad quod malum medendum varia medicamina quæſiuit,ſed nihil profecit, os enim poplitis nullatenus ad iuncturam pedis accreſcere valebat; immo etiam ipſimet chyrurgicæ artis profeſsores, qui medendi pedis curam ſucceperant indubitanter affirmarunt eum vſque ad terminum vitæ ſuæ claudum permanſurum. Hic igitur prædictus ciuis ne ſibi deeſſe videatur, audiens quanta Deus per Sanctum Hyacinthum operatur miracula totis viribus cæpit inuocare Sancti Hyacinthi patrocinium. Facto tandem voto ad ſepulchrum ſancti ſubito vulnus obduci poplitem ad locum ſuum redire, & ſe ad priſtinam per interceſsionem ſancti reduci ſenſit ſanitatem. Ad quod ille gaudens, & Domino Deo gratias agens, votum quod promiſerat adiunxit, Eccleſiam prædicatorum adiit, Miraculumque coram multis publicauit.

Puer ſemiduorum annorum ſubmerſus in puteo alto à morte per ſancti merita ad vitam reuocatur. Cap. XLII.

PVer ſemiduorum annorum cuiuſdam figuli Martini Ezech in ſuburbio Cracouień. in platea quæ vulgo in arenis appellatur, à parentibus ſuis malè cuſtoditus in puteum, quem in horto effoderant caſu cecidit. Quod videntes alij pueri ad matrem cucurrerunt velocius ei narrantes per ordinem quæ contigerunt. At mater hæc audiens ſtupore vehementi perculſa quantocius cucurrit ad puteum, & introſpiciens diligenter nihil ob altitudinem fontis cernere potuit; diſcurens itaque per hortum quærebat quo ſaltem in aqua puerum attrectare poſſet, & inuento ligno oblongiori aquam turbare cœpit, qua validius turbata puer ſubmerſus pedum extrema protendit in ſublime, quo viſo mulier materna charitate inflammata flens, & lamentabiliter eiulans circa puteum, clamansque humanum quærebat ad extrahendum puerum auxilium, ad cuius clamorem vicini concurrunt, & cauſam tanti clamoris, & mœroris percunctantur. At illa ecce, inquit, cauſa mœroris mei, & ducens eos ad fontem monſtrauit ſumitatem pedum ſubmerſi & mortui pueri, rogauitque eos, vt puerum iam mortuum de dicto puteo extraherent, illi vero gyrantes, & curſitantes hinc inde ſcalam minimè reperiunt, ſed mulier quædam cæteris audacior in puteum ſe ſubmiſit, quæ apprehenſa ſumitate pedum pueri prædicti ſimul cum cadauere extrahi ſe mandauit. Quo facto puer extractus inflatus nigerque apparuit, ſuper quem mater doloroſa cantilenas lamentabiles conuulſis crinibus ingeminabat. Quapropter vna ex vicinis mulieribus accipiens puerum cum altera vicina ſua eum in domum ſuam detulit,

detulit, vt pueri ſubmerſi abſentia, ſingultus, & lachrymas miſeræ matris temperaret. Hæc igitur mulier, cum ad Sanctum ſemper fuiſſet deuota in domo ſua abſente matre flexis genibus orauit ad Dominum quatenus per merita, & interceſsionem S. Hyacinthi dignaretur puerum ad vitam reuocare, ibidemque pro illo puero votum ad S. Hyacinthi ſepulchrum cum oblationibus offerre promiſit. Grande miraculum. Ipſa enim muliere votum promente, puerulus, qui erat mortuus reſpexit, & cæpit flere. Quem illa, vehementer gauiſa, quantocius ad matrem ſuam portauit eique per ordinem conditionem voti notã fecit. Ad quod miraculum vicini concurrunt, & omnipotentem Deum laudibus proſequuntur, qui vitam mortuis, & ſanctis ſuis gloriam indeſinenter ſubminiſtrat. Mater vero tantũ exoſculata prodigium, ſtatim cum puero ad Eccleſiam fratrũ prædicatorum properauit, votumq; compleuit, & factum publicauit. Puer vero iacuit debilis de die indiem melius habens ad priſtinam naturæ reuerſus eſt qualitatem anno Domini 1519. feria ſexta ante Dominicam rogationum hora prandij hoc contigit miraculum.

Studioſus quidam agonizans a morte ſubleuatur. *Cap. XLIII.*

ANno eodem ſtudioſus quidã iuuenis Raphael de contubernio ſcholæ Philoſophorum magnam, & grauem incurrit ægritudinem, qua per totam ſeptimanam vehementer oppreſſus viribus corporis cæpit deſtitui. Cum autem languor continuam adauctionem haberet, & incremento ſuo naturam iam dolore tabeſcentem opprimeret veloci curſu ad mortem properabat, qui cum iam morti propinquus cerneretur, contubernales ſui, & condiſcipuli illiusmet collegij dolentes ſibi charum condiſcipulum, & collegam inſperata morte auferri, flexis genibus apud lectum decum bentis, pro infirmo

opus charitatis fraternæ explere cupientes, votum ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi fecerunt rogantes Dominum miſericordiæ quatenus per merita Sancti dignaretur illi vitam prolongare, quod ſtatim ad pia deſideria ipſorũ per merita Sancti eſt ſecutum: confeſtim enim iuuenis, qui mortali ægritudine agonizabat ad ſeipſum reuerſus cito ad priſtinam præter omnium exiſtimationem reſtitutus eſt ſanitatem. Qui poſtmodum Deo, & S. Hyacintho gratus exiſtens, votũ pro ſe factum expleuit, & miraculũ publicauit.

Quædam mulier ſalnitro grauiter læſa poſt vota ad Sanctum facta ſanatur. Cap. XLIV.

ANno eodem in die S. Catherinæ Virginis, & Martyris ciuis Cracouień. & opificio Saletrarius Ioãnes nomine. Hoc ipſo die feſtiuitatis Salnitrum, quo pulueres tormentarij conficiuntur vehementiori igne excoquebat, & cũ bullire plus iuſto incipiebat, ex vaſe fictili Salnitrum bulliens, in ligneũ quoddã vas effundere properabat, quod vtiq; vas vxor ſua Catherina nomine manibus tenens, ventre ſuo fultũ ſuppeditabat: Factum eſt autem cũ Salnitrum effunderetur, vas illud ligneũ ſaliſnitri fortitudinem non ſuſtinens, ſubito ruptum totaliter diſsiliit, ille vero liquor bulliens, ſuper ventrem mulieris totus profuſus eſt, eamque terribiliter exuſsit, quæ ob venenoſæ materiæ qualitatẽ, & liquoris feruorẽ quaſi exanimata corruit. Maritus autẽ ſuus videns vxorẽ vehementer corruiſſe, accepta aqua frigida totũ locũ corporis, quo ſalnitrũ attigerat pfudit, vt dolorem leniret. quo facto ſtatim vterus mulieris intumuit, inflatione valde terribili, Porro vir ſuus aduocat Chyrurgos rogans eos vt vxori ſuæ periclitanti ſubuenirent, qui adhibitis variis medicamentis nihil profecerunt propter quod pauper mulier per quatuor ſeptimanas in lecto decubuit omni ſolatio, & auxilio humano deſtituta ſe-

que

que à lecto minimè mouere poterat. Et cũ iã effuſa nõ modica pecunia ad cupitam ſanitatem peruenire non poſſet. Suaſu aliquorũ, conuertit ſe ad patrociniũ S. Hyacinthi, votũq; ad tumulũ eiuſdẽ ſe facturã, & cõpleturã promiſit. voto igitur facto cõfeſtim ipſa mulier, quę à medicis deſolata iacebat, cępit conualeſcere, & paucis interiectis diebus ad priſtinã redijt ſanitatẽ. quæ non ingrata beneficij exiſtens ad Eccleſiã fratrũ prædicatorũ deuota venit, votaq; emiſſa ad tumulũ S. cuius meritò à tumore periculoſiſsimo eſt liberata Deo gratias agẽs cõpleuit, & vt futuris ſeculis ſit memorabile miraculũ, curam oĩbus publicauit.

Quidam miles à graui infirmitate apparente ſibi S. Hyacintho liberatur. Cap. XLV.

QVidam decurio, ſtipendiarius miles Martinus nomine in magnã, & periculoſam incidít infirmitatem in qua dũ incolumitatis via ſibi ob inualeſcẽtem morbũ pręcluditur ad Eccleſiã S. Michaelis, quæ in arce Cracouiẽſ. ſita eſt ſe deportari à ſuis militibus mãdauit. Quò cũ deportatus fuiſſet iacens in lecto, vidit in viſione quandã perſonã grandęuã, & veneratiòne dignã ſibi aſsiſtentẽ, & dicentem: Martine ſi ad cupitã vis peruenire valetudinẽ atq; de prę ſenti infirmitate cõſurgere. Fac votũ ad tũbam S. Hyacinthi, & liberaberis. At infirmus qui fortè in ciuitate Cracouiẽ. erat nouitius, nec vrbis diſpoſitionẽ nouerat, Vbi, inquit iacet iſte S. Hyacinthus. Et ille in Eccl. Sanct. Trinitatis, & cõfeſtim diſparuit. Ille vero vocatis ad ſe aliquib' ſtipẽdiariis, iuſsit ſe ad Eccl. Sãct. Trinitatis deportari, qui dũ portaretur orauit intra ſemetipsũ ad S. Hyacinthũ. Mira res vix mentalẽ orationẽ finierat, ſubito ſuę ſenſit leuamen infirmitatis, & ad portitores ſuos Siſtite volo enim per meipſum in Eccleſiam fratrum prædicatorum intrare ad ſepulchrum S. Hyacinthi. Vos autẽ ad opera veſtra

reuertimini. quibus recedentibus ipſe baculo exiguo ſuffultus venit ad ſupradictum ſepulchrum Sancti,& oratione ad Deum fuſa, votoq; ad S. expleto confeſtim a ſua infirmitate totaliter & intergrè ſenſit ſe eſſe liberatum, & ſic lætus, ac gaudens finitis gratiarum actionibus, & publicato miraculo ad propria rediit Anno Domini 1519.

Puer ſubmerſus ad vitam reſuſcitatur per merita Sancti. Cap. XLVI.

AD oras villę Prontnik propè Cracouiam decurrit fluuius eiuſdem nominis à quo & Pagus Protnik eſt denominatus in cuius alueū eodē anno puer eiuſdē villę agricolæ, caſu decidit,& ab aquis velociter currentibus ſuffocatur, longiuſq; per aquā à villę poſſeſsionibus deportatur vſq; ad poſſeſsionē cuiuſdam Dñi Ezcpel ciuis Cracouiñ, qui cū diligenter quęreretur inuentus in eiuſdē ripa fluminis mortuus extrahitur, incolis eiuſdē pagi ad caſum concurrētibus,& mirantibus. At mater pueri ſubmerſi ad filiū defunctū funeſtā cantilenā. Veh mihi veh mihi quid faciā ingeminās ad locū vbi depoſitus erat cū gemitu, & clamore magno venit, & ſubmerſi filij cadauer cōſpicata magnis eiulatibus cōceptum dolorē meditabatur. Quę cū ad ſe rediiſſet accepto filio domu ſuam defert mortuū; Et flexis genibus materna pietate adDeū fuſis lachrymis orauit quatenus ſibi miſerę filium inopinata morte raptū miſericorditer reſtitueret: Tandē ad S. Hyacinthū, qui plures mortuos ſuſcitauit cōuerſa votū ad ſepulchrū S. emiſit rogans, vt meritis ſuis mortis dominiū à puero repelleret. Et ecce quāprimum filio per preces S. eſt imprecata ſalutē,& vitā, ſubito enim mortuus filius reuixit, & aīa reſūpta ſanus ſurrexit. Quod videns mater cū magno gaudio corā multis aſtātib⁹ oībus filiū viuū aſsignauit, vota cōpleuit, miraculū publicauit,& inEccl. F. prędicatorū Cracou. collaudauit creatorē ſuū, qui p meritūS. mortuū reſuſcitauit.

Qui-

Quidam ſuburbanus morti vicinus poſt vota ad Sanctum facta ſanatur. Cap. XLVII.

ANno Domini 1519, die 29. Ianuarii. Quidā homo nomine Martinus pro tunc in ſuburbio Cracouiñ. poſt Eccleſiam S. Nicolai prope Iſtulam fluuiū degens ex emergentibus caſibus in grauē, & magnā incidit infirmitatē, in qua exiſtens incrementū morbi tā vehemens ſenſit, quod etiam indies debilior appareret. Volens autē ſuæ infirmitatis habere ſolatium iuſsit ſe extra ſtupham ſiue hypocaustum foras efferri, ſedensq; in ſcabello exanimis factus ſubito in terram corruit, morti vicinæ ad ſe viam ſternens, caſu enim illo in maiorem decidit ęgritudinem, ita vt moueri, vel audire quicquam non valeret. Vxor autē ſua mæſta videns maritum ſibi per mortem abripi deuotiſsimè ad lectum flexis genibus orare cæpit Beatumque Hyacinthum in ſui patrocinium aduocare votumq; ad ſepulchrū ſuum ſe expleturam promiſit. Hæc ea faciente vir ſuus confeſtim ſuæ infirmitatis leuamen accepit, et paucis diebus elapſis, qui iam moriturus erat pleniſsimè conualuit, ſeque ad tumbam ſancti viri cum vxore, & ſuis conſanguineis obtulit votiſque completis, quid circa ipſum diuina ſit operata miſericordia haud ſegniter enarrauit.

Puer quidam ventre exuſtus poſt vota ad S. Hyacinthum facta plenè ſanatur. Cap. XLVIII.

ANno eodem Mulier quædam in platea caſtreñ. circa Eccleſiam omnium ſanctorum Cracouiæ degens, puerum duorum annorum habuit, qui matri in aliis domus negotiis occupata ſolus remanſit, & apud quendam artificem gladiorum in patellam plenam ignitis carbonibus caſu decidit ventremque ſuum, eo quod ſe cito iuuare nequibat, enormiter vſque ad interiora exuſsit:

& tandem ab illo igne ereptus, quaſi exanimis iacuit, vtpote, qui tenuis corpuſculi, & cordis affectione laboraret. Tunc mater ſua hanc calamitatem non ferens medicorũ, & Chyrurgorum artes quæſiuit, omneſque poſsibiles modos, quibus tanto malo occurreret adinuenire nitebatur. Cum vero fruſtra, & incaſſum, & tempus, & pecunia deperiret, puerq; indies affectionis ſuæ maiora incrementa pateretur; relicto humano (quod iam erat inutile) ad diuinũ ſe conuertit præſidium, cæpitque S. Hyacinthum ad ſibi ſuccurrendum inuocare, votiſque ſe ad ipſius ſepulchrum complendis ſi puerum reſtituerit priſtinæ ſanitati obligare. ſicque facto voto puer ex illo vlcere ſubito conualeſcere cæpit, & poſt aliquot dies ad priſtinam rediit ſanitatem cicatricibus tamen in ſignum miraculi relictis, cuius beneficij præſtans gratitudinem, ſe mater ad ſepulchrum Sancti obtulit, vota reddit, & miraculum cum gratiarum actionibus publicauit.

Puer ex alto cadens ſemimortuus per merita S. *Hyacinthi iterum vita reſtituitur. Cap. XLIX.*

ANno præfato in platea Caſtrẽ. Puer cuiuſdam inquilini Huſian nominati caſu quodam de manu geſtantis ancillæ è manibus lapſus de ſuperioribus domus ad gradum cecidit, deinde ex illo impetu de gradu in gradũ vſq; ad terram volutatus membra omnia, & oſſa vt pote tenera, & mollia conuulſit. A circumſtantibus igitur, & ex caſu perterrefactis ocius à terra eleuatus eſt ſemimortuus mẽbris omnibus conquaſſatus adeo, vt omnes qui eum viderãt de eius ſalute deſperarent, nihilominus quantocius remedia quæque poterant ſubminiſtrabant, quæ cum nihil profuiſſent, nec ſperabatur amplius humanis remediis poſſe ad priſtinam redire ſalutem: Mater pueri deuota, filij ſui repentinum caſum S. Hyacintho ſupplex commendabat,

rogans,

rogans quatenus apud omnipotentem Dominum pro ſalu te filij ſui meritis ſuis intercederet, & poſt hæc dicta puerum ad ſepulchrum glorioſi ſancti viri Dei deuouet, Mira res ſubitò puer ab illo repentino caſu, & conuulſione membrorum, qui vt mortuus iacebat ſubleuatur, & in breui ad ſuæ incolumitatis formam, quam habuit ante rediit, matre lætanter Deo, & Beato viro gratias referente, & ad ſepulchrum ſancti vota deuotè offerente.

Nobilis quidam à deſperato gutturis morbo per merita S. viri Dei ſanatur. Cap. L.

NObilis quidam ob intemperátiam in grauem incidit infirmitatem, & cũ chirurgorũ arte vti vellet ad medendum morbum, Theutonicum quendam Ioannẽ Theſuuciz chirurgum ſibi elegit, cuius opera in infirmitate ſua vteretur. Hic igitur medicinis infirmitatem interiorẽ pepulit in guttur eiuſdem, maximoque eum affecit dolore à quo conſurgere deſperabatur, infirmus autẽ videns ſe eſſe de luſum, immo magis læſum, minabatur mortẽ chirurgo. vel per ſe vel per alium infligendam, ſi morbo, qui iã guttur occupauerat occurere nollet, in tantũ enim indies creſcebat infirmitas, quod os iam non poterat aperire, chirurgus autẽ ſibi timens, nõ amplius corã illo infirmo aparuit, neceſſaria tamen illi per ſuã vxorẽ ſubminiſtrabat. Mulier ergo illius videns, quod viro ſuo periculum mortis immineret ſi hic nobilis moreretur, quadã nocte ſe in orationẽ proſtrauit, ſupplicans S. Hyacinthum, vt meritis ſuis, & interceſsione propter ſecuritatem vitæ mariti ſui dictum Nobilem infirmum priſtinæ ſanitati reſtituere dignaretur. Factoque mane inuenit Nobilem melius ſe habere, & poſt modum cito de illa ſuffocatione integre conualuiſſe, quare non ingrata mulier, venit ad ſepulchrum ſancti, votum expleuit, & miraculum publicauit.

Quadam mulier à triennali morbo caduco per merita S.Hyacinthi liberatur. Cap. LI.

ANno Domini 1518. In Eccleſia Sanctiſs. Trinitatis quodam prædicante poſt meridiem mulier quædam in media concione cæpit à morbo Epileptico atrociſsimè agitari aſpectum omnibus hominibus miſerabilem exhibere, aſſurgũt omnes auditores, & caſum doleñ. mirantur. Ad quos concionator dato ſilentio admonitionem fecit quatenus omnes flexis genibus pro patiente Deum omnipotentem deprecaretur, vt per merita, & orationes S.Hyacinthi cuius reliquię in eadẽ Eccleſia viſuntur, dignaretur eã à tanto morbo ſanare, & perfectè liberare, ad cuius vocem omnes flexis genibus Deum ſunt deuotè deprecati, vt eius per merita S. miſereretur. Factumq; eſt ſatis pie petenti populo, eo quod ſit perfectè ſanata, nec amplius morbus ab eo tempore eam vexauit cum toto ante triennio eundem fuiſſe paſſa fateretur gratias agens Deo omnipotenti, & S. Hyacintho pro ſui liberatione.

Puer quidam digitario ferreo deglutito ſuffocato poſt vota ad Sanctum facta plene liberatur. Cap. LII.

PVer cuiuſdam mulieris reptando ſuper terram inuento digitario (id eſt inſtrumẽto, quo ſartores in expungendis acubus ſuper digito vtuntur) cum filo eum deglutiuit, quo deglutito ſuffocari cæpit, mater vero eius hoc videns cõfeſtim accurrit, tundẽſq; ſcapulas eius (vt moris eſt in tali caſu facere) nihil profecit, puer tandem nimium tuſsiens pallorem induit, colorem mutauit, quod autem męſta mater amplius factura eſſet penitus ignorabat. Conuerſa igitur ad patrociniũ S. Hyacinthi flexis genibus in-

uocauit Sanctum virum pro pueri liberatione, votumque emiſit ad ſepulchrum eiuſdem Sancti pro ſalute filij. Quo facto ſtatim dictus puer euomuit digitariũ ſanguinolentum, & à periculo mortis liberatus eſt. Quod videns mulier non ingrata veniens ad Eccleſiam fratrum prædicatorum digitarium & puerum attulit, votum compleuit & miraculum publicauit.

Puer cœcus à natiuitate per vota ad Sanctum facta illuminatur. Cap. LIII.

MVLIER quædam peperit puerum cœcum natum, quem ob defectum naturæ exoſa manibus proprijs iugulauit & ſepeliuit. Tandem & ſequenti anno peperit alium puerum ſimiliter cœcum, quem ſimiliter, exoſa cœcitatem, interficere machinabatur. Et dum hæc cogitaret ſubito obdormiuit, & vidit in ſomnis quendam virum ſibi aſsiſtentem & dicentem: Caue ne feceris tam grande ſcelus quod cogitaſti, ſed ſi vis puerum cœcum illuminari, & viſum recipere fac votum ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi. Euigilans igitur mulier vocato ad ſe marito ſuo prædictam viſionem per ordinem illi enarrauit. Tandem vterque facto voto ad Sanctum Hyacinthum, ſibi in hac parte faueri præcabatur. Mira rès, vix votum completum eſt ex ore eius, puer, qui erat à natiuitate cœcus viſum clarum recepit, ac ſi nunquam natus eſſet cœcus. parentes autem Dei omnipotentis glorificauerunt nomen, qui illuminat cœcos, & diligit iuſtos.

Mulier

Mulier quædam occidit puerum, quem pœnitudine ducta poſt vota ad S. Hyacinthum facta vita reſtitui obtinuit. Cap. LIV.

IN pago quodam territorij Cracouień. mulier quædam concepto fętu partui appropinquans à marito ſibi inuiſo durius tractabatur. Quæ liuore fœmineo mota puero quem genuerat alimenta denegauit idcirco ſtatim effecit, vt puer inedia conſumptus tabe præuia moreretnr. Quo mortuo eadem mulier mater pueri, videns ſe rem crudelē perpetraſſe pænitentia ducta ſupramodum triſtis eſſe cæpit, atque vt puericidij reatum expiaret diuerſorum Sanctorum patrocinia ſine intermiſsione implorabat, præſertim S. Andreæ Apoſtoli, in cuius feſtiuitate tale facinus perpetratum eſt. Contigit igitur eam ante ſomnum deuotam ad S. Andream Apoſtolum, pro ſuo crimine agere orationē & cum ſe ſopori dediſſet, vidit in ſomnis quandam venerandam perſonam, cum magna cruce vt moris eſt S. Andreæ depingere effigiem, quæ ſibi talia fatur: Noli inquit triſtari mulier ecce adſum quoniam toties exoraſti me, Verūm ſi vis vt puer tuus quem immaniter occidiſti vitam reſumat peremptam, fac votum ad S. Hyacinthum confeſſorem, & optatis tui votis cedet, vt puer reſuſcitetur. At mulier vbi inquit eſt iſte Sanctus Hyacinthus: Reſpondit Cracouiæ, in Eccleſia Sanctiſsimę Trinitatis & hoc dicto diſparuit. Mulier verò læta de oraculo euigilans flexis genibus ad S. Hyacinthum votum fecit, totamq; ſe humiliter pręcibus eiuſdem comendauit. Quo facto ecce puer qui erat enecatus, & inedia conſumptus, reſumpta anima ſtatim reſurgit ſanus. Qnem poſtea viuū & adultum ad ſepulchrum S. Hyacinthi obtulit, votum expleuit, & miraculum ad Dei laudem & honorem Sancti teſtificata ad ſua ſe recepit.

Epi-

Epiſcopus Camenecen. à ſua infirmitate per Sanctum Hyacinthum ſe viſibiliter viſitantē ſanatur. Cap. L V.

CIrca annum Domini 1516. Reuerendus Dominus Laurentius Niedzielouuski Præpoſitus Eccleſiæ Cathedralis Vilneñ: poſtmodū verò Epiſcopus Camenecen. Vilnę moram trahēs magnam quandam incurrit infirmitatem, ad quam cum plures aduocaſſet artis medicæ profeſſores, nec aliquo remedio præſens malum ſopire valuiſſet, imò indies magis, magiſque morti propinquus extitiſſet, anceps & dubius de ſalute recuperanda plurimum inſtabatur. Quadam igitur nocte poſt feſtum S. Egidij Abbatis immediatè ſequente, cæteris omnibus ſomno depreſsis, qui ad eius lectum vigilias faciebant, & illo ſic inſomnem horam percurrenti aperto oſtio venit ad ipſum frater habitu ordinis prædicatorum circumamictus veneranda canicie conſperſus ſtaturaque grauitatem pręferens, & lecto adſtans ſic illum alloquitur: Quid inquit triſtē geris vultum, & moleſtæ infirmitatis laſsitudine rūperis? Sanaberis & conualeſces, porro maiore vigilantia Canonizationem meam procures quam hactenus egiſti Dominiſque conſiliarijs Regni ſuggeras vt hoc ipſum faciāt. Ad quem Epiſcopus, Quis es tu Domine Pater? Reſpondit ille: Ego ſum Hyacinthus ordinis prædicatorum frater, & poſt multa, quæ ad hoc negotium pertinebant colloquia ſanctus cum lumine circumfulgente diſparuit. Epiſcopus verò à ſua infirmitate confeſtim liberatur. Et non ingratus beneficij miraculum publica atque Cracouiam, quia per ſe non poterat literis beneficium Dei per merita Sancti preſtitum inſinuauit.

Puer

Puer oppreſſus à veloci curſu equi poſt vota ad Sanctum facta ad priſtinam redijt ſanitatem. Cap. LVI.

ANno Domini 1519. infra octauas Viſitationis glorioſæ virginis Mariæ puer duorum annorum in vico Cazimiriæ vrbis cuiuſdam ciuis Mathiæ Cęmentarij patre in opere ſuo occupato relictus in media platea ſedens cum alijs pueris luſit: accidit autem vt quidam miles veloci curſu, eadem via equum impetu multò ageret atque effreni paſſu in puerum ſedentem incurreret calcibuſque ferratis fortiter preſſum in pectuſculum infantis impingeret qui & enecauit eum, quem pater ſuus vitam exſpirantem domum reportauit, & cum iam liuore & vulnere nigreſceret, quo ſe verteret mæſtus parens ignorabat; tandem ad ſeipſum rediens, profuſis lachrymis & flexis genibus diuinam miſericordiam implorabat Sancti Hyacinthi patrocinio ſe commendabat, & ad ſepulchrum ſuum ſe humiliter cum filio enecato deuouebat. At verò necdum ipſe votum complet, & ecce per merita Sancti filio ſanitas, & vita redditur & cicatrices mortis puero ob teſtimonium beneficij indelebiliter inhæſerunt. Poſt quod patratum miraculum Deus omnipotens laudatur, populus Chriſtianus in fide fortificatur, & quantum Deus diligat Sanctum ſuum apertè monſtratur.

Puer in alueo ablutionis ſuæ ſubmerſus meritis Sancti ad vitam mortalem reſuſcitatur. Cap. LVII.

EOdem anno Feria quinta, die 22. Septembris hoc eſt in ipſo die Sanctorum Dei Mauritij & ſociorum eius

Marty-

Martyrum. Mulier quædam Ioannis Vengrzinek Dominorum Conſulum Cracouieñ. famuli vxor circa horam 15. filium ſuum nuper natum in quodam vaſculo ligneo, (quod Polonis vulgo vanna dicitur) cauſa ablutionis in aquam paulò profundiorem, quam pueri ætas tulerat poſuit, eoque ſic repoſito ad conſueta domus negotia filij ſui oblita redijt, patre interim à domo ſuo abſente. Qui cum redijſſet, inuenit filium ſuum demerſum in aqua ſupinum & ſuffocatum iacere aquam eandem iam ab aliquot horis mortuum ſupernatare. Quo viſo pater pueri totam domum clamore nimio repleuit, matrem pueri ob negligentiam durius increpauit, ad cuius clamores multi ciues conuicini accurrerunt, mortuumq; puerum conſiderantes admonuerũt patrem ne vlterius in coleram excandeſceret, ſed puerum ſecundum Dei prouidentiam & promiſsionem ſubmerſum more Chriſtiano ſepulturæ commandaret. Mœſti igitur parentes videntes ſe omnino conſolatione priuatos, recordatique Sanctum Hyacinthum tantorum fuiſſe mortuorum reſuſcitationem, ejectis omnibus ſuis vicinis flexis genibus diuinam opem per merita Sancti inuocare cœperunt, filiumque deuotiſsimè ad ſepulchrum eiuſdem Sancti confeſſoris deuouere. Mira res vix vota compleuere: Et ecce puer cernentibus cunctis ſanus ac viuus apparuit, ac ſi numque aquarum ſuccubuiſſet iniuriæ. Quod videntes parentes eius, vicinos vicinaſque conuocarunt, Deumque glorioſum & in Sanctis ſuis mirabilem glorificauerunt, & accepto puero S. Hyacinthi ſepulchro viuum obtulerunt publicato miraculo, voto completo & Sancto Dei mirabiliter in tanto opere honorificato.

Miracula plura ſanitatum, per merita Sancti perpetrata, quæ breuitatis ergo, per modum Indicis recenſentur. Cap. L V I I I.

NE legentium mentes longitudine operis fatigarentur ea, quæ ſecundo libro ſuper ſunt miracula cenſui breuiori ſtillo explicare, quatenus & pij lectores atq; deuoti ſuo deſiderio potiantur, atque ad amorem glorioſi ſancti Hyacinthi inflammentur, & miræ gloriæ Dei ſaturato ex beneficijs Dei populo Chriſtiano non diſpereat, ſed cophino gratitudinis & gratiarum actionis recondantur. Superſunt igitur quædam pauca huic ſecundo libro miracula quæ ordinatim recenſentur.

IN primis quædam Margareta Ciuis Cracouień. in domo Dominorum Lantzkoronskie, ſub Caſtro Cracouień. magno dolore dentium obruta per vota ad Sanctum facta ſanatur.

Sophia quædam vidua Sancto viro Hyacintho deuota habens naturalem curuaturam pedum, deuota ad tumbam Sancti ſentiens miram ex eius ſacro corpore odoris fragrantiam à ſuæ naturæ iniuria per merita Sancti vindicatur.

Puer cuiuſdam Vincentij Sartoris ciuis Cracouień. graui infirmitate oppreſſus & mortuus per aliquot horas poſt vota ad Sanctum facta vitæ reſtituitur. Et eiuſdem filij Pater in tibia fracta ad Sanctum recurrens ſanatur.

Anna Mathię pellificis Cracouień. vxor, ob dolorem vehementiſsimum capitis per duodecim hebdomadas totaliter excœcata per vota ad Sanctum facta ſanatur, & viſiuæ poteſtati reſtituitur.

Cuiuſdam Nicolai de Lobzovvo dicti Svvider, duo equi ob nimios labores cõſumpti & valetudinarij, poſt vota ad Sanctum facta ſubito ſanantur, & fortes euadunt.

Caterina

Catherina quædam vidua & ciuis Cracouień. fractum pedem oratione ad Deum facta, per merita S. Hyacinthi iterum ſanum recuperat.

Cuiuſdam Ioannis Tibicinatoris Regis Poloniæ filius, graui infirmitate triduo oppreſſus, poſt vota & recōmentionem ad Sanctum ſanitati reſtituitur.

Similiter cuiuſdam piſtoris Mathiæ Przeſmiari ciuis Cracouień. filius graui languore per quindenam oppreſſus, patre ad merita S. Hyacinthi recurrente ſanatur.

Ciuis quidam Cracouień. Adam pictoriæ artis ab inſanabili & incurabili quadam infirmitate, quam à natiuitate patiebatur omni menſe vna certa die, quæ medicorum ingenia & artes eludebat per merita Sancti, quem inuocauerat, in patrocinium perfectè ſanatur. Eiuſdem verò vxor ab apoſtemate gutturis, quod ex quadam graui infirmitate acciderat, poſt vota ad Sanctnm facta ſanatur.

Anno Domini 1519. cuiuſdam Chirotecarij Thomæ de platea Caſtreń. ciuis Cracouień. filius oppreſſus graui infirmitate, poſtquam pater ad patrocinia Sancti confugiſſet à morbo & morte præſenti liberatur.

Matrona quædam in Stradomie Suburbio Cracouień. Alexij ciuis Cracouień. vxor à diſperata infirmitate, marito ſuo ad S. Hyacinthi ſepulchrum ipſam deuouente ſubito liberatur.

Laurentius quidam Teloncarius Cracouień. valido pedum, renum, & lumborum tumore grauiter laborans, cum medicorum artes fruſtra tentaſſet, ad Sanctum Hyacinthum pro auxilio recurrens, à deſperato dolore & tumore prædicto ſubito ſanatur.

Sophia quędam Vrbani ciuis Oſvviecziminenſis coniūx, per quatuor annos maximo dolore pedum diuexata, & ab omnibus medicis derelicta, mortique appropinquans, poſt vota ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi facta, ſana cito efficitur.

Scola-

Scolaſticus quidam Staniſlaus Maſouita ex contubernio ſiue Collegio Philoſophorum Cracouiæ ſic dicto, grauiter infirmatus, cum de ſua ſalute deſperaretur, poſt vota pro eo ad S. facta confeſtim priſtinę incolumitati redditur.

Martinus quidam ſuburbanus Cracouieñ. in platea S. Nicolai confeſſoris prope Iſtulam fluuium grauiſsima infirmitate vſque ad agonem mortis deductus per vota ad ſepulchrum Sancti pro eo facta, confeſtim ſanus reſurgit.

Mulier quædam vidua de Ciuitate Cazimireñ. apud Cracouiam Anna nomine ſeptem annis morbum paſſa, grauemque infirmitatem, poſt vota ad ſepulchrum Sancti facta cito & mirabiliter exurgit.

In his omnibus ſit Deus omnipotens in æternum laudabilis & glorioſus, qui in Sancto Hyacintho confeſſore ſuo ſemper eſt mirabilis. Amen.

DE

DE ACTIS PROCESSVS CANONIZATIONEM S. Hyacinthi Confeſs. præcedentibus

LIBER TERTIVS.

PRÆFATIO.

DEus & dominus ſaluator Dux, & legiſer noſter Ieſus Chriſtus ex abditis cæleſtibus ad Sphæram noſtræ mortalitatis carnea trabe indutus deſcendens: non rapinā arbitratus ſe eſſe æqualē Deo, habitu inuentus vt homo, hominūq; oras inhabitans nullum ſuæ Maieſtatis & omnipotentiæ paſſus eſt detrimentum. Hanc etenim, quam cum æterno patre habuit ſuper creaturas poteſtatem non minorauit incarnatus, qui eam poſſedit ex patre æternaliter generatus, & quod humanæ, quam aſſumpſit naturæ defuit, in vnione diuinæ & ineffabilis ſuæ perſonæ Maieſtate ſuppleuit. Vnde cum nouæ regenerationis debellata morte conderet ſæculum ſuis, quos dilexerat diſcipulis gloriam ſuæ reſurrectionis reuelaſſet dicens: Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. quam poteſtatem non ſolum, cùm glorioſa natura & deificata ſuper omnem altitudinem cælorum conſcendens paternæ dexteræ extulit: verum etiam, hic in terris Apoſtolorum principi Petro quondam piſcatori, nunc verò in perſona CHRISTI

totius orbis Chriſtiani Principi, quod veraciter promiſerat, fideliter ſubminiſtrauit atque perfectè adimpleuit. Cum enim nunquam peritura iaceret fundamenta ſua Eccleſia ſic ſumma imis coniunxit, ſcilicet cæleſtia terreſtribus, & decreto diuino firmauit, vt beatum illum & ab omni labe & reatu ſolutum eſſe declarauerit in cælis, quem manus Apoſtolica hic liberum faceret in terris, illudque in cæleſti conſiſtorio acceptaretur, quod decreto Apoſtolico in terris firmaretur. Beatus es, inquit, Symon Bariona, quia caro & ſanguis non reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cælis, &c. Sed quam poſt te habebo poteſtatem? Reſpondit Saluator: Et tibi dabo claues regni cœlorum. Quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram erit ſolutum & in cœlis: Quaſi diceret dominus, Tantam in te conſtituo diuinæ meæ Maieſtatis potentiam, vt ab ore tuo, te in terris manente regni cœlorum pendeat glorioſus Senatus, & illud decernat, quod perpetuo duraturum eſt, cœleſtis ſupernorum ciuium congregatio, quod decreuerit te iubente, te preſidente Sacroſanctæ Eccleſiæ Senatorum cōtio, & ad pedes tuos ſupplices procumbant omnium terrarum orbis Monarchæ, qui cupiunt eſſe participes æternæ gloriæ. Quod ante longè prauiſum erat à ſancto Propheta Daniele, cùm dictum eſt: Omnes reges, & gentes ſeruituræ principi populi ſanctorum altiſſimi, cuius vices Summus Pontifex obtinuit. Quoniam verò inter præcipua Apoſtolicæ poteſtatis priuilegia hoc

non

non poſtremum in Eccleſia CHRISTI *poſſidet locum; quod nemo Sanctorum* Catalogo *conumerandus, cenſetur niſi, quem Sedes Apoſtolica, communi totius Eccleſiæ Sanctæ Senatus conſenſu, ſanctum, cæleſtique ac terreſtri gloria, & honore dignum iudicauerit. Hinc eſt quod ad ſolum* Petrum *& Petri ſucceſſores iure pertinebit(obtrectent & oblatrent quicquid velint veritatis hoſtes Hæretici) quis verè ſanctus ſit, & Sanctorum veneratione dignus declarare.* Canoniʒatio *igitur (quam Græci Apotheoſin vocant) nihil aliud eſt, quam honoris & gloriæ Sanctorum hominum plurium, ſiue vnius de quorum ſanctitate & vitæ innocentia eſt coniecturandum Eccleſiæ publicum teſtimonium, iudicium & decretum habeat, quo ſolemniter decernitur quòd ſit Sanctus, & quòd ſanctorum priuilegio in terris gaudeat in laudibus militantis Eccleſiæ, qui triumphantem inhabitat. Hinc eſt quod taliter in terris glorificatus à Principe totius Eccleſiæ Vicarioque Chriſti donatur, vt ſit* Catalogo *indelebili Sanctorum aſſcriptus inuocetur in publicis Eccleſiæ præcibus, Aras & templa ad honorem Dei, ſub titulo ſuo poſſideat, quod in ſacrificijs, & hymnorum cantibus laudetur (Si quidem memoria iuſti cum laudibus) quod imaginem ſui in templis ad poſteros tranſmittat, & reliquiæ corporis eius condigna veneratione habeantur. Exquirit autem hoc à nobis non ſolum meritum alicuius Sancti, ſed & Eccleſiæ Dei perpetua conſuetudo, & ſcripturæ, quæ viros glorioſos omni laude eſt ſubſecuta.* Si quidem *patres*

veteris teſtamenti Canoni̇̃Ꝫat Spiritus ſanctus Eccleſiaſt.44. Enoch Noe, Abraham Iſaac, Iacob Ioſeph, Moyſen Aaronem, Phinees Ioſue, *Caleb Samuelem, Dauidẽ Heliam Heliſeum, &c.* Chriſtus *verò in Euangelio, CanoniꝪat B. Abel Math. 23.* Ioannem *Baptiſtam Math. 11. Symeonem Luc. 2. Zachariam & EliꝪabeth Marci 1. Mariam Magdalenam* Luc. 7. *Natanaelem Centurionem Lucæ 8. Zacheũ Lucæ 19. Sic* Lucas *cõmendat Stephanum Act. 7.* Petrum *Act. 4 & alios,* Paulus *laudibus euehit Lucam cuius eſt laus in Euangelio,* & *plures alios in epiſtolis ſuis. Petrus etiam commendat Paulum in Epiſtola prima ſua, &c.* Iſti *enim ſunt omnes quaſi lumina mundi, quæ tenebroſam peccatorum multitudinem illuminant, & ad veræ patriæ terminum viam ab ipſis imitabilẽ demonſtrãt, virtutes docent, vitia fugant, vt quorum gloria præminet in cælis, eorum vitæ ſanctimonia, humiles ſpiritu erudiat in terris. Nec obtrectatores CanoniꝪationis Viclephitæ, Caluiniſtæ, et* Lutherani *ſunt audiendi, imo odio habendi, qui non tantum* Sanctorum, *ſed ipſiuſmet Dei gloriam peſſumdant, et damnato ore blaſphemant contra quorum falſos errores, vt cæteros omittam, duos oppono authores Thomam ſcilicet Valden. lib. de ſacramentalibus titulo 14. cap. 122. et* R. P. Ro*bertum* Politianum *Bellarminum Tomo 1. controuerſia 7. lib. 1. cap. 6. et ſequentibus ad quos prudentes, et Catholicos lectores remitto, breuitati promiſſæ conſulens: ad cæptæ Hiſtoriæ procedo narrationem.*

QVOTEMPORE PATRES Prædicatores Regni Poloniæ, & Conuentus Cracouien. Canonizationem, & exhumationem corporis glorioſi Sancti Hyacin thi pertractare cœperunt. Caput Primum.

CIrca Annum Domini M. D. XVIII. Sub Pontifice ſummo Leone Decimo Pontificatus ſui anno ſexto. Imperante totiuſque orbis Chriſtiani moderamina tenente Carolo Quin to Imperatore, Maximiliani primi Cæſaris Auſtriaco nepote, nec non Regnorum Hiſpaniæ & Siciliæ Rege, Galliæ Henrico primo, Poloniæ Sigiſmundo primo, Hungariæ Vvladiſlao regibus ſub Reuerendiſsimo totius ordinis Generali magiſtro Thoma de Vio Caetano Cardinali, cuius encomium in doctrina Sapientiæ Chriſtianæ eſt præclariſsimum. Et Reuerendo Prouinciali Prouinciæ Poloniæ P. F. Andrea de Parczovv, viro egregio, & Sancto Hyacintho multum deuoto. In curia Romana verſabatur negotium Canonizationis duorum præclariſsimorũ Sanctorum, quorum vnus quidem erat in ſtatu clericali S. Benno, Epiſcopus Myſneñ. Et alter in ſtatu religioſorum S. Antoninus Archieps Florentinus de Ord. Pręd. ad Eccleſiaſticam euectus dignitatem, quos tandem poſt

diligentem ipſorum vitæ & miraculorum examinationem Adrianus Sextus Pontifex, Anno ſui Pontificatus primo, Indictione vndecima, Anno Domini 1523. Catalogo Sanctorum ſimul & ſemel adſcripſit, eaſque à populis Chriſtianis coli & inuocari, ſuarumque cauſarum tutores apud Deum & interceſſores decreuit. Hoc etiam eodemque tempore ſcilicet ſub Leone decimo, in Dominatu Saxoniæ ex Ciuitate Virtembergeñ. magna illa Beſtia de mari inobedientiæ & confuſionis, & perfidiæ caput, ſcilicet Martinus Lutherus ſaxo ſeptem peccatorum mortalium capita & violationis decem mandatorum diuinorum cornua, quæ diadematibus decem triumphi diabolici veſtiebantur, & ſuper capita ſeptem, imo Innumera (cum ponatur numerus diffinitus, pro indiffinito) nomina blaſphemiæ trahens ſibi numerum myſticum 666. ad diuexandum & varijs blaſphemijs orbem Chriſtianum diuellendum. (Si quidem ab Aquilone pandetur omne malum ſuper terram) prodijt, & in plaga Aquilonari cum diabolo ſedis ſuæ principatum detexit, & ſummo Paſtori Eccleſiæ Romanæ ſuper ſeptem colles imo ſuper omnem Eccleſiam præſidenti & ſuper aſpidem & baſiliſcum ambulanti, & Leonem & Draconem calcanti & diſcerpenti ſe oppoſuit, totumque pectoris blaſphemi virus in Pontificem Romanum effudit. Quod lethale aconitum non ſolum Germaniam, ſed Angliam, Flandriam, Scotiam, Hyberniam, Daniam, Suæciam, Hungariam regna quondam florentiſsima ſubito inuaſit & infœliciſsimè à capite Eccleſiæ tamquam mortua, & putrefacta membra præcidit. Ad Poloniam verò impium ac blaſphemum dogma, ob vigilantium & Chriſtianæ fidei deuotiſsimi Sigiſmundi primi olim Regis Poloniæ principatum, qui ferro & igne minabatur omnibus, qui eius regno impiam ſectam introducere conarentur accedere non audebat. At

verò

verò ipſo mortuo cùm paſtores Eccleſiæ tùm etiam filius prædicti Sigiſmundus Auguſtus minus iuſto gregem ſibi Polonicum cuſtodirent, venit lupus & paulatim cępit veneno blaſphemiæ ex ouibus lupos transformare, & cum dormirent homines, venit inimicus homo & ſuperſeminauit zizania in medio tritici. Quoniam autem Sarmatæ vt clymate frigidiores, ita quoque corde duriores, & ad credendum tardiores, zizaniorum molem non ita radicem agere in medio tritici permiſerunt, nec enim ſic inualuerunt zizania hæreſum, vt omnino triticum opprimere & explodere. (ſicut in alijs regnis proh dolor euenit) & fidem Catholicam ex cordibus hominum euellere potuerint, Deo Polonos ex infinita miſericordia ſua protegente, & Sanctorum qui ibidem ſepulti ſunt patrocinio auxiliante. Ne verò regnum *Poloniæ* inter tot turbines hæreſum in pelago infidelitatis Lutheranæ tenebris blaſphemiarum offunderetur, Sydus nouum & iubar, quod diu latuerat oculos ſplendida luce reuerberans, ſcilicet Sanctum Hyacinthum ordinis prædicatorum populo fideli obiecit, magnorumque miraculorum fulgore ipſum corruſcare fecit, vt gens fidelis Sancti huius oblectata micantibus radijs, tenebras impiæ hæreſis contemneret, fugeret, atque deteſtaretur. Verè etenim illis contigit verbum Iſaiæ Prophetæ: Populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam, & ſedentibus in regione vmbræ mortis lux orta eſt eis. Fratres igitur ordinis Prędicatorum in Regno Poloniæ degentes duplici cauſa, ſcilicet Canonizatione duorum Sanctorum, & impiarum hæreſum colluuie inualeſcente, quaſi duobus fortiſsimis calcaribus ſtimulati, moti à ſpiritu ſancto, cum viderent in dies circa Sanctum miracula corruſcare, mortuos ſuſcitari, cæcos illuminari, & diuerſorum languorum moleſtiam curari paulo diligentiores eſſe cæperunt, & duos fra-

tres ad conſcribenda miracula ſcilicet Fratrem Marcum, & Fratrem Albertum Conuentus Cracouień. deſtinarunt, & Canonizationem Sancti, apud Leonem Decimum peragere cæperunt. Quod negocium duo patres ſcilicet Reuerendus Pater Frater Andreas de Parczouo, ſacræ Theologiæ magiſter Prouincialis Poloniæ, & R. P. Frater Nicolaus de Znena ſacræ Theologiæ profeſſor Prior Cracouień. inſtantiſsimè & fœliciſsimè operati ſunt, & iam ad finem negocium produxiſſent niſi bellum inter Carolum Quintum, & Clementem Septimum cum direptione Vrbis Romæ, & cum Romanorum & noſtratium iniuria interceſsiſſet.

De conditionibus ad Canonizationem requiſitis. *Caput II.*

IN Sanctorum Canonizatione à principio Chriſtianæ fidei in primitiua Eccleſia non tanta adhibebatur diligentia, nam feruentis fidei incrementum & ſanguis IESV CHRISTI recenter pro nobis effuſus tantum in cordibus hominum erga Deum accendit amorem, vt ſponte ſeſe homines ſancti offerrent propter fidem CHRISTI, ignibus, gladijs, lapidibus, ſectionibus, & direptionibus. Vnde mortes illorum quantumuis atrociſsimas iucundiſsimis excipiebant diebus, quia præcioſa eſt in conſpectu Domini mors Sanctorum eius. Ad Canonizationem igitur Sanctorum (poſt longam venerationis & cultus Sanctorum conſuetudinem, quæ vim legis obtinuit) primus dicitur Leo Tertius Summus Pontifex acceſſiſſe (vt teſtatur Surius tomo ſecundo, capitulo nono, de vita Sancti Suiberti, tandem Innocentius ſecundns, Canonizauit Hugonem Epiſcopum Gratianopolitanum, & Alexander Tertius Beatum

Bernardum

Bernardum, à quo tempore omnes alij ſancti ſolemni ritu declarati ſunt ſancti. Duæ autem cauſæ impulerunt ſedem Apoſtolicam, vt in hoc tam ſancto negotio maiori diligentia, & laudabili cautione procederetur. Primum quidem malitia Diaboli, quæ inter ſanctos ab Eccleſia cultu ornatos, falſos immo damnatos peccatores obtrudere nitebatur. Sic accidit tempore ſancti Martini, cum enim populus ignotum quendam pro ſancto coleret (teſte Seuero Sulpicio in vita ſancti Martini.) Beatus Martinus orauit, vt ſibi à Deo de hoc ſancto reuelaretur. Quo orante aparuit anima illa dicens ſe eſſe animam cuiuſdam latronis ſceleratiſsimi, & damnati, qui pro ſuis criminibus erat interſectus. Similiter tempore Alexandri Tertij quidam pro martyre celebratur, qui in ebrietate, & ſedione eſt occiſus, vt patet ex cap. Audiuimus, extra, de reliquiis, & Sanct. venera. Hoc idem acciderat Ferrariæ, vbi vnius Hæretici de ordine fraticellorum corpus prout ſancti colebatur, quod ſummus Pontifex exhumatum iuſsit exurere. Volens enim Diabolus populis Chriſtianis illudere miracula quædam falſa illorum obtutibus ingerebat, vt iis ſancti meritis frauderentur. Sed Deus colluſiones inimici non eſt diu paſsus mentes hominum decipere. Alia etiam cauſa eſt malitia hominum, ſcilicet. Hæreticorum prauitas, & fidelium leuis credulitas, ſic enim pro impiis hæreticis ignibus traditi, & trucidati per hæreticos nobis tamquam martyres colendi obtrudebantur. Sic Petrus martyr hæreticus conſcribens hæreticos à Catholicis combuſtos, martyres nominauit, & librum Martyrologium appellauit. Sed mentita eſt iniquitas ſibi, Eccleſia igitur Catholica, ea qua potuit maiori cautione ad Canonizandos ſanctos acceſsit, & legibus canit. De his vide D. Thom. quodlib. 9. quæſt. 7. artic. vlt. Auguſt. de Ancona in ſumma de poteſtate Eccleſiæ q. 14. art. 4. Io-

annem

annem Driedo, lib.4. cap.1. de Eccleſiaſt.dogmat. B. Anton.3.part. tit. 12. cap. 8. Summæ Theol. Caiet.tract. de Indulgent. ad Iulium cap.8.Syluestrum verbo Canonizatio.Magiſtrum Cano.lib. 5. de Loc. cap. penult. & Belarminum vbi ſupra. Sunt igitur certi Canones ſiue regulæ à Canoniſtis poſitæ ſecundũ quas in talibus negocijs procedere ſolitum eſt, de quibus plura in cap.1. de reliquijs & veneratione Sanctorum. Hoſtień. Andr. & cæteri communiter Iacobus Caſtellanus de Farra tract. de Canoniz.q.8. & Troilus Maluetius in tract. de Canoniz. Sanct. dub. 4. & Caſſanęus in Catalogo gloriæ mundi parte 3. conſiderat. 50. & Franciſcus Penia Hiſpanus de Canon. S. Didaci Ord. Minorum de obſeruantia, quem Sixtus Pontifex Canonizauit.

Prima conditio eſt in Canonizatione Sanctorum obſeruanda vt is qui Canonizandus ſit vitam ſuæ peregrinationis deſcriptam habeat, & hoc authenticè, in qua vitæ Sã-ctimonia, & miraculorum gratia, quam Deus Opt. per ipſum dignatus eſt operari, ad amuſsim contineatur.

Secunda Conditio, vt is qui Sanctus ſit dicendus fidem Catholicam Apoſtolicam Romanam profiteatur atque eidem ſit ſubiectus, alioquin ſi Angelicis linguis loqueretur, ſi ſciat arcana Dei ſi omnia in cibos pauperum & corpus ſuum ita vt ardeat, expendat, non Sanctus, ſed damnatus & operarius iniquitatis cenſebitur.

Tertia Conditio eſt, vt teſtimonium habeat ab hijs, qui nunquam fidei iugum excuſſerũt nec Hæretici nec pro Hęreticis habiti ſunt, nec vnquam blaſphemarum opinionũ falſo errore notati.

Quarta Conditio, vt is qui Catalogo Sanctorum aſcribitur notabilis moræ tempus ad continuandum teſtimonium veritatis & ſignorum verorum ad corpus eius factorum expleat vt puta 10. 20. 40. 60. 100. vel vltra annos ne fallaciæ diabolicę locus præbeatur.

Quin-

Quinta conditio, vt is qui Canonizandus eſt, in ſuæ Hiſtoriæ probatione omnia contineat, quæ virtutis alicuius, vt puta multæ charitatis, fidei, ſpei, patientiæ & id genus aliarum virtutum ſpeciem redoleat, ne ſcilicet ex eius vita aliquod ſcandalum populorum oriatur.

Sexta Conditio, vt is qui in Apotheoſin eſt connumerandus, non vno tantum ſed pluribus miraculis commendetur, vel vno tali, quod multis æquipolleat; exempli gratia, S. Stanislaus martir mortuum à triennio ex pulueribus ad reddendum veritatis teſtimoniũ coram Rege aperto monumento reſuſcitauit, & iterum ad monumentũ pulueribus reſtituit & ſepeliuit, vt ſcribitur in vita ipſius], & Canonizatione eius.

Septima Concluſio, vt non vnius vel duorum hominum ſed totius cõmunitatis & Prouinciæ opinione Sanctus habeatur, & vulgo Sanctus proclametur, populorumq. deuotione etiam ante Canonizationem colatur.

Octaua, Vt grauiſsimorum virorum, & magna auctoritate præſtantium, ſcilicet Regum, Ducum, Principum, & totius ſtatus ſpiritualis comẽdatione Sedi Apoſtolicæ pro ipſius Canonizatione humiliter ſupplicetur.

Nona, Vt non ſemel tantum, ſed repetitis vicibus pro eiuſdem Canonizatione apud Sedem Apoſtolicam expoſtuletur poſt quæ omnia Summus Pontifex Fratribus, ideſt Cardinalibus in Secreto Conſiſtorio proponat, quid cum hac ſedula pro Sancto expoſtulatione agere debeat.

Decima, Eiuſdem Canonizandi vitæ, & miraculorum Inquiſitio aliquibus patriæ Epiſcopis committitur, vt in genere de eodẽ dent Sedi Apoſtolicæ informationẽ.

Vndecima, Mandatur eiſdem vel aliis Epiſcopis, vt omnia exquirant in ſpecie, quæ ad famam, & vitæ Sanctimoniam Canonizandi pertinent, & munita ſigillis, & clauſa Sedi Apoſtolicæ tranſmittant.

Duodecima, Conſulitur vtrum talis remiſsio Inquiſitionis

tionis vitæ & miraculorum Canonizandi ſit admittenda in ſpecie.

Decimotertio. Poſt modum iterum, vel iiſdem Epiſcopis, vel aliis committitur, vt denuo omnia reuideant, quæ ad ſancti famam vitæ ſanctimoniam, & miraculorum inquiſitionem pertinent, & ad ſedem Apoſtolicam tranſmittant.

Decimoquarto. Aliquibus Cardinalibus ſacræ Roma. Eccleſię, & aliquibus Auditoribus Rotę ſacri Palatij proceſſus examinandus præbetur.

Decimoquinto. Interim ſi Reges, vel Duces petunt, & prouinciæ ſpecialis gratia officium Miſſa, & id genus tantum prouinciæ, in qua eſt conceduntur donec ad actū Canonizationis peruentum fuerit, cæteræ conditiones iam in ipſo poſsit Canonizationis explentur, quæ hic ex profeſſo omittuntur, ſed quarto libro deſeruient.

De ſupradictarum conditionum circa Sancti Hyacinthi Canonizationem executione. Cap. III.

EX præcedentibus ſatis patuit, & ex conſequentibus facile perſpicietur. His omnibus conditionibus in promouenda Canonizatione iſtius glorioſi ſancti ſatisfactum eſſe, nam & liber vitæ, & ſanctimoniæ, & miraculorum eius non ſolum in proceſſu authentico deſcriptus, ſed etiam originalis in pargameneo volumine à Ducentis quinquaginta annis litteris antiquis exaratus vbi prædicta, & libro primo à nobis edito continentur, quæ vitæ ſanctitatem, & virtutum formam, & miraculorum exuberantiam vberrimè demonſtrant Romam per me eſt allatus, & ſacroſanctę ſedi Apoſtolicæ redditus, vnde etiam

tet

tet qualiter in vinea domini aduerſus vulpeculas Samſonis deſudauerit,& Eccleſiam Domini doctrinæ effluentia, & mirandorum operum patratione colluſtrauerit, merito etiã non ab hoſtibus fidei, ſed ab ipſiſmet fidei propugnatoribus, & zelatoribus, Regibus inquam, & Principibus Chriſtianis encomium virtutum, & teſtimonia probatiſsimè ſanctitatis obtinuit, & quorum viuens, vt in fide Catholica firmiter ſubſiſteret prædicando, hortando, ſcribendo commonendo laborauit, horum poſt multa ſecula (qui ſi ſanctus non eſſet omnino, ex memoria viuorum penitus aboleretur) verum ſanctum, ac firmum ſanctitatis, & glorioſæ conuerſationis teſtimonium etiam mortuus obtinuit; nec mirum cum ſit verus ſeruus Ieſu Chriſti Domini noſtri, qui Dux vitæ mortuus regnat viuus. Et de beatiſsimo Patriarcha Dominico dici poteſt illud ſcripturæ: Mortuus eſt pater, & non eſt mortuus, quia reliquit poſt ſe ſibi ſimilem. Poſt trecentos tandem annos à morte ſua ſuſcitauit Dominus ſpiritum Regum Poloniæ, qui vltro ſe ad promouendam gloriam ſancti Hyacinthi accinxi erunt.

Rex igitur Poloniæ Sigiſmundus Primus, tamquam alter Dauid, ſedatis vndique hoſtibus, redditaque pace Regno Poloniæ cogitare cæpit, quid dignum Deo hoc tempore, quo viueret operaretur. Incidit in mentem, ſe velle ſanctorum honori, & canonizationi inſiſtere. Et quia charitas ordinata incipit à ſeipſo, eniti & laborare cępit apud Leonem Decimum ſummum Pontificem, vt Beatum Cazimirum Germanum ſuum conſanguineum (qui tunc multis inclaruerat miraculis) ſanctorum Cathalogo adſcribere dignaretur, & cum hoc iam ſupplicaſſet oblatus eſt eidem omni honore dignus Sanctus Hyacinthus, vt ſimul eodem labore vtrorumque canonizationem perficeret. Quod pientiſsimus Rex non ſolum nõ abnuit, ſed etiã ambabus, vt aiũt manibus amplexatus

iis.

iis duobus Sanctis Deo ſe obſequium præſtiturum conabatur, ac vtique effeciſſet niſi (proh dolor) Diaboli inuidia bellorum tumultus in Italiam, Romamque concitaſſet. At vt melius limpidiuſque mens deuotisſimi Regis, cognoſcatur epiſtolam ad Leonem Decimũ Summũ Pontificem ſcriptam oculis ſubiicio legentium, vt inde coniectari poteſt tempus, quo canonizatio Beati Hyacinthi promoueri cæperit.

Tenor litterarum Sigiſmundi Primi ſtirpis Iagellonicæ Regis Poloniæ Magni Ducis Lituaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Mazouiæ, Samogiciæ, &c. Ad Leonem X. ſummum Pontificem. Cap. IV.

SAnctisſimo Domino Noſtro Diuina prouidẽtia Leoni Papæ decimo Domino meo clementisſimo. Beatisſime Pater, & Domine Domine clementisſime poſt oſcula pedum Beatorum. Poſteaquam Sanctitas veſtra ad multiplices meas ſupplicationes pro Canonizatione B. Cazimiri Germani mei, dignata eſt litteris ſuis Reuerendisſimum D. Ioannem Archiepiſcopum Gneſneñ Legatũ natum & Primatem regni mei, vnà cum nonnullis Comiſſariis deputare inquiſitionemque fieri & teſtes recipi ſuper vita, ſanctimonia, religione, conuerſatione, atque miraculis, quibus Dei Optimi Maximi miſericordia claret, mandare. Idem D. Archiepiſcopus Gneſneñ. dum mandatum Sanctitatis veſtræ exequeretur mihi propoſuit, vt ſub vno Proceſſus tenore B. Hyacinthi Poloni nobili genere oriundi, qui in vita trium mortuorum ſuſcitator eſſe meruit, poſt obitum verò & vſque nunc magnis claret miraculis, apud Sanctitatem veſtram Canonizationem impetrare. Cuius Hyacinthi vitæ Hiſtoriam ex libro Alberti Leandri Bononieñ. ad Reuerendiſs. D. Nicolaum Fliſciũ Genuenſem Cardinalem de viris Illuſtribus intitulato, de

ſcri-

ſcriptam Sanctitati veſtræ mitto. Aſsiduis itaque nedum ipſius D. Archiepiſcopi, vnà cum cæteris regni mei Epiſcopis, Prouinciæ ipſius ſuffraganeis, verum etiam Principum, Baronum, Militum, & totius ferè populi precibus & ſollicitudine inductus, & præſertim qm̄ magnæ pietatis eſſe exiſtimaui, non pati occidere eorum memoriam qui egregiis factis, & ſupra humanum captum diuina quadam ope geſtis æternitatem meruerunt. Supplico Sanctitati Veſtræ dignetur vna eademque opera ipſi D. Archiepiſcopo, aut ſi placebit Sanctitati Veſtræ Cracouień. vel Præmiislień. Epiſcopis de B. Iacincto nunc exequeń. cõmittere, id quod pro exequendo Diuo Cazimiro concedere non eſt dedignata. Cui me regnumque meum, & dominia mea commendo, & eam incolumem, & florentem eſſe pro tranquillo vniuerſalis Reipub. Chriſtianæ ſtatu deſidero. Datum Cracouiæ vltima die Maij, Anno Domini M. D. XVIII. Regni mei duodecimo.

Comiſsionis factæ per Leonem decimum, Ad petitionem Sigimundi Regis pro inquiſitione vitæ, & miraculorum S. Hyacinthi tenor. Cap. V.

LEO Papa Decimus Venerabilibus Fratribus Cracouień. & Præmiislień. Epiſcopis. Venerabiles fratres Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Nuper chariſsimus in Chriſto filius noſter Sigiſmundus Poloniæ Rex illuſtris, ſuis nobis litteris per dilectum noſtrum filiũ Achillem tituli S. Mariæ in Tranſtyberim Præsbyterum Cardinalem præſentatis inſinuare curauit quanta fuerit iam diu, & hodie ſit populorum deuotio, & concurſus ad ſepulchrum S. Hyacinthi qui olim S. Dominici Socius, & particeps vitæ exiſtens, tam in vita, quam poſt mortem multis ſemper claruit miraculis prout ex fide dignorum monimentis apparet. Propter quod Rex ipſe per eundẽ Achi

lem Cardinalem in Romana curia dicti Regis protectorem nobis humiliter ſupplicari fecit, vt ſuper vita, & miraculis de quibus idem Achilles Cardinalis nobis etiam plenam fidem fecit proceſſum fieri mandaremus, vt ſi dignus fuerit repertus ſanctorũ Cathalogo aggregari, & aſcribi poſsit. Nos igitur piis huiuſmodi ſupplicationibus, & relationibus inclinati ad Canonizationem huiuſmodi debitis mediis procedere volentes vobis, & cuilibet veſtrum tenore præſentium committimus, & mandamus quatenus ſuper fama, vita, conuerſatione, ac miraculis ipſius Hyacinthi in vita, & poſt eius obitum factis diligenter, & ſincerè auctoritate noſtra inquiratis, teſtes recipiatis, & eorum deſuper atteſtationes in publicam formã redigi faciatis, & proceſſum deſuper factum ſub veſtris litteris clauſum veſtriſque ſigillis munitum ad nos ſeu ſedem Apoſtolicam per proprium ſeu alium nuncium fideliter tranſmitti curetis. In contrarium non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 29. Iulij Anno Domini 1518. Pontificatus noſtri Anno Sexto.

Epiſcoporum Commiſſariorum, à Commiſsionis onere excuſatio, & proinde noua Regis Sigiſmundi ad Leonem Decimum Commiſsionis expoſtulatio. Cap. VI.

Affertur ab vrbe Roma ad Sereniſsimum, & pientiſsimum Regem Poloniæ Sigiſmundum primum poſtulata, & obtenta commiſsio, qua gaudenter, & cum omni debita reuerentia ſuſcepta vocantur ad Regem prælibati Commiſsarij Cracouień. & Præmislień Epiſcopi voluntaſque illis ſacræ ſedis Apoſtolicæ aperitur qua cognita laborem ſolum, & non merita perpendentes vnanimiter ſe à tali onere tam ſummo Pontifici, quam clementiſsimo, & in

in Sanctorum honorem vehementer animato excuſare cœperunt, & laborem, vnus quidem longa ſua ægritudine, alter vero Cancellariæ regni continua occupatione prætenſa ſubire detrectauerunt. Quod videns Rex Optimus maximè contriſtatus, quod votis ſuis cito non fuiſſet ſatisfactum, & reſumpto ſpiritus feruore iterum ad ſedem Apoſtolicam talis formulæ mittit Epiſtolam.

Sanctiſsimo Domino noſtro Diuina prouidentia Leoni Papæ Decimo Domino meo clementiſsimo. Beatiſsime Pater, & Domine Domine clementiſsime poſt oſcula pedum beatorum. Commiſerat ſanctitas veſtra iam pridem ad poſtulata mea inquiſitionem de vita, & miraculis Diui olim Hyacinthi hic Cracouiæ apud fratres Sancti Dominici ſepulti Reuerendis in Chriſto Patribus DD. Epiſcopo Cracouień. &c. & Petro Præmijslienń. Regnique mei Vicecancellario, quorum alterum ægritudo, qua aſsiduè decumbit, alterum negotia publica, & crebra mecum abſentia impediuerunt quo minus prouinciam ſibi demandatam exequi potuerint, & proinde ſupplico ſancti veſtræ, vt idem munus inquiſitionis committere dignetur ſuffraganeo, & Doctori Erdzieſouu Canonico Cracouień. qui continuè hic ageń. id negocij facilius, & exactius conficere poterunt. Faciet ſanctitas veſtra rem ſua pietate dignam, & mihi gratiſsimam. Cui me cum Regno, & Dominiis meis iterum humiliter commendo Datum Cracouiæ 1518. Die 20. Septembris Anno Regni noſtri Duodecimo.

Commiſsionis ſecundæ ad inſtantiam Sereniſsimi Regis Poloniæ Sigiſmundi primi per Leonem Decimum delegatio.

Cap. VII.

LEo Papa Decimus Venerabili fratri Ioanni Epiſcopo Laodiceñ. & dilecto filio Iacobo canonico Eccleſiæ Cracouieñ. venerabilis frater, & dilecte fili ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Cum alias cariſsimus in Chriſto filius noſter Sigiſmũdus Poloniæ Rex illuſtris, ſuis litteris per dilectum filium noſtrum Achilẽ tituli S. Mariæ Tranſ tyberim presbyterum Cardinalem præſentatis nobis ſignificaſſet, quanta iam diu fuiſſet, ac etiam tunc eſſet populorum deuotio, & concurſus ad ſepulchrum S. Hyacinthi, qui olim Beati Dominici ſocius, & particeps vitæ exiſtens tam in vita, quàm poſt mortem, multis ſemper claruit miraculis prout ex fide dignorum teſtimoniis, ac monimentis apparet. Ac propterea idem Rex per eundem Achilem Cardinalem in Romana curia, eius Regni protectorem nobis humiliter ſupplicari feciſſet, vt ſuper vita, & miraculis, de quibus idem Achiles Cardinalis nobis etiam plenam fidem fecerat proceſſum fieri mandaremus, vt ſi dignus repertus foret ſanctorum Cathalogo aggregari, & conſcribi poſſet. Nos ipſius Regis piis ſupplicationibus inclinati ad Canonizationem huiuſmodi ritè procedere voleñ. venerabilibus fratribus Cracouieñ. & Præmiislieñ. Epiſcopis per alias noſtras litteras dedimus in mandatis vt ſuper vita, fama, conuerſatione & miraculis per ipſum Hyacinthum tam in vita, quàm poſt obitum factis diligenter, & ſincerè auctoritate noſtra inquirerent teſtes reciperent, & eorum deſuper atteſtationes in publicam formam redigi facerent, & deinde proceſſum ipſum clauſum eorumque ſigillis munitum ad nos, & ſedẽ Apoſtolicam

ſtolicam per proprium ſeu alium nuncium fideliter tranſmittere curarent, prout in illis litteris plenius continetur. Cum nuper præfatus Achiles Cardinalis & venerabilis frater Eraſmus Epiſcopus Ploceñ. dicti Regis orator nomine ipſius Regis nobis expoſuerunt, quod præfati Epiſcopi præmiſſorum inquiſitioni commode vacare non poſſent, & propterea eiuſdem Regis nomine nobis humiliter ſupplicauerunt, vt aliis negotium inquiſitionis huiuſmodi committere dignaremur. Nos igitur eiuſdem Regis pio deſiderio annuere Voleñ. Vos loco præfatorum Epiſcoporum ſubrogañ. vobis mandamus, vt ad inquiſitionẽ vitæ, famæ, conuerſationis, & miraculorum Sancti Hyacinthi huiuſmodi procedatis, ac teſtes recipiatis, & eorum deſuper atteſtationes in publicam formam redigi faciatis, & proceſſum per vos factum ſub veſtris litteris clauſis, veſtriſque Sigillis munitis ad nos, & ſedem Apoſtolicam per proprium ſeu alium nuncium fideliter tranſmittere curetis, & alia in dictis litteris contenta exequemini in omnibus, & per omnia perinde, ac ſi dictæ litteræ vobis à principio directæ fuiſſent. In contrarium non obſtantibus quibuſcumque. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris Die 29. menſis Auguſti Anno Domini 1521. Pontificatus noſtri Anno nono.

De proceſſus exordio, & per delegatos nouos Commiſſarios à ſede Apoſtolica ſedula, & fideli executione.
Cap. VIII.

ANno igitur Dominicæ incarnationis 1522. 17. Ianuarij ſub Leone Decimo Pontificatus eius An-

no decimó feria ſexta Cracouiæ præſentatę ſunt litteræ ſummi Pontificis Reuerendiſs. ſuffraganeo Cracouieñ. Epiſcopo Laodiceñ. & Iacobo Erdzieſouu Canonico Cracouieñ, nouis à ſede Apoſtolica Commiſſariis, tum etiã ipſi Sereniſs. Sigiſmundo Regi, qui cum magno animi deſiderio eoſdẽ expediri cupiebat, & re, vt opus erat mature conſiderata miraculorum, & teſtiũ, & omnium, quæ ad hoc negotium ſpectare videbãtur, cõſcriberẽtur ratio, numerus, & modus, vt omnibus ad inuicem coadunatis facilius canonizatio huiuſmodi ad terminum optatum perduceretur. Sed non modicum ſtatim occurrit impedimentum. Pontifex enim ipſe Leo decimus, qui iam in Canonizationem S. Hyacinthi vehementer aſpirabat hoc eodem anno charam Deo animam morte abſorpta reddidit. Itaque maxime negotio tam ſancto dolendus caſus obſtitit. Mittit poſteę Sereniſsimus Rex Romam Adriano Sexto iam ſedi Apoſtolicæ præfecto. quid vlterius faciendum eſſet dilidiligenter exquirens, cui per Achilem Cardinalem Regni Poloniæ protectorem remiſsi ſunt, quidam tenores Regularum Cancellarię Apoſtolicę in quibus declaratur, quod etiam ſummo Pontifice defuncto poſsint procedere ad vlteriora non præhabita noua ſuccedentis noui ſummi Pontificis commiſsione. Hæ autem regulæ à Iulio 2. Alexandro Sexto, Pio Tertio, Leone Decimo, & Adriano Sexto Pontificibus ſunt inſtitutæ. Qua propter cum à ſede Apoſtolica meliorem de hac re accepiſſent informationem. Inuocato Dei nomine & Spiritus ſancti ope in ſacrificio ſancto interpellata, Sanctorumque Dei (in quorum numero ſanctus Hyacinthus canonizandus in illa Beatitudine computabatur) petito auxilio & ſanctæ Iuſtitiæ innixi ſuffragio. Anno Domini M. D. XXIII. 16. Martij, ſub Adriano Sexto, Anno eius Pontificatus primo, In Conuentu Sanctiſsimæ Trinitatis Cracouieñ, vbi gleba corporis Sancti Hyacinthi quieſcebat, fundata

eſt

eſt Iuriſdictio Reuerendiſsimorum prædictorum Cõmiſſariorum atq; ea quæ iuris ſunt diligentẽ fecerunt rationem. In qua ſi quidem iuriſdictione quoad formam iuris comparuit Sereniſs. Rex Poloniæ Sigiſmundus primus,& comparens perſonaliter inſtituit procuratorem qui nomine Regio causã R.D. Staniſlaũ Cloniczki Canonicum Opatouieñ. corã multis teſtibus vtriuſq; ſtatus ad hunc ſolemnẽ actum præſentibus. Quo facto Regis exemplum R. Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Cracouieñ. ſeorſim & alma vniuerſitas Generalis ſtudij eiuſdẽ vrbis tũ etiã & ordo prædicatorũ ſcilicet Conuentus S. Trinitatis ad hoc negotiũ ſuos inſtituerunt procuratores vt omniũ auxilio fieret qđ pro omniũ honore ne dicã ſingulorum erat inſtitutũ. His conſtitutis datur à RR. DD. Cõmiſſarijs generale edictũ, quod poſtea per omnes Eccleſias eſt fideliter executũ, vt ſcilicet prædicatores hoc integro anno, quo cõmiſsio duraret, in concionibus publicis lecta cõmiſsione Leonis X. populos admonerent & inquiſitionẽ fieri miraculorũ & beneficiorũ Dei per ſeruũ eius Hyacinthũ per petratorũ ſecundũ formã iuris publicarent. Additi ſunt etiã eidẽ negocio R.D. Nicolaus de Coprzivvnicza Canonicus Crac. ex parte Cracouieñ. procurator, & publici Notarij Bernardus Bittomieñ. & Bartholomæus Gondkovvski, qui rẽ exactiſsimè ad formam iuridicam efficere erant obligati. Poſt modũ in omnibus concionibus ad populum publicè prædicatores conclamitabant, vt ſi qui aliquod ſibi beneficium miraculoſe per S. Hyacinthi preces, & eorum vota ad Sanctum, factum ſcirent Deo teſte, & conſcientia vera, rem vt eſt vere ſub iuramento corporali propalarent, & in librum publicum inſcribi curarent. ad quorum declamationes, & publicas ex ſuggeſtis admonitiones, rei fæliciter proceſsit euentus, ſi quidem ij, qui ſanitatis alicuius morbi, aut reſtitutionis vitæ beneficio ſunt potiti libere accedẽtes teſtimoniũ

veritati prębuerunt quorum numerus ad 409.eſt reductus. Cæperunt igitur produci teſtes Anno ſupradictǫ ſeptimo Maij, & durauit commiſsionis actus multiplex vſquè ad ſextam Septembris Anni ſequentis, ſcilicet 1524. cum omni modo, iure, & forma, quibus ad tales actus procedere debitum erat nihil omittendo, vel admittendo, quod huic tam ſancto negotio appoſite accommodari, vel incommodari poterat. Nos autem in hoc paſſu non formam proceſſus ſecuti, ſed quod ad veritatem hiſtorię, & cōmendationem honoris noſtri S. Hyacinthi pertinere videbatur ad capita reduceñ. Et multitudinē miraculorum, & teſtantium fidem conſcribemus, ſi quidem ſupra ea, quæ duobus libris ſuperioribus continentur miracula, teſtium veritatē adducemus, & tabularum, quæ in proceſſu repertæ ſunt cū ſuis miraculis ad eadem capita conſignabimus liberañ. lectorem à faſtidioſa lectione breues nos eſſe in ſcribendo, & S. Hyacinthum mirabilem in operando ex quadringentis nouem teſtibus, & 97. tabulis docebimuſ.

De mortuorum reſuſcitationibus. Cap. IX.

1 TEſtis Quintus P. F. Matthias de Miedzirzecz medio corporali iuramento coram RR. DD. Commiſſariis Apoſtolicis depoſuit, quod in diſtrictu Lublineñ. puer cuiuſdam nobilis filius in flumine ſubmerſus mortuus eſt, qui ſic inuentus à meſtis parentibus ad ſepulchrū S. Hyacinthi medio voto oblatus continuo ſurrexit viuus, quem pater ſuus cū voto, & certis eleemoſvnis per ſpatiū triginta ſex leucarum ad ſepulchrum S. Hyacinti viuum attulit, & miraculum eſt teſtificatus, factumque eſſe 1502.

2 Teſtis 27. Agnes de Cracouia relicta olim Gregorij piſtoris eiuſdem ciuitatis medio corporali iuramento depoſuit filiū Fęliciæ Goltszlerouua ciuis Cracouieñ. morte ſubitanea obiiſſe quē illa cū matre ad Eccl. S. Trinit. vbi

corpus

corpus S.requieſcit mortuũ attulit,& poſt vota facta viuũ recepit atq; matri ſuę conſignauit. Factum Anno 1522.

3 Teſtis 62. Honeſta Catherina Laurentij ciuis Cracouieñ. vxor depoſuit puerum ſuum annorum decem ex ſuperioribus domus in terram corruiſſe,& ex caſu fracta ceruice mortuum fuiſſe,quem mater poſtmodũ mortuũ & cõfractum reperiens ad S.Hyacinthum deuouit,& poſt vota viuum per merita ſancti recipit. factum Anno 1521.

4 Teſtis 75. Martinus Czech Lutifigulus Cracouieñ. corporali iuramento pręmiſſo depoſuit filium ſuum Staniſlaum feria 6.in craſtino Aſcenſionis Domini 1520.puerum trium annorum cecidiſſe in fontem profundum,& ibi ſubmerſum fuiſſe,& cum difficultate extractum mortuum accepiſſe, poſt vota verò vtriusque parentis præſentis, & aliorum tunc præſentiũ puerũ reaſſumpta anima reſuſcitatum fuiſſe,puerumque viuum Commiſſariis Apoſtolicis conſignaſſe atque ex ambone publicaſſe miraculum.

5 Teſtis 76. Ioannes Vengrzinek de platea S.Floriani ciuis iuratus Cracouieñ. & Ioanes Zuuierz medio corporali iuramento coram Reuerendiſs.Commiſſariis depoſuerunt, quod Anna filia vnius anni in domo ſola remanens in dolio aqua pleno cadens ſubmergitur,& moritur. Quã pater ſuus Ioannes Vengrzinek prædictus domum rediens extraxit, & p quindecim horas mortuũ iacentẽ ad S.Hyacinthum cum certis miſsis deuouit poſt vota immediate viuã,& ſanam recepit,& Reuerendiſs. Commiſſariis viuã conſignauit,& præſentauit. Factum 15.Septembris 1519.

6 Teſtis 95. Honeſta Petronilla Niedbalczina ciuis Cracouieñ. depoſuit, puerum filium filiæ ſuæ vndecim hebdomadarum de menſa cecidiſſe & emortuũ eſſe & poſt vota facta ad S.immediate reuixiſſe. Factum eſt miraculũ. 1521.

7 Teſtis 112. Honeſta Barbara coniunx Stanislai Aurifabri Cracouieñ. teſtatur Neptem ſuam anno primo ſuæ ætatis ex paroxiſmo oppreſsam, mortuam fuiſse, & per

quandam monialem ad ſepulchrum S.Hyacinthi oblatam coram preſentibus vicinis reſuſcitatam fuiſſe. Factum Anno 1520.

8 Teſtis 135. Honeſta Agnes Vvallcoua de Crupniki ſuburbana Cracouień. depoſuit quod puer ſorrorinus nouem annorum in fluuio villæ dictæ Vvola eſt ſubmerſus diuque ſub aqua detentus, & vix per quendam Paulum de Crupniki inter palos inuentũ per teſtem ad tumbam S.deuotus reuixit. Factum pro feſto Paſchæ 1523.

9 Teſtis 190. Honeſta Anna vidua relicta olim Barbitonſoris Martini Cracouień. In aduentu Domini 1522. depoſuit filiam ſuam Catherinam in calidiſsimum fornacem conſcendiſse, quæ poſt modum à vehementi calore ſuffocata moritur, quam mater ipſa teſtis, mortuam inueniens ad ſepulchrum S.Hyacinthi deuouet, ac poſt vota emiſsa viuam recuperat multis in ſua domo præſentibus, & coram Commiſsariis teſtificantibus.

10 Teſtis 217. Martinus Leliovv, vna cum vxore ſua Dorothea iuramento præmiſſo depoſuerunt, quod Ioannes filius eorum e ſublimi loco grauiter in terram cadens auribus, & naribus fluens ſanguinem mortuus eſt, & per tres horas iacens exanimis, cum per vota ad S. Hyacinthum oblatus fuiſſet à morte reuocatur ad vitam.

11 Teſtis 272. Honeſta Dorothea Czieszlina de platea S.Floriani Cracouień. iurata depoſuit, quod filius ſuus ſex annorum ex alto domus in terram cadens colliſus, & confractus mortuus eſt repertus. Poſtquam autem vota pro ipſo reddiderunt iterum ad vitam mortalem rediit Anno 1510.

12 Teſtis 288. Albertus Bnino, & Catherina coniunx eius vterque de Clepardia iurañ. depoſuerunt, quod filius eorum 19. hebdomadarum crepuit omniaque inteſtina eius ad teſticulos exierunt, propter quod & mortuus eſt, quem cum ad Sanctum Hyacinthum deuouiſſent ſanum iterum

atque viuum lucrati ſunt,quē Notarijs publicis miracula & teſtes examinantibus oſtenderunt viuum, quinta enim die ante examen contigerat. Factum. 1523.

13 Teſtis 322. Prouidus Staniſlaus ſartor, & ciuis Cracouień. penes Eccleſiam Sanctiſsimæ Trinitatis manens, iuratus depoſuit quod filius ſuus Staniſlaus quinque annorum ludens cum pueris ex alto domus cadens mortuus eſt, quem ad tumbam S. Hyacinthi deuouens viuum recepit, menſe præſenti huius examinis. Anno 1523.

14 Teſtis 323. Vincentius in platea Caſtreń. ciuis Cracouień. iuratus depoſuit quod vna cum vxore neſcienter in lecto ſuo iacentes filium 24. hebdomadarum ſuffocauerunt & manę ſurgeń. in cuſsinis plumealibus ad pedes lecti mortuum inuenerunt, quem poſtea deplorań.& vota ad Sanctum deferen. viuum rehabuerunt. Factum eſt in menſe Maij, anno Domini 1520.

15 Teſtis 355. Martha mulier de Crac. depoſuit quod filius eius Ioannes ob promiſſum & neglectum votum in pænam culpæ matris mortuus eſt, ſecundum illud Prouerb. 20. Ruina eſt homini deuotare Sanctos, & poſt vota non reddere.

16 Teſtis 363. Nobilis Zophia Zakrzevvska ciuis Cracouień. depoſuit ſe oculis ſuis vidiſſe quandam puellam annorum 14.ab equo occiſam & conuulſam mortuam fuiſſe apud quendam ciuem Cracouień. Petrum Porembski & poſt vota facta reuixiſſe.

17 Teſtis 383. Zophia Mathiæ Neilar vxor in platea Caſtreń. manentis depoſuit filiū ſuum in aquæ dotio ſubmerſum & mortuum poſtmodum reuixis poſt vota ad Sāctum facta, & completa præſentibus duabus inquilinis domus ſuæ. Factum eſt autem in menſe Septembri, Anno 1520.

18 Teſtis 403. Anna Ioannis Zakrzrvvski Cracouień. filia, & Catherina ſeruilis ancilla iuratæ depoſuerunt, quod

quod prædicta Anna in fluuio Hiſtula ſubmerſa fuerat, & mortua poſtmodum ex aqua extracta dum nullum aliud humannm ſupereſſet remedium ad SanctumHyacinthum deuouetur per Catherinam ancillam poſt votum factum, vitæ reſtituitur. factum eſt in manſe Aprili 1523.

De abortiuis pueris mortuis natis, & per merita S. *Hyacinthi, votis expletis, vita & anima donatis.* *Cap.* X.

1 TEſtis 15. Famatus Matthias Czarni pellifex ciuis Cracouień. ſub iuramento depoſuit, quod vxor ſua in partu laborans filium peperit mortuum, quem præfatus Mathias pater ſuus Sancto Hyacintho deuouit, & viuum lucratur. Hoc idem miraculum teſtis 123. famata Catherina coniunx Fœlicis ſartoris Cracouień. conteſtatur, quæ præſens fuit ad partum prædictum. factum 1520.

2 Teſtis 33. Catherina vxor prouidi Bernardi Carpentarij ciuitatis Crac, generalis, aborſum paſſa filiam mortuam peperit, quam pater ſuus cum præſentibus ad ſepulchrum S. Hyacinthi deuouit, & poſt vota expleta viuam recepit, quod miraculum Bernardus pater, & mater Catherina,& nurus eius, & Catherina Czieſlina medijs iuramentis coram Comiſſarijs affirmarunt. Factum in die S.Stephani Protomartyris Anno 1521.

3 Teſtis 36. Honeſta Margareta Albuſſouua de Biſciupie ſub iuramento depoſuit duos abortiuos mortuos meritis Sancti Hyacinthi vita donatos vidiſſe, vnum cuiuſdam Annæ Staniſlai Iagielka de Krouuodrza, alterum Annæ cuiuſdam Gregorij Bembenek de Biſſcupie vxoris, & hoc propterea quia obſtetricis officio fungebatur. quod miraculum in Ambone publicatum eſt. Factum in feſto S. Michaelis, Anno 1521.

4 Teſtis

4 Teſtis 42. Prouidus Fœlix ſartor Cracouien. teſtatur ſe vidiſſe puerum mortuum natum Mathiæ pellifici coinquilino ſuo, quem parentes poſt vota expleta viuum receperunt. Conteſtantibus domino domus, & inquilinis, & proprijs parentibus præſentibus ad miraculum. Factum 1523.

5 Teſtis 136. Anna Clepardien. Cziеſlina nuncupata, iurata depoſuit ſe fuiſſe circa partum nutricis ſuæ inquilinæ quæ peperit puerum mortuum capite nimium compreſſo, ita quod etiam oculi fuiſſent extra poſiti, poſt vota verò ad Sanctum facta non ſolum animatum ſed etiam ad propriam formam reſtitutum conſpexiſſe, eumque baptiſmo ſacro intinxiſſe. Factum 1522.

6 Teſtis 200. Margareta Grodziczka Cracouien. iurata depoſuit quod abortiuum mortuum ſit enixa, quem obſtetrices ad ſepulchrum S. Hyacinthi detulerunt & poſt vota expleta viuum & ſanum ad domum reportauerunt.

7 Teſtis 205. Honeſta Catherina Vvochouua, cum iuramento depoſuit, qnod filium pepererit abortiuum, quē poſtmodum factis & expletis votis ad ſepulchrum Sancti, viuum recepit non ſine grandi miraculo.

8 Teſtis 218. Heduigis Claboczouua de Clepardia, cum iuramento depoſuit, quod filium peperit abortiuum mortuum, quem cum ad ſepulchrum S. Hyacinthi vouiſſet, recepit viuum, conteſtante ſub iuramento Elizabeta inquilina ſua obſtetrice. Factum in menſe Aprili 1523.

9 Teſtis 241. Nobilis matrona Petronilla, ſub iuramento depoſuit ſe fuiſſe preſentem circa partum vnius matronæ Catherinæ Kuniczouua, quæ mortuum puerum peperit, ſuadentibus autem ipſa teſte, & alijs matronis vt illum ad ſepulchrum S. Hyacinthi deuoueret, quo facto puer cunctis videntibus viuus eſſe cæpit. Factum in Septembre 1521.

10 Teſtis 334. Honeſta Heduigis Petri ciuis Craco-

uień. ante portam nouam maneń, iurata depoſuit ſe mortuum puerum peperiſſe, quem matronæ præſentes ad S. Hyacinthum deuouerunt, & poſt vota expleta matri viuū conſignarunt. Factum anno 1520.

11 Teſtis 398. Honeſta Dorothea Staniſlai Slivvka vxor in platea Slakouień. degens ſub iuramento depoſuit ſe interfuiſſe partui vnius mulieris Dorotheæ nomine, quæ peperit abortiuum mortuum, & quamprimum Dorothea puerpera flexis genibus filium ſuum ad Sancti Hyacinthi tumbam deuouit, ſtatim videntibus & gaudentibus cunctis aſtantibus animatus eſt, qui etiam tunc vixit, & Commiſſarijs eſt præſentatus. Factum Anno Domini 1520.

De agonizantibus & iam iam morituris per merita S. Hyacinthi vita & perfectæ ſanitati reſtitutis. Cap. XI.

1 TEſtis 43. Honeſta Zophia Slodkovva, Lanionis Crac. vxor in platea Svvinska ſub iuramento depoſuit ſe ex magna infirmitate agonizantem aparente ſibi Sancto Hyacintho ſanatam, & à morte liberatam fuiſſe, & ſedentibus tunc Commiſſarijs Canonizationis S. Hyacinthi in Eccleſia S. Trinitatis ex lecto conſurgens teſtificata eſt 1523.

2 Teſtis 49. Heduigis vxor Ioannis Magiſtri culinæ de Stradomie iurata depoſuit, quod poſt puerperium ad agonem mortis deducta viro pro illa votum explente ad ſepulchrum Sancti ſtatim ſanatur, factum 1523.

3 Teſtis 60. Ioannes Bialek murator Clepardień. cū iuramento depoſuit, quod grauiter vulneratus in capite ad extrema deductus vouente pro ipſo vxore ſua vitæ &

ſanitati

ſanitati reſtituitur. Similiter & Zophia vxor eius ſex hebdomadis grauiter decumbens ab agone mortis, viro pro ipſa vouente, reuocatur ad vitam incolumis 1523.

4 Teſtis 62. Honeſta Catherina vxor Laurentij Crac. iurata depoſuit puerum ſuum vnius anni agonizantem offerentibus pro ipſo vota ad Sanctum Hyacinthum parentibus vitæ reſtitutum fuiſſe.

5 Teſtis 86. Honeſta Anna puella quindecim annorum iurata depoſuit, quod in menſe Februarij vſque ad mortem infirmata antequam Sacramẽto communiretur vſum loquellæ perdidit. Verum matre pro ipſa vouente, & S. Hyacintho ſibi apparente ſtatim & loquelam & ſanitatem recipit, factum Anno 1521.

6 Teſtis 102. Honeſta Catherina Ioannis Perſt ſutoris Crac. vxor ſub iuramento depoſuit filiam ſuam Reginam ex maxima infirmitate agonizantem matre ſua pro illa vouente ſubito vitæ reſtitutam eſſe, 1521.

7 Teſtis 107. Honeſta Barbara Pauli Sadlonis Crac. vxor depoſuit filium ſuum ſeptem annorum cum duobus diebus agonizaret, nec mori potuiſſet matre pro præſidio ad Sanctum currente, ſtatim Deo ſpiritum reddidiſſe.

8 Teſtis 117. Ioannes Barila ſutor Cracouieñ. iuratus depoſuit filium ſuum Mathiam ex infirmitate agonizantem, patre pro ſe vouente, ad vitam reſtitutum fuiſſe.

9 Teſtis 190. Honeſta Vrſula Adami Ciuis Cracouieñ. vxor ſub iuramento depoſuit quod ad mortem deducta agonizans, filia Agnete pro ſe ad Sancti tumbam vota explente, ſtatim vitæ & ſanitati reſtituitur. Hoc etiam & filia teſtatur verum fuiſſe. Factum Anno 1521.

10 Teſtis 151. Generoſus Laurentius Spitek cũ iuramento teſtatur quod ex infirmitate graui agonizans per vota

matris

matris ad S. Hyacinthum vitæ reſtituitur. Conteſtantur miraculum Magnifica D. Anna de Iaroſlauu conſors Magnifici D. Nicolai Iordani Caſtellani Vvoinicen. mater ſua & Beata filia eius, & Vrſula Krolikovvska, & Helena Geraltovvna pediſſequa Dominæ Beatæ medijs iuramentis, factum Anno 1520.

11 Teſtis 158. Nobilis D. Ioannes Stradomski ſub iuramento depoſuit ſe ad extrema deductum agonizantem; vouente pro ſe filia ſua ad vitam reuocatum eſſe.

Teſtis 175. Catherina vidua Cracouien. iurata teſtatur Annam filiam ſuam agonizantem matre ſua pro illa vouente vitæ redditam eſſe.

12 Teſtis 189. Generoſa Domina Catherina Przedborovva teſtatur iuridice quod ſubditi ſui filius quartus (cum iam tres morte enecati erant) iam agonizans, & per dictam dominam ad Sanctum Hyacinthum deuotatus ſtatim vitæ & ſanitati reſtitutus. Anno 1523.

13 Teſtis 193. Mathias Cocus Regiæ Maieſtatis cum vxore ſua Heduigi vterque iuratus depoſuit, quod puer illorum ex infirmitate ad mortem deductus, votis pro ſe factis ſubito ad vitam & ad perfectam ſanitatem eſt reſtitutus. factum anno 1523.

14 Teſtis 196. Dorothea Clepardien. Capuſczina dicta iurata teſtatur, quod ex infirmitate agonizans, apparente ſibi Sancto Hyacintho ad quem ſe deuouerat vitæ reſtituitur. Hoc id idem ſibi & peſtis tempore morituræ contigiſſe affirmat. Factum anno 1487.

15 Teſtis 199. Barbara dicta Czervvona Cerdonis ex Suburbio coniunx Crac. iurata depoſuit filium ſuum ægritudine oppreſſum & agonizantem poſt vota facta ſanum ſe recepiſſe.

16 Teſtis 208. Honeſta Catherina Iacobi piſtoris. Crac. filium nouem menſium agonizantem ſanum recepiſſe, ſub iuramento teſtatur.

17 Teſtis

17 Teſtis 209. Vrſula Petri Caſimirieñ. vxor Dorotheam inquilinam ſuam agonizantem poſt vota ſtatim conualuiſſe teſtatur.

18 Teſtis 218. Heduigis Claboczovva vxor Nicolai Clepardieñ. ſub iuramento depoſuit filium ſuum trium annorum à ſe grauiter percuſſum, ita quod in grauiſsimũ morbum incideret, & cum iam agonizaret, illa timens puericidium recurrit ad auxilium S. Hyacinthi, & ſtatim ſanatus eſt, factum Anno 1515.

19 Teſtis 225. Margareta Przibuſzina ciuis Cracouieñ. teſtatur duas filias ſuas diuerſis temporibus agonizañ. matre pro ipſis votum reddente ad tumbam S. Hyacinthi ſanatas fuiſſe.

20 Teſtis 244. Fœlicia de Krupiniki filium ſuum agonizantem matre pro ſe vouente vitæ reſtitutum affirmat.

21 Teſtis 248. Agnes Petri Menſatoris vxor ex oppoſito ſanctæ Trinitatis Eccleſiæ Crac. manens, teſtatur matrem ſuam ad extrema deductam & agonizantem poſt vota conualuiſſe.

22 Teſtis 253. Staniſlaus cuſtos Cracouieñ. moriturus & agonizans, vxore pro ſe vouente, vitæ reſtituitur.

23 Teſtis 256. Honeſta Catherina Ianoczina teſtatur Laurentium Sutorem Crac. virum ſuum agonizantem, & iam iam moriturum, voto facto ſanum recepiſſe.

24 Teſtis 257. Bernardus Klaparczik de platea Slakouieñ. agonizans, vxore pro ſe votum reddente conualeſcit.

25 Teſtis 269, Catherina de Cerdonia filium ſuum agonizantem, per votum pro eo ſolutum ab infirmitate incolumem recepit.

26 Teſtis 281. Nobilis Staniſlaus Lelovvski in platea Sutorum Crac. manens teſtatur ſe vxorem ſuam pregnantem ex iracundia percuſsiſſe, ita quod vſque ad mortem

infirmata fuiſſet, & dum agonizaret pro ipſa ad Sanctum recurrit, & ſtatim viuam atque ſanam recipit.

27 Teſtis 287. Mathias murator ſub Caſtro Crac. manens ex infirmitate agonizans facto voto ſanatur.

28 Teſtis 294. Prouidus Staniſlaus Ciuis Crac. in platea S. Nicolai degens, in graui infirmitate agonizans, vxore pro ſe votum faciente, ſtatim ſanus eleuatur, & ad ſepulchrum S. Hyacinthi vadit omnibus ſtupentibus.

29 Teſtis 331. Catherina Czieſlina Michaelis Carpentarij vxor, teſtatur filiam ſuam 10. annorum iam morientem ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi attuliſſe, & poſt miſſæ ſacrificium immediatè filiam ſanam reſurrexiſſe & domum redijſſe.

30 Teſtis 340. Margareta de Crac. Dominam quandam Iglarka morientem & agonizantem ad Sanctum deuouet, & ſanam recipit.

31 Teſtis 341. Catherina Valentina cognominata, teſtatur quod puer colliſus & concuſſus per quendam Scholaſticum infirmatus agonizans, marito eius pro puero votum faciente, à morte & ægritudine liberatur.

32 Teſtis 351. Zophia dicta Ianovva de Crac. teſtatur puellam ſuam filiam ad mortem ægrotantem meritis S. Hyacinthi viuam recepiſſe, & cum citata fuiſſet ad teſtimonium redden. coram Commiſſarijs iurare noluit, ſed eadem nocte ſuperueniente infirmitate coacta in craſtino ſub iuramento teſtimonium prębet veritati.

33 Teſtis 352. Barbara Caſprovva de Clepardia, virum ſuum Gaſparem grauiter agonizantem voto expleto ſanum recipit.

34 Teſtis 360. Staniſlaus Vitreator Crac. vxorem ſuam Heduigim iam iam morientem votis expletis viuam & ſanam recipit.

35 Teſtis 392. Ioannes Lieſzianin Caſimirien. ſartor grauiſsimè agonizans, apparentibus ſibi Hyacintho Or-

dinis

dinis Prædicatorum, & Simone ordinis S. Franciſci Minorum Sanctis, & ipſum ſanantibus, ſtatim ad vitam reſurgit.

36 Teſtis 404. Ioannes Barbitonſor chirurgus Crac. in platea ſancti Nicolai degens, teſtatur menſe Aprili quemdam nobilem Oſieczki grauiter in capite vulneratum iam agonizantem, & à Medicis Regiæ Maieſtatis deſtitutum, confiſus meritis S. Hyacinthi ipſum curandum recipit, & poſt vota optimè ſanauit, quod procurator Regiæ Maieſtatis videns alium chirurgum Galliacium Italum induxit, qui factum medio iuramento depoſuerunt.

De graui infirmitate preſſis, & per merita Sancti Hyacinthi poſt vota ad eum facta ſanatis. *Cap.* XII.

1 TEſtis 3. Reuerendus P. Staniſlaus de Pauulouu S. Theol. Baccalau. Vicarius Cracouień. & Prædicator generalis in quadam ſua graui infirmitate conſtitutus ſuffragio S. Hyacinthi & ab ipſa plenè liberatus.

2 Teſtis 8. Honeſta Zuzanna Crac. vxor Laurentij Cantrifuſoris, filium valde infirmum, mediante voto ad S. Dei recepit læta. Factum 1521.

3 Teſtis 9. Honeſta Barbara de Cracouia, vxor Nicolai Leuigatoris filium ægrum duorum annorum ſanum ſuſcipit.

4 Teſtis 10. Thomas maritus honeſtæ Marthæ 18. hebdomadas infirmus poſt vota ſanus conſurgit. Similiter & filia vtriuſque ſana conſurgit.

5 Teſtis 13. Nicolaus Gonſiorek ciuis Bochneń. Diœceſis Cracouień. cum patre ſuo diuerſis tamen temporibus, à grauibus infirmitatibus factis votis ad ſepulchrum Sancti Hyacinthi liberantur. Similiter & vxor eiuſdem ciuis Bochneń. in infirmitate graui ſanguinem vomens ſanatur. Factum 1519. & 1523.

6 Teſtis 23. Honeſta Catherina Climuntouua Cerdoniſſa Crac. teſtatur filiũ ſuũ Bartholomęum in iuuenili ætate ſua per hebdom. 4. magna fuiſſe detẽtum infirmitate, à qua ſtatim poſt vota ſanatur. Factum 1502.

7 Teſtis 26. Anna vxor Fælicis Sutoris in platea ſutorũ in Quadrageſima 8. hebdomadas exiſtens infirma à deſperata infirmitate perfectis votis ad eadem ſubleuatur. Factum 1523.

8 Teſtis 31. Honeſta Heduígis Slodouoniczka, à graui infirmitate patrocinio Sancti liberatur. Factum Annò 1523.

9 Teſtis 37. Honeſta Margareta Szimonoua teſtatur filium ſuum 6. hebdomadibus infirmum à deſperata infirmitate fuiſſe liberatum.

10 Teſtis 38. Filius Martini Socha pellificis Cracouień. infirmitate poſt vota liberatur. Mater teſtis.

11 Teſtis 46. Honeſta Anna Martini Pograczarz, de Crac. vxor filium vix decem dierum valde infirmum, cum vota expleſſet ſanum recipit. Anno Domini M. D. XXIII.

12 Teſtis 54. Honeſta Fœlicia vxor Bartholomæi arcuficis in ſuburbio Cracouień. degens, affirmat puerum duorum annorum ab infirmitate quadam indicibili, in qua iam vno anno detinebatur iacuiſſe, quem poſtquam ad Sanctum tumulum deuouerat ſanum rehabuit. 1522.

13 Teſtis 59 Honeſta Anna Iauuorska pileatrix, vidua in platea Vviſleń. Cracouiæ filium 13. annorum à deſperata infirmitate poſt vota facta ſanum recipit. 1523.

14 Teſtis 60. Honeſta Zophia vxor legittima Ioannis Bialek muratoris in Clepardia per 6. hebdomadas in infirmitate graui detenta, poſt vota expleta ſanatur.

15 Teſtis

15 Teſtis 87. Nicolaus Krol Pangraczarz de Cracouia graui infirmitate depoſitus, poſt vota pro feſto S. Michaelis liberatur. Similiter & vxor eius Catherina viro pro ſe vouente. Factum Anno 1522.
16 Teſtis 89. Honeſta Dorothea Mezña Crac. affirmat filium ſuum Sebaſtianum ab infirmitate, poſt vota facta fuiſſe liberatum.
17 Teſtis 101. Honeſta Catherina Vvoitkouua Garczarka in infirmitate ad S. Dei recurrens ſanatur.
18 Teſtis 107. Honeſta Barbara Sadloniouua Crac. 269. hebdomadibus infirmata præcibus Sancti ſanatur. Factum Anno 1508.
19 Teſtis 111. Honeſta Anna prouidi Floriani aurificis Cracouieñ. vxor, & Scabini Caſtreñ. ſupremi in ſua infirmitate ab omnibus medicis deſtituta ad Sanctum recurrẽs ſanatur. Vir eius teſtis. Factum 1523.
Idem teſtis ſimilia deponit de Dño Ioanne Bonar.
20 Teſtis 112. Honeſta Catherina Koczielkouua Cracouieñ. affirmat filium ſuum à graui & deſperata infirmitate poſt vota facta, fuiſſe liberatum 1520.
21 Teſtis 114. Honeſta Anaſtaſia Staniſlai inſtitoris vxor de Poſnania per vnum annum graui infirmitate detenta & à medicis neglecta ad Sanctum Dei confugiens, ſanatur. Factum Anno 1520.
22 Teſtis 115. Filia Dorotheæ Pilauuina Cracouieñ. grauiter infirmata ad S. Hyacinthum deuota ſanatur.
23 Teſtis 116. Staniſlaus Znioſzek pellifex Crac. teſtatur quod filius ſuus Adam ter à graui mortali infirmitate liberatur. Pater teſtis, factum 1521. Mater verò eiuſdem teſtis vxor hoc idem conteſtatur. teſtis 119.
24 Teſtis 127. Elizabeth Crac. 100. annorum teſtatur neptim ſuam puellã & quandam Dñam Czeruuienska grauibus infirmitatibus laborañ. nõ habito humano præſidio ad virum Dei confugieñ. eſſe liberatas.

25 Teſtis 134. Honeſta Zophia Steczkouua Cracouieñ. teſtatur quod puer filius ſuus naturali quadam infirmitate oppreſſus poſt vota conualeſcit.
26 Teſtis 141. Honeſta Apolonia Hanuſzouua, ciuis Crac. teſtatur quod filia ſua Heduigis à deſperata infirmitate ad ſanitatem redit. Similiter & ipſa mater, poſt vota ægra ſanatur. Factum Anno 1519.
27 Teſtis 161. Eraſmus Altophus ciuis Crac. teſtatur, quod filius ſuus Ioannes circa feſtum S. Michaelis grauiſsima occupatus infirmitate ſubleuatur. 1519.
28 Teſtis 162. Michael Faber ciuis Cracouieñ. teſtatur, quod Gaſpar filius ſuus læthali infirmitate percuſſus, pro feſto Pentecoſtes ſanatur. 1523.
29 Teſtis 164. Ioannes Vvarchol teſtatur, quod filius ſuus Thomas maximè ægrotans, & Sancto ſe diligenter commendans ſanatur, factum 1520.
30 Teſtis 167. Honeſta Barbara Przeſmianouua, vxor Mathiæ piſtoris Crac. teſtatur quod filius ſuus ſeptennis, à graui infirmitate ſanatur.
31 Teſtis 176. Honeſta Vrſula de Crouuodrza teſtatur, quod filius ſuus à graui infirmitate poſt vota facta ſanatur.
32 Teſtis 178. Fœlicia Piſtrix teſtatur, quod filius ſuus grauiter infirmatus ſanatur.
33 Teſtis 180. Agnes Rakouuska, teſtatur quod filius ſuus à deſperata infirmitate liberatur.
34 Teſtis 181. Nicolaus Gelonek infirmus, omniũ medicorum ope deſtitutus ad S. ſe deuouens cito ſanatur.
35 Teſtis 183. Catherina Cranczouua teſtatur Ioannẽ Crancz virum ſuum ter à grauiſsima infirmitate votis expletis liberatum fuiſſe.
36 Teſtis 185. Bernardus Piſtor dictus Iabloniecz Cracouieñ. multo tempore grauiter infirmatus, poſt vota conualeſcit. Factum anno 1523.

37 Teſtis

37 Teſtis 188. Nicolaus Sutor Cracouień. teſtatur filiam ſuam Annam deſperata infirmitate laborantem, poſt vota facta ſuiſſe liberatam.

38 Teſtis 165. Margareta Staniſlauuouua à graui infirmitate conſurgit.

39 Teſtis 200. Maritus Margaretæ Grodziczka Vvilnę poſt vota ſanatur. 1523.

40 Teſtis 210. Laurentius Pannifex Cazimirień. à graui infirmitate liberatur.

41 Teſtis 212. Honeſta Barbara Sebaſtiani apotecarij Crac. vxor à graui infirmitate ſubleuatur. Quod etiam cum ipſa Martha monialis teſtatur.

42 Teſtis 213. Barbara de Bochnia dimidio anno grauiſsimum languorem habens voto facto ſanatur.

43 Teſtis 215. Honeſta Zophia de platea ſancti Floriani Crac. cum filia ſua infirma factis & expletis votis ſanatur.

44 Teſtis 214. Honeſta Margareta de Arena infirmata ſanatur.

45 Teſtis 216. Honeſta Barbara Sebaſtiani piſtoris Cracouień. vxor, cum filia ſua diuerſis infirmitatibus ſanatur.

46 Teſtis 218. Honeſta Heduigis Claboczouua grauiter infirmata ſanatur.

47 Teſtis 219. Dorothea puella ſeruilis apud Nicolaũ Gemski Proconſulem Crac. cum matre infirmata ſanatur. Factum anno 1517.

48 Teſtis 220. Honeſta Heduigis Iacobi de Rauua teſtatur quandam dominam Vvieleuuiczka grauiter infirmantem & vota S. Hyacintho offerentem eſſe ſanatam.

49 Teſtis 224. Honeſta Anna Ianouua de platea S. Stephani grauiter infirmata poſt vota facta ſanatur.

50 Teſtis 226. Honeſta Anna vxor Ioannis Saletrnik ſub caſtro manens bis grauiter infirmata, poſt vota ſanatur.

51 Teſtis 227. Puella Annæ vxoris Staniſlai Ziemianin Crac. à deſperata infirmitate liberatur.

52 Teſtis 229. Margareta de Cracouia infirma cito liberatur.

53 Teſtis 231. DorotheaStaniſlai Mondrij Baſtarij de Crac. vxor à grauiſsima infirmitate facta ſibi reuelatione vt voueret ad Sanctum ſanatur.

54 Teſtis 232. Matrona Dorothea Caraskouua, de Clepardia in platea Sancti Ioannis manens, teſtatur puerum ſuum grauiter infirmatum, & ad Sanctum deuotatum fuiſſe liberatum.

55 Teſtis 240. Matrona Catherina teſtatur, quod puer biennis infirmatus ſanatur.

56 Teſtis 242. Honeſta Dorothea Staniſlai Lictoris Crac. vxor teſtatur quod puella filia ſua grauiter infirmata poſt vota ſanatur.

57 Teſtis 249. Honeſta Heduigis Staniſlai Muratoris, ſub arce Cracouieñ. degeñ. vxor teſtatur virum ſuum ter grauiter infirmatum, poſt vota ſanum repertum eſſe.

58 Teſtis 252. Iacobus Cuſtos Cracouieñ. & vxor illius & filius grauiter infirmi poſt vota ſanantur.

59 Teſtis 259. Margareta de Stradomie duos filios, primum per vnum annum graui infirmitate detentum, alium grauiter in terram collapſum, & vulneratum ſine aliquibus medicamentis, poſt vota facta ſanos recipit.

60 Teſtis 260. Honeſta Fœlicia vxor pictoris Ioachim ciuis Cracouieñ. cum filio ſuo à graui infirmitate liberatur.

61 Teſtis 261. Nobilis Zophia Ruſzieczka teſtatur virum ſuum grauiter infirmantem poſt vota conualuiſſe.

62 Teſtis 262. Honeſta Barbara vxor Philippi Horologiatoris teſtatur virum ſuum grauiter infirmantem, poſt vota conualuiſſe.

63 Teſtis 263. *Zophia* inquilina apud Grziuuna ciuem Crac. grauiter infirmata ſanatur.

64 Teſtis 264. Honeſta Elizabeth de Cazimiria vxor Ioannis Barbitonſoris teſtatur filium ſuum à graui infirmitate fuiſſe liberatum.

65 Teſtis 266. Nobilis Catherina Stradomska à læthali infirmitate liberatur.

66 Teſtis 267. Honeſta Anna de platea Slacouieñ. grauiter infirmata ſanatur.

67 Teſtis 271. Abraam ciuis Cracouieñ. de platea S. Ioannis, cum vxore ſua grauibus infirmitatibus vexati, poſt vota ſanantur.

68 Teſtis 274. Honeſta Barbara Blaſij Scriſabri vxor de platea Caſtreñ. teſtatur quod filium ſuum grauiter infirmatum poſt vota ſanum recepit.

69 Teſtis 276. Honeſta Agnes de Biskupie grauiter infirmata ſanatur.

70 Teſtis 280. Honeſta Zophia hanuſouua ab infirmitate 4. annorum ſanatur.

71 Teſtis 285. Gregorius Murator à grauiſsima infirmitate liberatur.

72 Teſtis 297. Maritus Agnetis de Cerdonio vico grauiter infirmus ſanatur.

73 Teſtis 298. Filius Fœliciæ Slioſarka, infirmus ſanatur.

74 Teſtis 301. Ioannes Lieſzien in prędio Domini Kliſeuuski manens à quadam graui infirmitate, poſt vota ad S. facta liberatur.

75 Teſtis 306. Honeſta Zophia Valentini rotificis de Clepardia vxor tam in ſua, quam in mariti ſui graui infirmitate conſolationem habet.

76 Teſtis 307. Honeſta Heduigis Kurkouua de Clepardia grauiter infirmata apparente S. Hyacintho ſanatur.

77 Teſtis 309. Iacobus Scolaſticus Martini de Przaſznik

diœcæſis *Plocen.* clerici frater germanus ab infirmitate conſurgit.

78 Teſtis 312. Religioſa Anna Abbatiſſa monaſterij S. Auguſtini in Zuuierziniecz ſub arce Crac. ſiti diuerſis temporibus in ſuis infirmitatibus ad Sanctum confugiens liberatur.

79 Teſtis 314. Honeſta Catherina Petri Sculptoris Cracou. vxor, grauiſsimâ infirmitate preſſa ſanatur.

80 Teſtis 317. Zophia famula Adæ Notarij Caſtren. grauiter infirmata ſanatur votis ad Sanctum expletis.

81 Teſtis 319. Honeſta Catherina Andreæ Pellificis Crac. vxor, vna cum filio infirmo grauiter preſſa morbo, poſt vota ſanatur.

82 Teſtis 321. Catherina inquilina apud Dominam Bizdlenska in platea Viſlen. manens ſubita quadam infirmitate correpta ſanatur.

83 Teſtis 322. *Prouidus* Staniſlaus Sartor Cracouien. in menſe Maij grauiſsimè infirmatus ad vota recurrens ſanatur Factum 1523.

84 Teſtis 328. Gallicianus Mantuanus Cirurgus, & Barbitonſor Epiſcopi Poſnanien. in grauiſsima infirmitate conſtitutus, dum humano caret, diuino iuuatur auxilio & conualeſcit. Factum anno 1522.

85 Teſtis 345. Dorothea Dominæ Annæ Maſtalina famula ſeptem annis grauiſsima infirmitate detenta, à medicis derelicta apparente S. Hyacintho, ſana & valida conſurgit.

86 Teſtis 356. Stanislaus Vrbanck de Caſimiria Conſul teſtatur quod filius ſuus grauiter infirmatus poſt vota facta ſanatur.

87 Teſtis 357. Stanislaus Maſzno & Fælicia coniuges de Zakrzoúu cum iuramento depoſuerunt. Quod Stanislaus grauiſsima infirmitate depoſitus poſtea ad S. Hyacin-

thum

thum deuotatus ſubito ſanatur.

88 Teſtis 360. Stanislaus Vitreator Cracouień. vna cum puero ſuo grauiter infirmati ſanantur.

89 Teſtis 364. Laurentius Architector de Cazimiria & puer ipſius filius bis acriter infirmitati ad ſepulchrum S. Hyacinthi deuotati ſanantur.

90 Teſtis 370. Heduigis Franczbankouuna grauiter infirmata reuelatione habita, & deuotione ad S. ſanatur.

91 Teſtis 374. Anna de Cracouia grauiſsime infirmata apparente ſibi S. Hyacintho priſtinæ ſanitati reſtituitur.

92 Teſtis 376. Generoſa Domina Zophia Stongieuuska à longa, & incurabili infirmitate poſt vota facta ſanatur. Factum Anno 1508.

93 Teſtis 383. Anna puella filia Annæ viduæ ciuis Cracouień. graui, & deſperata infirmitate conquaſſata poſt vota conualeſcit. Conteſtantibus D. Simone Clerico diocæſis Vratislauień, & D. Ioanne clerico diocæſis Cracouień. Factum Anno 1523.

94 Teſtis 384. Puella matronæ Heduigis de platea S. Annæ Cracouień. graui infirmitate preſſa ſanatur.

95 Teſtis 387. Elizabeth vxor Michaelis piſtoris Crac. circa portam nouam degentis bina vice à grauiſsima infirmitate patrocinio S. Hyacinthi liberatur. Factũ anno. 1520.

96 Teſtis 388. Stanislaus introligator, & vxor Barbara & filius eorum à grauibus infirmitatibus diuerſo tamen tempore patrocinio S. Hyacinthi liberantur.

97 Teſtis 393. Filius Annæ de platea Slakouień. Cracou. apud Caliethnik inquilinę per longum tempus infirmatus ſanatur.

98 Teſtis 395. Puella filia Catherinæ in Cerdonia Crac. manentis grauiter infirmata poſt vota facta ſanatur.

99 Teſtis 401. Puella filia Annæ viduæ de Biskupie decẽ hebdomadibus tamquam lignum ſtupidum iacens deuota ad S. Hyacinthum cito conualeſcit.

100 Teſtis 402. Nobilis Andreas Cziganouuski à grauiſsima infirmitate intrinſeca facto voto conualeſcit.
101 Teſtis 403 Famatus Martinus Tubicinator Regiæ maieſtatis honeſtam Heduigim vxorem ſuam poſt vota facta & completa apparente ſibi S. Hyacintho, & de Canonizatione ſua admonente lætam, & ſanam recipit miraculo publicato. Factum Anno 1524. 29. Aprilis.

De infirmis grauiſsimo dolore capitis laborantibus, & meritis, ac interceſsione S. Hyacinthi liberatis. Cap. XIII.

1 TEſtis 54. Honeſta Fælicia vxor Bartholomæi Arcuficis intenſo dolore capitis preſſa per triduum votis expletis continuo ſanatur. 1521.
2 Teſtis 62. Honeſta Catherina Laurentij Cracouieñ. vxor vertiginem paſſa capitis doloremque poſt vota expleta perfectè ſanatur.
3 Teſtis 95. Matthias Szoldra Cracouieñ. à nimio dolore capitis inuaſus liberatur.
4 Teſtis 109. Zophia Hakouua vidua Cracouieñ. ab irremediabili dolore capitis ſanatur. Factum Anno 1523.
5 Teſtis 128. Dorothea puella de Lublin graui vertigine cerebri preſſa ſanatur.
6 Teſtis 137. Anna puella ſeruilis de Piotrkouu oriunda graui capitis oculorumque dolore apparente ſibi ſancti Hyacintho poſt vota ſanatur.
7 Teſtis 142. Catherina Paſternianka puella grauiſsimo dolore capitis ſanatur. Factum Anno 1522. Conteſtatur etiam huic facto mater ipſius Barbara Paſternakouua. teſtis. 143.
8 Teſtis. 149. Honeſta Barbara Remultouua pileatrix ciuis Cracouieñ. per duas hebdomadas grauiſsimo dolore capitis oppreſſa poſt vota ſanatur. Cui ſub iuramento conte-

conteſtatur maritus ſuus Nicolaus Remulh. 1523.
9 Teſtis.161. Honeſta Margareta vxor Eraſmi Altophi ciuis Cracouien. grauiſsimo dolore capitis preſſa in feſto conuerſionis ſancti Pauli poſt vota ſanatur. Factum Anno 1520.
10 Teſtis 167. Honeſta Barbara Przesmianouua Crac. ob dolorem capitis mente capta ſanatur.
11 Teſtis 168. Honeſta Barbara Vuoitkouua integro anno dolore capitis infirmata ſanatur.
12 Teſtis. 174. Ioannes Labuski de Pilzno ſartor à vertigine cerebri liberatur.
13 Teſtis 185. Bernardus piſtor dictus Iablonlecz ob nimium dolorem capitis in furorem verſus, & ab amicis ligatus, per vota cuiuſdam Dominæ Volanczkouuna pro ipſo facta, & ab inſania, & à morbo perfectè liberatur. 1520.
14 Teſtis 193. Honeſta Heduigis vxor Matthiæ magiſtri Cocorum Regiæ matris grauiſsimo dolore capitis detenta dum vota ſua offert beneficium ſentit. 1523.
15 Teſtis 220. Honeſta Heduigis Iacobi de Raua merca trix Crac. dolore capitis liberatur.
16 Teſtis 228. Honeſta Catherina Stanislai Clecha Bochnen. vxor præ dolore capitis nimium fluxum ſanguinis paſſa, qui à medicis ſiſti non potuit ſanatur.
17 251 Honeſta Margareta Strzelczouua Crac. à nimio dolore capitis liberatur.
18 Teſtis 277. Dorothea vxor Fælicis Naiberger aurifabri nimio dolore capitis preſſa liberatur. Conteſtatur ſub iuramento vir ſuus.
19 Teſtis 278. Honeſta Agnes de Cazimiria Lucæ filia dolore intenſo capitis liberatur. Factum Anno 1522.
20 Teſtis 296. Honeſta Elizabeth in platea S. Nicolai manens infirma capite ſanatur.
21 Teſtis 311. Ioannes Carpentarius per medium annum

ob

ob nimium dolorem capitis in amentiam verſus facto pro ſe voto ad virum Dei integrè ſanatur. Quod ipſe & Anna vxor eius, & filius Laurentius ſub iuramento teſtantes approbauerunt.

22 Teſtis 324. Religioſa Zuzanna Regulina tertiæ regulæ Ordinis S. Franciſci apoſtemate in naſo percuſſa poſt vota ſanatur.

23 Teſtis 325. Andreas Maslni ante portam ſancti Nicolai manens in menſe Aprili ob nimium dolorem capitis in amentiam verſus poſt vota ad virum Dei facta apparente ſibi Sancto Hyacintho perfecte ſanatur. 1524.

24 Teſtis 332. Honeſta Zophia Nicolai Czarnij vxor ob dolorem capitis per ſpatium ſex menſium ſanguinem e naribus fundens dum per medicos ſanari non poterat inuocato patrocinio Sancti liberatur.

25 Teſtis 348. Stanislaus aulicus Regis per quendam Scotum veneno propinato capitis inſaniam paſſus per vota ad B. facta S. ſibi apparente à prædicta inſania liberatur. Conteſtatur hoc factum Catherina Suuaczka de Caſimiria. Factum Anno. 1524.

26 Teſtis 365. Nicolaus piſtor Crac. fluxum ſanguinis è naribus multo tempore paſſus & ab hoc graui ægritudine laborans dum per medicos ſanari non poſset per Sanctum liberatur.

17 Teſtis 366. Stanislaus de Cleparz à graui dolore capitis ſanatur.

28 Teſtis 368. Religioſa virgo Barbara tertiæ regulæ ſancti Dominici magno dolore capitis prece ad Sanctum fuſa profecte ſanatur.

29 Teſtis 397. Margareta Nicolai Coci vxor freneſim, & capitis dolorem vehementem patiens poſt vota recuperatur. Factum 1521.

30 Teſtis 400. Honeſta Margareta Altophi inſtitoris Craco-

Cracouiñ. vxor bina vice dolorem capitis grauiſsimum ſentiens poſt vota ſanatur.

De ijs, qui grauiſsimo dolore dentium ſunt occupati, & per vota ad ſanctum facta ſanati ſunt.
Cap. XIV.

1 TEſtis.8. Honeſta Zuzanna Laurentij Cantrifuſoris vxor vehementi dolore dentium liberatur voto facto. Factum Anno 1521.
2 Teſtis 15. Stanislaus filius Matthiæ Czarnij pelificis ſanatur.
3 Teſtis 29. Honeſta Catherina Francoua vidua Crac. ab eodem dolore liberatur.
4 Teſtis 92. Honeſta Anna Golkouua naturali grauiq; dolore dentium liberatur. Factum Anno 1522.
5 Teſtis 99. Honeſta Barbara vxor Laurentij Sutoris Crac. ſimiliter 1519.
6 Teſtis 110. Honeſta Anna vxor Petri Porembski eodem dolore liberatur.
7 Teſtis 150. Honeſta Dorothea Niclouua vidua in platea Cedonum Crac. 1513.
8 Teſtis 162. Honeſta Anna vxor Michaelis Fabri ciuis Crac. ſimiliter. 1520.
9 Teſtis 172. Honeſta Magdalena Gierlachouuna puella Crac. ſimiliter. 1522.
10 Teſtis 176. Honeſta Vrſula vxor Iacobi de Krouuodrza eodem dolore liberatur.
11 Teſtis 177. Honeſta Zophia puella de Crac. dentium graui dolore liberatur.
12 Teſtis 201. Honeſta Heduigis coniunx Nicolai muratoris ſimiliter.
13 Teſtis 223. Honeſta Vrſula Lucæ pileatoris Cracou.

vxor

vxor in platea Visleń. manens vna cum filia ſua dolore dentium poſt vota ſanantur.

14 Teſtis 233. Honeſta Dorothea Thomanouua de platea S. Ioannis ſimiliter.

15 Teſtis 242. Honeſta Dorothea Stanislai Lictoris Cracouień. vxor ſimiliter.

16 Teſtis 289. Honeſta Agnes vxor Nakiel ſellatoris Crac. eodem dolore liberatur.

17 Teſtis 337. Honeſta Anna Stanislauuouua de Crac. ſimiliter.

18 Teſtis 341. Honeſta Catherina Valentina cognominata ſimiliter.

19 Teſtis 349. Honeſta Barbara Czeczotkouua de Ogrodniki apparente ſibi Sancto Hyacintho, & eam ad votum faciendum admonente à dolore prædicto ſanatur.

20 Teſtis 375. Generoſa Catherina Domini Ioannis Haller proconſulis Cracouień filia, &c.

De ijs, qui oculorum dolore, & cæcitatis caligine laborauerunt, & ad S. Hyacinthum confugien. à dolore leuati, & à cæcitate ſunt educti, & illuminati.

Cap. XV.

1 TEſtis 6. Religioſus frater Iacobus ſacerdos ordinis S. Dominici bis oculis captus per merita Sancti Hyacinthi ſanatur.

2 Teſtis 20. Honeſta Catherina virgo 50. annis virginitatem ſuam ducens oculorum dolore ſanguinem fundentium poſt vota ſanatur.

3 Teſtis 21. Matthias Porembski ciuis Crac. magno dolore oculorum liberatur. 1522.

4 Teſtis 22. Agnes filia brudzouuski ſerifabri ciuis Crac. cæca 10. hebdomadibus poſt vota illuminatur, & ipſe ſcri

faber

ſaber brudzouuski cæcus duobus annis poſt vota illuminatur. Factum Anno. 1493. & 1507.
5 Teſtis 57. Honeſta Catherina Hanuſouua dolore tacta oculorum ſanatur. 1521.
6 Teſtis 59. Honeſta Anna Iauorska pileatrix vidua Crac. oculorum dolore, & corroſionibus vexata per medium annum poſt emiſſa vota ſanatur.
7 Teſtis 64. Honeſta Barbara Stefanouuna Nozeuunicka Crac. capta oculis per vnum annum, & poſt oblationem votorum illuminatur.
8 Teſtis 71. Filius Catherinæ Chuuaſtouua de Proszouuicze duobus annis cæcus poſt vota completa illuminatur. Factum Anno 1511.
9 Teſtis 77. Honeſta Agnes Andreæ Gronoſtai Cracouień. &c. duobus annis grauem oculorum dolorem paſſa liberatur. Factum Anno 1520.
10 Teſtis 90. Prouidus Andreas Caldeator, & Anna vxor eius depoſuerunt, quod vterque longo, & graui oculorum dolore vexati redditis votis ad S ſepulchrum ſanantur. Factum Anno 1523.
11 Teſtis 99. Honeſta Barbara Laurentij Sutoris oculorum ſanguineum dolorem habens maximum per 4. Septimanas ſanatur. Factum Anno 1509.
12 Teſtis. 107 Honeſta Barbara Sadlonioua per 3. Septimanas beneficio oculorum ob infirmitatem factis votis ſanatur.
13 Teſtis 117. Ioannes Baryla ſutor Cracouienſis bis à graui dolore oculorum ſublauatur. Factum Anno 1521.
14 Teſtis 122. Honeſta Heduigis Kobylinska graui oculorum dolore preſſa, poſt vota ad ſanctum completa ſanatur, & factum D. Commiſſariis reuelat. Anno 1523.
15 Teſtis 125. Honeſta Heduigis Mathyſouua maximo ſanguineo dolore oculorum vexata poſt vota ſanatur.
16 Teſtis 138. Agnes puella Cracouień. priuata benefi-
cio

cio oculorum dimidio anno poſtquam vota compleuit beneficium recepit 1523.
17 Teſtis 162 Ioannes filius Michaelis Fabri Crac. 3. Decembris ferro oculum excæcatum habens, parentibus pro ſe voto offerentibus ſanatur. Anno 1520.
18 Teſtis 164. Zophia filia Ioannis Vuarchol Cracouień. grauiſsimo dolore oculorum oppreſſa, parentibus pro ſe Sanctum ſupplicantibus perfectè ſanatur. Anno. 1520.
19 Teſtis 182. Paulus de Krupniki figulus oculorum beneficio priuatus illuminatur.
20 Teſtis 184. Albertus Lotor veſtimentorum Regiæ Maieſtatis cum filio ſuo captus lumine oculorum poſt vota reddita vterque illorum ſanatur. Anno 1522.
21 Teſtes 202. Barbara filia Dorotheæ de Krupniki triennio laborans oculis per parentes ſuos ad S. Hyacinthum deuotata ſanatur.
22 Teſtis 234, Filia Agnetis Pauuloua gurbarka ſanguineo dolore oculi liberatur.
23 Teſtis 245. Quædam famula Dominæ Catherinæ de platea S. Ioannis ſanatur.
24 Teſtis 246. Filius Catherinæ Ienoczina oculorum à cane morſo recuperat, & teſtis mater ipſius oculis per 4. ſeptimanas capta ſanatur.
25 Teſtis 258. Filius Catherinæ vxoris Thomæ muratoris Crac. ſanatur.
26 Teſtis 262. Honeſta Barbara vxor Horologiatoris oculorum dolore preſſa ſanatur.
27 Teſtis 263 Zophia inquilina apud Grzijuunam ciuem Crac. apoſtema habente filio ſuo in oculo per vota facta ad Sanctum deppulit.
28 Teſtis 282. Filia Catherinæ vxoris Ioannis Menſatoris de Crac. medio anno vſu oculorum priuata poſt vota reddita ſanatur.

29 Te-

29 Teſtis 291. Catherina de Krupniki dolore oculorum infirmata ſanatur.

30 Teſtis 298. Fęlicia Slioſzarka de platea S. Nicolai poſt vota viſum recuperat.

31 Teſtis 301. Ioannes Lieſzien priuatus oculorum beneficio poſt vota ſanatur.

32 Teſtis 318. Anna Gruſczina dolore oculorum oppreſſa ſanatur.

33 Teſtis 325. Andreas Maſzlnij per 8. hebdomadas oculis priuatus poſtquam vota compleuit ad tumbam ſancti in menſe Septembri illuminatur 1520.

34 Teſtis 333. Simon murator Crac. magno dolore oculorum liberatur.

35 Teſtis 335. Honeſta Anna vidua Crac. puerum ſuum a dolore oculorum per vota liberauit.

36 Teſtis 343. Honeſta Helena Karuatouua Crac. in dextro oculo dolens ſanatur.

37 Teſtis 344. Puer honeſtæ Dorotheæ vxoris Nicolai Pierzchala Crac. mercatoris 8. hebdomadibus dolore oculorum preſsus poſt vota ſanatur. Factum Anno 1522.

38 Teſtis 359. Nobilis Georgius Legniczki maximo dolore oculorum vexatus poſt vota completa ſanatur.

39 407. Filia generoſi Domini Ioannis Pienyazek ex familia S. Hyacinthi Odrouuonz dicta ab oculorum dolore liberatur.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

40 Tabula 88. Nicolous de Ilza artium Baccalaureus ſummo dolore capitis, & oculorum liberatur facto pro ſe voto in menſe Octobri. Anno 1523.

De ijs, qui Gutturis, colli, linguæ, & oris doloribus preſſi per merita S. Hyacinthi ſunt ſanati. Cap. XVI.

1 TEſtis 10. Martha Thomaszouua ob neglectum votum, quod ad ſanctum promiſerat cæpit ore incuruari; ita quod omnino retortum habens grauem inde ſentiret dolorem, at vero poſt completum votum os perfectè ſanatur. Factum Anno 1523.

2 Teſtis 25. Apolonia Cracouień. ciuis à doloribus gutturis, manuum, & pedum, votis ad Sanctum factis, ſanatur.

3 Teſtis 40. Reuerendus D. Matthias de Cracouia clericus, & in Lyszagora parochialis Rector, Ex ulcere graui in gutture defixo: toto integro triēnio laborans cū nullo cederet remedio, ad S. Hyacinthum recurrens cum voto in menſe Aprili ſanatur. Factum Anno 1523.

4 Teſtis 41. Honeſta Agnes vxor Sartoris Grosz de Cracouia puerum medij anni habens, attulit qui gutturis dolore ſuffocabatur, & poſt vota parentum ad S. ſanatur. Factum Anno 1523.

5 Teſtis 50. honeſta Catherina magni Andreæ vxor ciuis Crac. ex magna infirmitate ſua vſum loquelæ perdiderat, quam confugiens ad S. Dei, citò recuperauit.

6 Teſtis 52. Nicolaus Riuolt pileator de platea Vuisleń. Crac. morbo ſquinātię vno atque eodem anno bis euadit patrocinio S. Hyacinthi ſibi aduocato 1523. mēſe Aprili.

7 Teſtis 74. Honeſta Anna Piothrouua de Stradomye morbum ſquinanticum paſſa ad Sanctum recurrens ſanatur. Factum Anno 1523.

8 Item etiam eadem oſſe piſcis ſuffocata in gutture inuocato S. Hyacinthi patrocinio liberatur pro feſto Inuentionis ſanctæ Crucis. Teſtatur tabula 54. Anno 1518.

9 Teſtis 97. Honeſta Petronilla Niedbalczina in ſua pueríli

puerili ætate ex infirmitate os retortum habens precibus parentum ad Sanctum porrectis redit ad ſuũ locũ ſana.
10 Teſtis 98. Honeſta Catherina Lorinczouua magno dolore gutturis oppreſſa ſacerdote legente pro ea ad ſepulchrum S. Miſſam votiuam ſtatim à prædicto dolore liberatur. *Factum* Anno 1523.
11 Teſtis 105. *P*aulus de Corczinin in dioceſi Plocen. ob grauem infirmitatem vſum loquelæ perdiderat, quam poſt vota facta, poſt Paſcha die & menſe certis recuperat. Anno 1523.
12 Teſtis 129. Vrſula Suuidrouua de Lobzouu à ſquinanantia liberatur. 1518.
13 Teſtis 139. Catherina de Lenczicza per decem hebdomadas grauiſsimo dolore gutturis preſſa poſt vota ſanatur. Anno 1519.
14 Teſtis 148. *B*laſius Vuydra de Radomye notarius Vicariatus Crac. nobilis, circa feſtum S. Michaelis in Villa opathkouuicze comedens aues quiſquillas, os quis in gutture eius ita fortiter hæſit, quod humano pręſidio extrahi non poterat, & cũ iam de vita deſperaretur ad S. Hyacinthũ per vota recurrẽs ſtatim ab oſſe liberatur. Anno 1523.
15 Teſtis 152. Magnificus Dominus Nicolaus de Pilcza Palatinus Sendomirien. cum ſemel coram matre ſua Zophia Palatina Sendomirien S. Dei blaſphemaret nocte eadem vſum loquelæ perdidit, tàm diu donec iterum prę matris votis apud Sanctum Dei hic blaſphemus expiaretur, & tunc ſtatim perfecte correctus loquebatur. Factum anno 1480.
16 Teſtis 166. Stanislaus filius honeſtæ Agnetis Gabrielouua Crac. oſſe piſcis ſuffocatus ad S. Hyacinthum matre recurente ſanatur. 1523.
17 Teſtis 171. Honeſta Magdalena Dampleszouua ſemel oſſe piſcis, ſecũdò verò fruſto pomi ob neglectum votum ſuffocata, ad Sanctum Dei recurrens liberatur.

18 Teſtis 201. Puer quatuor annorum filius Nicolai muratoris Cracouień. caſu digittarium alias Naparſtek deglutiuit, qui ei ita in gutture hæſit, vt nulla arte humana adiuuari poſſet, ita vt iam puer morti vicinus ore ſpumare inciperet, At matre ad Sanctum Dei virum recurrête ab illa graui ſuffocatione gutturis liberatur. Hoc miraculum conteſtatur F. Georgius Lector poſt prandium ſupra miraculo 19. Anno 1519.

19 Teſtis 261. Honeſta Zophia Ruſzieczka dolore gutturis liberatur.

20 Teſtis 295. Honeſta Catherina Benedictorum apud ſanctimoniales S. Andreæ manens Crac. oſſe ex carnibus in gutture ſuffocatur & poſt vota liberatur. Factum Anno. 1523.

21 Teſtis 313. Religioſa Vrſula Sanctimonialis D. Auguſtini Crac. caſu ex oſſe piſcis comedens ſuffocatur, & humanis deficientibus præſidiis ad diuina recurrens mediante Sancto liberatur.

22 Teſtis 314. Honeſta Catherina Petri ſculptoris de Cracouia cùm mater ſua ob infirmitatē vſum loquelæ amiſiſſet filia pro illa vouente eidem loquelam præſidio Sancti Dei recuperat.

23 Teſtis 338. Stanislaus vulodarz de Crouodrza apoſtema, & tumorem in gurture paſſus ſanatur.

24 Teſtis 372. Honeſta Anna Focaria apud Porembski Cracouien. per duas hebdomadas maximo dolore gutturis liberatur.

25 Teſtis 389. Puer filius Matſiæ muratoris ſub Caſtro Crac. magno dolore gutturis poſt vota liberatur.

26 Teſtis 399. Honeſta Anna vidua de Caſimiria tribus annis continuis dolorem, & morbum gutturis paſſa liberatur, Factum Anno 1523.

De

De ijs, qui Aurium ſurditate affecti per merita Sancti Hyacinthi beneficium auditus receperunt.
Cap. XVII.

1 TEſtis 95. Prouidus Mathias Scholdra Crac. ſutor paſſus ſurditatem 4. menſibus poſt vota facta ſanatur. Factum Anno 1523.
2 Teſtis 135. Honeſta Agnes Vualkouua de Crupniki vermem quendam ſiniſtra aure percipiens tribus diebus vexabatur, at poſt vota facta vermis expellitur.

De ijs, qui pectoris, cordis, ventriculi, & interiorum doloribus pleni erant per vota ad Sanctum Hyacinthum facta ſunt ſanati.
Cap. XVIII.

1 TEſtis 8. Honeſta Anna Cantrifuſoris vxor Crac. puer ſui grauiſsimas corroſiones in ventriculo habentis, poſt vota pro eo præſtita ſanatione lætatur. Factū Anno 1521.
2 Teſtis 11. Martinus filius 12. Annorum Alberti Dronzek de ſuburbio Crac. pro feſto Paſchæ à fluxu ventris, & à graui infirmitate curatur. 1523.
3 Teſtis 12. Honeſta Catherina Collegiatka de Cracouia inquilina apud domos conuentus S. Dominici in menſe Aprili pectoris, & gutturis ab inſanabili dolore leuatur. Factum Anno 1523.
4 Teſtis 17. Vxor prouidi Mathiæ ſzyrmierz Sutoris Cracouien. triennio à grauibus punctionibus cordis cum magno dolore per Sancti patrocinium ſubleuatur. Factum Anno 1520.
5 Teſtis 24. Agnes Suuidrouua de Lobzouuo à dolore cordis ſanatur.

6 Teſtis 77. Honeſta Agnes vxor Andreę Gronoſtai per 12. annos magnam pectoris infirmitatem paſſa ſanatur. Hoc idem conteſtatur teſtis 169.

7 Teſtis 80. Ioannes Pudelko tuſsi pectoris mortali preſſus propterquam iam loqui non poterat per Magdalenam vxorem ſuam deuotatus ſanatur. 1520.

8 Teſtis 91. Laurentius 7. annorũ filius Prantoris, & ipſe Petrus pater ſuus graui interiorũ dolore vexati liberatur.

9 Teſtis 100. Honeſta Catherina Procopouua Garnczarka dolorem interiorum per 20. annos paſſa ſanatur. Anno 1522.

10 Teſtis 106. Honeſta Regina Naymanouua Crac. 7. annis morbo cordiaco vexata poſt vota facta liberatur.

11 Teſtis 129. Honeſta Vrſula Suuidrouua a graui intrinſeca inteſtinorum vexatione apparente ſibi S. Hyacintho in viſu, & ipſam ſanante liberatur, 1518.

12 Teſtis 130. Elizabet vxor Alberti pellificis Cracou. morbo mammillæ grauiſsimo poſt partum Ioannis filij ſui occupata poſt vota reddita ſanatur. Factum Anno. 1500.

13 Teſtis 131. Elizabet filia Annæ Schabczina tribus annis infirmitate tuſsis vexata ſanatur. Anna mater teſtis.

14 Teſtis 147. Nobilis Iacobus Colatouuski diœceſis Poſnanien. & Notarius officinæ Vicariatus Crac. ab irremediabili diſſenteria poſt vota, liberatur. Factum Anno. 1523.

15 Teſtis 159. Honeſta Anna Generoſæ Dominæ Catherinæ Koſczieleczka, teſaurariæ Regni Poloniæ filia à graui apoſtemmate in pectore in ſiniſtra mammilla poſt vota ſanatur. Factum Anno 1519.

16 Teſtis 198. Laurentius Vuauurzynek de Clepardia à cordiaca paſsione meritis, & interceſsione S. liberatur. Anno 1520.

17 Teſtis 203. filius Nobilis Hieronymi Braczieiouuski

ciuis

ciuis Cracouień. ab Apoſtemate ſub alis habito ſanatur.
18 Teſtis 204. Matthias Krupnik à dolore dorſi liberatur.
19 Teſtis 230. Margareta Nogauuczina vxor Sartoris Cracouień. in platea Visleń. vſum linguæ deperditum reaccipit. Factum Anno 1503.
20 Teſtis *247*. Catherina vxor Hanus muratoris Crac. loquelam, quam amiſerat votis perfectis reſumit.
21 Teſtis *277*. Dorothea Naibergerouua ciuis Crac. in mammilla apoſtema habens, cùm vota reddidiſſet ſanatur.
22 Teſtis *283*. Heduigis Bernardi piſtoris Crac. vxor grauiſsimas corroſiones ventris habens ſanatur.
23 Teſtis *290*. Matthias Lupus Crac. ſellator à graui tuſsi liberatur. apparente ſibi in viſu S. Hyacintho.
24 Teſtis 304. Ioannes *B*aszynski de platea Sancti Ioannis Cracouień corroſiones in medullis oſsium habens ſanatur.
25 Tdſtis 310. Catherina Iurkouua de Cazimirz dolore pectoris ſanatur.
26 Teſtis *336*. Zophia mulier de Crac. magno dolore inteſtinorum, & oſsium diuexata poſt vota ad ſanctum facta ſubleuatur.
27 Teſtis 367. Anaſtaſia virgo monialis de tertia regula S. Dominici tribus annis dolorem cordis, & cordiacam paſſa ſanatur. Anno 1520.
28 Teſtis *390*. Ioannes Byelski librorum ligator Crac. morbum paſſus intrinſecum miraculosè ſanatur.
29 Teſtis *392*. Ioannes Lyeszianin ciuis Cracouienſis aſperrimam interiorum corroſionem patiens, poſt vota ſanatur.

Ex tabulis ad tumbam ſancti appenſis.

30 Tabula 13. Vxor pictoris Sebaldi ciuis Crac. dolore

pectoris grauiſsimo preſſa ad Sanctum recurrens liberatur Anno 1521.

31 Tabula 14. Famata Domina Martha de platea Sancti ſpiritus ciuis Cracouień. per quinque annos dorſo vehementer cruciata patrocinio S.Hyacinthi ſanatur perfectè Anno Domini 1521.

32 Tabula 37. Puella Dominæ olim coniugis Andreæ Pilauua tuſsi grauiſsima oppreſſa voto facto liberatur. Anno 1520.

33 Tabula 42. Generoſa Domina Koſczieleczka vxor Domini Andreæ Koſczieleſczki Viceteſaurarij Regni cordiaca paſsione, toxico, & capitis vertigine oppreſſa per vota ad Sanctum facta ſanatur. Anno 1521.

34 Tabula 43. Generoſa domina Regina Saphranczouua exiſtens in ſua teneriore ætate fætido, & oculis humanis incōſpectabili tumore, & apoſtemate percuſſa cum ad Sancti auxilium ſe omnino conuertiſset turpe apoſtema ceſſit. Anno 1520.

35 Tabula 44. Domina Pilauuina pectoris ſimul & gutturis vlcus habens peſsimum, inuocato ſancti patrocinio ſanatur. Anno 1521.

36 Tabula 95. Michael Kyenski à maximo dolore cordis, & infirmitate, Sancti Hyacinthi fultus adiuuamine ſanatur. Anno 1524.

De ijs, qui Pedum, & manuum languoribus per merita Sancti Hyacinthi ſunt ſanati.

Cap. XIX.

1 TEſtis 7. Nicolaus Noſzek corroſionem pedum, 20. annis paſſus poſt vota ad Sanctum facta ſanatur.

2 Teſtis 8. Puer duorum annorum vlceribus, & morbo graui contractus in pedibus oblato illo per vota ſanatur. Factum Anno 1521.

3 Teſtis 10. Filius Marthæ Thomaſzouua ex vulnere acriter læſus & læſuram cum putrefactione oſsium, vigin ti annis paſſus, dum humanis deſtituitur auxilijs diuinis adiuuatur.

4 Teſtis 14. Nicolaus Carpentarius grauiter in pede læ ſus cum per medium annum decumberet poſt vota facta ſa natur. Anno *1522.*

5 Teſtis *16.* Honeſta Catherina de Lublin, magno vulnere pedis ſanguinem continuè fluentis, poſt vota ſanatur.

6 Teſtis 21. Mathias Porembski ciuis Crac. à corroſione oſsium in genubus cum dolore maximo poſt vota facta liberatur. Anno *1523.*

7 Teſtis *24.* Honeſta Agnes Suuidrouua de Lobzouu, per tres annos magnum dolorem pedum patiens ſanatur. Anno *1520.*

8 Teſtis 33. Bernardus Carpentarius ciuis Cracouieñ. ante feſtum S. Michaelis quinque hebdomadibus grauiſſimo, & irremediabili dolore pedum affectus, poſt vota completa ſanatur.

9 Teſtis *34.* Martha de Lublino, ex graui caſu fractam manum à medicis irremediabilem, factis votis recuperat. Anno 1520.

10. Teſtis *45.* Mathias calligator ciuis Crac. ambulandi vſum ex repentino morbo amiſerat, poſtquam ad Sancti tumbam per vxorem ſuam Annam teſtem voto præſentatur, ſanatur. Anno *1523.*

11 Teſtis *47.* Honeſta Heduigis vidua Crac. à ſex menſibus maximo dolore pedum detenta, poſt vota ſanatur. Anno *1523.*

12 Teſtis *51.* Honeſta Salomoee familiaris apud Iglarka in platea Iudaica degens 4. hebdomadarum tumorem pedum paſſa ſanatur.

13 Teſtis *53.* Margareta Clepardieñ. vxor Mathiæ

Cot hlarz

Cothlarz à morbo pedis liberatur. Anno 1521.
14 Teſtis 59. Puer 13. annorum magno dolore pedis liberatur.
15 Teſtis 70. Honeſta Barbara vxor Alberti Sellatoris Crac. candenti ferro læſa inflaturam vnius anni pedis paſſa, nec medicorum auxilio ſanata ad Sanctum recurrit. Factum Anno 1516.
Hoc idem conteſtatur. Teſtis 168.
16 Teſtis 73. Ioannes Pochilius ciuis Cracouień. ante feſtum S. Michaelis in ſiniſtro pede acriter læſus, poſt vota ſanatur. Anno 1522.
17 Teſtis 78. Honeſta Catherina Bilenska in platea Caſtreń. Crac. dolorem magnum, & incurabilem paſſa expletis votis ſanatur. Anno 1520.
18 Teſtis 79. Religioſa ſoror Martha tertij habitus S. Dominici ante carniſpriuium fractum pedem, & à medicis incurabilem habens, apparente ſibi Sancto Hyacintho à dolore liberatur. Factum Anno 1520.
19 Teſtis 81. Elizabeth Rimarka Andrichouua à podagra curatur. 1503.
20 Teſtis 87. Nicolaus Krol ab inflatura pedis cum accenſione ſanatur. Factum Anno 1523.
21 Teſtis 88. Ioannes Czech gener Dlugoſzij ciuis Cracouień. bina vice à magna inflatura pedis ſubleuatur. Anno 1520.
Hoc idem conteſtatur Tabula 15.
22 Teſtis 115. Dorothea Pilauuina fracturam oſsium pedis paſſa ſanatur.
23 Teſtis 117. Ioannes Barijla fracturam oſsium in cruribus paſſus ſanatur.
24 Teſtis 124. Mathias KrzeuusKi laicus Crac. dolore dextri pedis liberatur.
25 Teſtis 132. Catherina VvoitKouua fracturam crurium vno & medio anno paſſa, nec à medicis adiuta facto

voto

voto ſanatur. Factũ An. 1522. Hoc idẽ cõteſtari tab. 71.
26 Teſtis 133. Zophia puella de Crac. graui dolore pedis dextri liberatur. Factum anno 1522.
27 Teſtis 172. Catherina Vvrzeſzikouua vidua, ſiniſtro pede vehementer & diu laborans greſſuq; priuata póſt vota conſurgit ſana. Anno 1519.
28 Teſtis 194. Barbara Czieſlina Crac. tumore pedum ſanatur.
29 Teſtis 207. Iacobus Cracouień. dolore ſiniſtri pedis affectus ſanatur.
30 Teſtis 221. Dorothea Vvroblouua Crac. pede grauiter læſa ſanatur.
31 Taſtis 222. Margareta pileatrix de platea Vviſleń. dolore pedum liberatur.
32 Teſtis 231. Filius Staniſlai Mõdrij à vulnere pedis inſanabili liberatur.
33 Teſtis 232. Dorothea Karaskouua ex gradibus cadens pedibus colliſa ſanatur.
34 Teſtis 233. Dorothea Tomanouua graui dolore pedum onerata liberatur.
35 Teſtis 239. Zophia vxor Gregorij Fabri pedum dolorem quinquennio paſſa ſanatur.
36 Teſtis 250. Nobilis Iacobus Przemenczki Crac. in platea Viſleń. manens, manum abſciſam ex toto & recupe ratam cum digitis oſtendit Commiſſarijs pręſentibus in rei euidens teſtimonium. factum anno 1522.
37 Teſtis 265. Petrus ſartor de Caſimiria, manu dextra grauiter vulneratus, & à medicis vulnerarijs deſtitutus, poſt vota ſanatur.
38 Teſtis 266. Filia Catherinę de Stradomię è ſublimi cadens colliſa, & cõfracta pedibus, poſt vota emiſſa ſanatur.
39 Teſtis 268. Catherina ante portam Suuieczka dictam manens, pedem morbo corruptum deprecata Sanctũ, recuperat ſanum.

40 Teſtis 274. Staniſlaus Bachmat graui pedum dolore detentus adhuc iuuenis ad S. Hyacinthum recurrens ſanatur. Anno 1490.

41 Teſtis 282. Catherina Ioannis Menſatoris vxor Cracouień. per duos annos pedum greſſu priuata, poſt vota ſoſpes euadit.

42 Teſtis 297. Agnes de platea Cerdonum 4. annis pedibus infirmata ſanatur.

43 Teſtis 307. Heduigis Curkouua Clepardień. pedem inflatum habens liberatur. Factum anno 1520.

44 Teſtis 318. Anna Gruſczina ex ſuburbio Crac. ferreo clauo pedem perforatum habens, poſt diuina auxilia ſana exiſtit.

45 Teſtis 321. Catherina inquilina apud Bidlenska à dolore manus ſanatur.

46 Teſtis 327, Ioannes Cerdo de Scobiro, dolore pedum ſubleuatur.

47 Teſtis 326. Simon Rotifex Clepardień. pedem inflatum habens ſanatur.

48 Teſtis 349. Barbara Czeczotkouua de Ogrodiniki, pede putrido ſanatur.

Conteſtatur hoc tabula 53. Anno 1522.

49 Teſtis 350. Chriſtophorus Pictor tetrum vlcus in pede habens ſanatur.

50 Teſtis 368. Religioſa virgo Barbara tertij habitus S. Dominici dolorem manus dextræ & tumorē habens ſanatur.

51 Teſtis 379. Zophia de Caſimirię dolore pedum, & dorſi liberatur.

52 Teſtis 394. Catherina de platea Slacouień. in ſiniſtro in pede vlceroſo ſanatur.

53 Teſtis 396. Puella filia Catherinæ Stradomień. à pedum dolore liberatur.

54 Teſtis 406, D. Martinus Belza Doctor decretorum

auditor

auditor cauſarum officialis Cracouień. læſus pede pōſt vota ſanatur.

55 Teſtis 407. Filia Ioannis Pienyonżek pedum læſa doloribus ſanatur.

56 Teſtis 409. Adam Mniſzouuski Domini Haliczki Marchionis curiæ regalis Notarius publicus, habens inflaturam pedis tam magnam, ſicut eiuſdem corpus, nec potens per medicos ſanari ad Sancti Hyacinthi patrocinium recurrens ſubleuatur.

Ex Tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

57 Tabula 8. Matrona quædam dolore pedis ſiniſtri intolerabili liberatur. 1520.

58 Tabula 20. Ioannes in Suburbio Crac. graui vlcere in pede per biennium vexatus ad vota Sancti recurrens ſanatur. Anno 1521.

59 Tabula 22. Zophia de platea Columbina dolore manuum, ac pedum vexata recurrens ad S. auxilium adiuuatur. Anno 1522.

60 Tabula 51. Puer cuiuſdam Nobilis dominæ morbum latentem in manu habens oblatus ad Sancti ſepulchrum liberatur. Anno 1522.

61 Tabula 64. Adoleſcens quidam dextra manu morbo corrupta per triennium diuexatus, relinquens humana, diuina ſenſit præſidia. Anno 1520.

62 Tabula 66. Nobilis Heduigis de Rzeplin virgo clauda ſanatur. 1522.

63 Tabula 68. Iuuenis quidam Crac. maximo dolore pedis oppreſſus ſanatur. 1522.

64 Tabula 69. Mulier quædam à cane læſa in pedis parte, quæ ſurra dicitur, ita vt etiam muſculi deflueren t, ſanatur. Anno 1522.

65 Tabula 73. Iuuenis quidam dolore pedis, per dimidium annum diuexatus ſanatur. Anno 1522.

66 Ta-

66 Tabula 84. Iuuenis quidam longo tempore pedum dolore detentus ſubleuatur. Anno 1523.
67 Tabula 89. Ioannes filius Dominæ Annæ Maſtalinę pedes retortos habens, quibus ambulare non valens per 9. annos ſanatur.
68 Tabula 91. Soror Zuzanna de pænitentia S. Dominici tertij habitus integro anno pedis dolore afflicta, poſt vota ſanatur.
69 Tabula 94. Generoſus Nicolaus Landskorunski de Brzezie Burgrabius Caſtri' Cracouień. periculoſo apoſtemate pedis, poſt multa medicamina nihil iuuātia ad Sāctū Hyacinthum cum votis confugiens, diuina ope ſanatur: Factum Anno 1516. 13. Septembris.

De ijs, qui febribus diuexati patrocinio Sancti Hyacinthi ſunt ſanati. Cap. X X.

1 TEſtis 32. Anna filia Agnetis Czieſlina Crac. à ſubita infirmitate, & à febri conualeſcit poſt vota reddita. Anno 1520.
2 Teſtis 72. Iacobus Vvodziczka de Lonkouuicze, faber acutiſsima febre laborans porrectis ad Sanctum votis liberatur. Anno 1520.
3 Teſtis 82. Catherina puella de Zabno filia Ioannis Puſdro febricitans ad extrema deducta apparente Sancto ſibi ſanatur. 1521.
4 Teſtis 89. Dorothea Mezna Crac. Annam ancillam ſeruilem patiētem febrim & 15. hebdomadas per vota rehabet ſanam. Anno 1520.
5 Teſtis 93. Vrſula relictaPetri Szeliong Conſulis Caſimirień. 3. hebdomadibus acutiſsimis febribus diuexatā conſurgit. Catherina Religioſa tertiæ regulæ S. Franciſci de obſeruantia, pro ipſa vouente. Anno 1523. Feria 3. Paſchæ.

6 Teſtis

6 Teſtis 104. Nicolaus Miklas à terribili, & inſanabili paroxiſmo oppreſſus, & poſt vota ſtatim liberatus. Anno 1522.

7 Teſtis 120. Catherina Praſzolka Crac. ſeptennio febricitans ſanatur.

8 Teſtis 121. Catherina Iaxina menſatrix Crac. duobus annis grauiſsimis paroxiſmis vexata, poſt vota ſtatim conualeſcit.

9 Teſtis 126. Elizabeth Szliotkouua tribus annis paroxiſmo laborans, & vertigine fuſis ad Sanctum votis liberatur.

10 Teſtis 163. Elizabeth de Clepardia vidua, cum filio ſuo Valentino illa per annum cum dimidio, & ille per 7. hebdomadas paſsi liberantur.

11 Teſtis 184. Albertus Lotor veſtium regalium paroxiſmum totius anni paſſus ſanatur.

12 Teſtis 186. Heduigis Thomkouua graui paroxiſmo laborans ſanatur.

13 Teſtis 202. Puer filius Barbaræ de Crupniki laborãs paroxiſmo ſanatur.

14 Teſtis 232. Petrus Creſa centurio acutiſsima febre vexatus ſanatur.

15 Teſtis 274. Barbara Blaſij fabri de platea Caſtreñ. Cracouieñ. acutiſsima febri, & alia vice morbo lethali ſubleuatur.

16 Teſtis 334. Puella filia Petri ciuis Cracouieñ. ſeptennio febricitans ſanatur.

17 Teſtis 352. Filia Barbaræ Caſprouua paroxiſmo graui laborans liberatur. Factum anno 1523.

18 Teſtis 358. Iacobus Foſſarius de Cleparz bina vice à febribus liberatur.

19 Teſtis 362. Szliodek ciuis Cracouieñ. vouente pro ſe vxore à febribus liberatur.

20 Teſtis 391. Ioannes Kokoſka Ludmar de Crac. cum

ipſe,

ipſe, & vxor eius, & liberi eius grauiſsima & acuta febri quaſſarentur, poſtquam votiua miſſa promiſſa celebrata fuit, ſanitati ſunt reſtituti.

21 Teſtis 393. Anna de platea Slacouieñ. per medium annum acutiſsima febri & mortali diuexata poſt vota ſanatur.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

22 Tabula 67. Staniſlaus de Curouu grauiſsimè febricitans deuotatus àd Sanctum feria ſexta poſt feſtum S. Gregorij conualeſcit. Anno 1523.

De ijs, qui à colica paſsione per merita S. Hyacinthi ſunt liberati. Cap. XXI.

1 Teſtis 28. Barbara vxor Nicolai Nadarzinski apotecarij Cracouiæ.

2 Teſtis 78. Andreas Bilenſzki in platea Caſtreñ. Cracouiæ manens.

3 Teſtis 83. Catherina Kinarouua Crac. per vnum annum infirmitate colica preſſa cum ab omnibus medicis deſtitueretur matre ſua Elizabeth pro ipſa vouente ſanatur, in menſe Auguſto, Anno 1521.

4 Teſtis 117. Ioannes Barila ſutor Crac. ab hoc morbo apparente Sancto liberatur. Anno 1523.

5 Teſtis 211. Nicolaus Cretek ſutor Crac. per longum tempus cruciatus ſanatur.

6 Teſtis 293. Zophia de Stradomie lotrix veſtium regalium ſeptem annis paſſa infirmitatem colicam inuocato Sancto liberatur.

7 Teſtis 357. Staniſlaus puer Staniſlai Maſzno poſt vota liberatur.

Ex

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

8 Tabula 31. Dominus Adam Zdouuski tribunus Sanoceń. Cracouiæ oppreſſus colica paſsione ad Sanctum confugiens liberatur. Anno 1519.

De ijs, qui à morbo epileptico, ſiue caduco per merita S. Hyacinthi ſunt liberati. Cap. XX.

1 Teſtis 18. Anna filia Nicolai Carpentarij eodem morbo per decem horas quaſſata Anna matre pro ſe vouente liberatur. Anno 1515.

2 Teſtis 109. Filius Annæ de Skarmirz à caduco morbo toto anno paſſus per vota liberatur. 1523.

3 Teſtis 191. Hieronymus filius Elizabethæ de Leuartouu ſanatur.

4 Teſtis 254. Filia Bartholomæi pellificis morbum eundem paſſa ſanatur.

5 Teſtis 286. Filius Agnetis Bernardka de platea S. Nicolai Crac.

6 Teſtis 303. Filius annorum 4. Laurentij portulani de Clepardia.

7 Teſtis 320. Puer annorum ſex Heduigis Nicolai ſartoris de Biskupyc,

8 Teſtis 326. Puer Helenę Ioannis fabri ferrarij vxoris Cracouień.

9 Teſtis 352. Puer annorum 4. filius Barbaræ Caſprouua Clepardień.

10 Teſtis 386. Anna Bogoſzouua de platea S. Spiritus 5. annis paſſa hunc morbum per gratiam Dei & patrocinium Sancti liberatur.

11 Teſtis 391. Calixtus puer filius Heduigis de

O Bisku-

Biskupie Bartholomæi ſartoris vxoris morbum epilepticum paſſus poſt vota liberatur.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

12 Tabula 27. *P*uer quidam duorum annorum eodem morbo correptus vouentibus pro ipſo parentibus ſuis ſanatur Anno 1522.
13 Tabula 50. Puer cuiuſdam dominæ nobilis eodem morbo laborans apparente S. Hyacintho matri ſuæ perfectè ſanatur. Anno *1*522.
14 Tabula *6*1. Alius puer vexatus grauiter morbo epileptico ſanatur.

De ijs qui à morbo Gallico per merita S. Hyacinthi ſunt liberati. Cap. XXIII.

1 TEſtis 37. Margareta Szimonouua inſtitrix, de Cracouia, per *6*. annos continuos paſſa morbum gallicum, ita quod videbatur facies putreſieri poſt emiſſum & factum votum ſanatur perfectè. Teſtis eſt maritus eius, cum ipſa ſub iuramento teſtificans. *T*abula 77. Anno *1*521.
2 Teſtis 66. Nobilis Ioannes Dobroſtainski à morbo eodem ſanatur, 1520.
3 *T*eſtis 68. Mathias Krotki Aurifex in menſe Septembri infirmitate quadam, & morbo Gallico diuexatus, apparente ſibi Sancto Hyacintho, ab hac lue liberatur. Et mater ſua cum eodem hoc ſub iuramento confirmauit coram Commiſſarijs. Teſtis 64. Anno 1521.
4 *T*eſtis 68. Nicolaus filius Annæ de Andrzelouu morbo gallico, per duos annos vexatus ſanatur voto ad Sanctum completo.

5 Teſtis

5 Teſtis 72. Iaçobus Vvodziczka à morbo gallico in ginguine ſanatur. Anno 1521.

6 Teſtis 85. Nobilis D. Meczinski in Caſtro Dobczicze, morbo gallico & purulentis puſtulis infectus inuocato S. Hyacintho, & ſibi in ſomnis apparente ab hac lue ſtatim ſanatur. Anno 1515.

7 Teſtis 96. Staniſlaus de Roſuadouu nobilis Diœceſis Cracouień. morbo gallico per totam Quadrageſimam diuexatus ſanatur. Anno 1522.

8 Teſtis 103. Catherina Noskouua morbo gallico gutture irremediabiliter obſidente &c. patrocinio Sancti inuocato ſanatur. Anno 1521.

9 Teſtis 119. Agnes Znioskouua morbum gallicum irremediabilem paſſa ſanatur. Anno 1518.

10 Teſtis 121. Catherina laxina morbo eodem diuexata poſt vota ſanatur. Anno 1522.

11 Teſtis 127. Catherina Barſczikouua, de qua & tabula teſtatur 65. Anno 1521.

12 Teſtis 146. Staniſlaus de Grodzisko à morbo gallico inſanabili ſanatur. Anno 1520.

13 Teſtis 156. Nobilis Ioannes Zebridouuski eodẽ morbo liberatur. 1522.

14 Teſtis 197. Barbara Koskouua per multos annos vexata ſanatur. 1520.

15 Teſtis 238. Anna vxor Ioannis ſartoris de platea S. Floriani ſimiliter.

16 Teſtis 209. Vrſula Piotrkouua de Caſimiria eodem morbo infecta ſanatur.

17 Teſtis 247. Catherina Murarka hanuſouua, morbo eodem ſic infecta vt etiam vix facies hominis videretur, quæ poſtea votis expletis ſanatur & vulnera obducta corã Reuerendis Commiſſarijs à Sede Apoſtolica oſtendit.

18 Teſtis 255. Dorothea de Szamotuli, quæ 16. annis eundem morbum paſſa ſanatur.

19 Teſtis 275. Margareta in Hoſpitali S. Valentini ab eodem morbo ſanatur. Anno 1520.

20 Teſtis 298. Fœlicia Slioſarka de platea S. Nicolai, ab eodem morbo liberatur.

21 Teſtis 305. Anna puella ſeruilis apud Srodmiſtrz manens ſimiliter.

22 Teſtis 308. Dorothea Mazurkouua de Cleparz 16. annis eundem morbum paſſa ſanatur.

23 Teſtis 339. Nobilis Nicolaus Buchcziczki de Stradomie cum filio ſuo maſculo vnius anni, graui morbo gallico oppreſsi laborabant & ſanati ſunt.

24 Teſtis 353. Nobilis Balthazar Vvirzbouuski de terra Syradień, certo tempore corroſionem inteſtinorum ex morbo gallico habens ſanatur. 1519.

25 Teſtis 378. Ioſeph de Caſimiria piſcator eadem lue perfectè ſanatur. Anno 1520.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

26 Tabula 25. Generoſus D. Nicolaus Piaſzeczki de Podolie terra, morbo gallico vehementer excruciatus patrocinio Sancti ſanatur. Anno 1522.

27 Tabula 48. Generoſi Domini Ioannes & Staniſlaus Piaſzeczczy morbo gallico admodum grauati Dei & Sancto opitulamine liberantur. Anno 1522.

28 Tabula 56. Virgo Deo dicata morbo gallico oppreſſa ſanatur.

29 Tabula 58. Quædam domina Agnes Petri menſatoris vxor cum filia ſua gallico morbo vexata, & ad Sancti patrocinium confugiens perfectè ſanatur. Teſte 248.

De

De ijs, qui paralitici & membris ſunt diſſoluti per merita ſancti Hyacinthi ad priſtinam ſanitatem ſunt reſtituti. Cap. XXIV.

1 TEſtis 56. Staniſlaus SulouusKi famulus generoſæ dominæ Annæ PyenionsKoua Capitaneæ Scaleñ. propter vulnus acceptum in capite tactus erat in manu & lingua qui à prædicta Domina ad Eccleſiam Dei adductus & miſſam apud tumbam S. audiens vtroque morbo priuatur, & loquelæ & manuum vſum & beneficium recepit. Huius teſtes Domina teſtis, famulus iſte, Commiſſarij, & procurator Regiæ Maieſtatis.

2 Teſtis 235. Barbara IurKouua CrupniczKa Crac. tacta paraliſi pedis manuſque & ab omnibus deſtituta ad S. confugit & ſanatur.

3 Teſtis 300. Staniſlaus de Crupniki ex alto ædificio cadens in terram tactus paraliſi corporis totius facto voto ſanatur.

De ijs, qui Hydropici ad priſtinam ſanitatem, per merita ſancti Hyacinthi ſunt reducti. Cap. XXV.

1 TEſtis 26. Honeſta Anna vxor Fęlicis Sutoris Crac. Hydropica ſanatur. 1523.

2 Teſtis 31. Honeſta Heduigis vxor Martini Szlodouunik Crac. in menſe Aprili vna cum pueris ſuis Hydropiſi correpta votis datis, & completis vnà cum filijs cito conualeſcit. Anno 1523.

3 Teſtis 102. Sebaſtianus filius Catherinæ Perſtouua in hydropiſim deuenit, à qua matre pro ſe offerente vota ſubito ſanatur. Anno 1520.

4 Teſtis 118. Staniſlaus de Lenczna faber Regiæ Ma-

ieſtatis oriundus diœceſis Cracouieñ. prope lublinum Hydropiſi grauiſsima circumfuſus poſt vota ſanatur. Anno 1502.

5 Teſtis 143. Barbara Paſternakouua de ſuburbio Cracouieñ. de platea Cerdonum ob grauem partum hydropiſi inſanabili, ad mortem deducta poſt vota ſanatur. Conteſtatur Catherina filia. Teſtis 144. Anno 1520.

6 Teſtis 237. Anna Iaroſlai Cantrifuſoris Crac. vxor ab Hydropiſi per vota liberatur.

7 Teſtis 330. Laurentius Currifex de Clepardia oppidanus magna hydropiſi toto corpore occupatus, poſt vota ſanatur.

8 Teſtis 343. Hælena Caruatouua Cracouieñ. hydropiſim multo tempore paſſa Sancti inuocato præſidio ſaluificatur. Anno 1522.

19 Teſtis 382. Anna BernardKa de Stradomye per quinque hebdomadas hydropiſim paſſa Dei, & Sancti ope ſanatur.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

10 Tabula 21. Nobilis Ioannes filius generoſi domini IacubouusKi hydropico morbo ferè confectus per cognatos, & conſanguineos ad S. viri ſepulchrum deuotatus ſanatur. Anno 1522.

11 Tabula 45. Quædam domina N. de Stradomye hydropiſim paſſa per 9. menſes inuocato Sancti patrocinio perfectæ ſanitati redditur. 1221.

De iis, qui diuerſis vulneribus ſunt conciſi, & per Sancti Hyacinthi patrocinium perfectè ſanitati. Cap. XXVI.

1 TEſtis 80. Lucas de Vſczie iuuenis de altó cadens lethaliter vulneratus in capite, & in latere habens oſſa confracta ad Sanctum Hyacinthum deuouetur, qui poſt vota conualuit. Huius teſtis Ioannes Pudelko, Lucas de Vſczie, Magdalena vxor Ioannis prædicti, qui corporali iuramento præmiſſo depoſuerunt, Dominica prima poſt conductum Paſchæ hæc facta fuiſſe. Anno 1520.

2 Teſtis 150. Puer 10. annorum in domo Dorotheæ Niclouua, filius cuiuſdam peratricis de Cerdonia Crac. grauiſsimo morbo peſtilentiæ laborans apparente ſibi S. Hyacintho ſanatur. Anno 1520.

3 Teſtis 154. Staniſlaus ZebrzidouusKi, & famulus ſuus à cane rabido morſi, & in infirmitatem deducti, poſt vota ſanantur. Conteſtatur Tabula 38. Factum Anno 1519.

4 Teſtis 165. Catherina RudniczKa peſte correpta, poſt vota ſanatur. 1508.

5 Teſtis 166. Iacobus filius Agnetis Gabrielouua peſte correptus liberatur.

6 Teſtis 170. Filius honeſtæ Catherinæ Degouua peſte correptus liberatur.

7 Teſtis 186. Thomas de OgrodniKi ob nimiam minutionem ſanguinis deficiens ipſa Heduigi vxore eius apud Sanctum ſollicita ſanatur.

8 Teſtis 255. Ioannes SlauuiensKi, filius Dorotheæ de Samotuli ciuis Crac. in diſſenſione grauiter vulneratus à morte ad vitam reducitur.

9 Teſtis 259. Filius Margaretæ de Stradomie acriter vulneratus citò ſanatur.

10 Teſtis 328. Galias Mantuanus Chirurgus Epiſcopi Poſnanieñ. acriter in manu vulneratus poſt vota facta pręſidio Sancti ſanatur. Anno 1522.

11 Teſtis 342. Paulus de Lyuuo diœceſis Ploceñ. laicus ferrifaber à ſodali ſuæ artis grauiter vulneratus, poſt vota conualeſcit. Anno 1523.

12 Teſtis 365. Staniſlaus Reska gladiator bis à graui infirmitate conſurgit. Conteſtatur Tabula 12.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

13 Tabula 63. Dominus Ioannes Pruſz ciuis Cracouieñ morbo letargico correptus per S Hyacinthum apparentẽ ſanatur. Anno 1520.

14 Tabula 32. Virgo quædam colliſa grauiter cum crate ferrea ex alto cadens, feria 2. Paſchæ & corpore & facie conquaſſata, & iam penè moritura ab amicis ad tumbam Sancti deuouetur ſtatimque à vulnere conſurgit. 1519.

15 Tabula 31. Quędam honeſta domina morbo peſtilentiæ correpta ſanatur.

16 Tabula 35. Puer quidam infirmitate detentus grauiori, cum omnium eluderet ſpem, ad tumbam tamen Sancti deuotatus conualeſcit. Anno 1520.

17 Tabula 90. Puer Paulus de Caſimiria valde infirmus poſt vota ſanatur.

18 Tabula 2. Nobilis Adam Turski graui languore vexatus, & humano præſidio deſtitutus poſt vota ad Sanctum facta liberatur.

19 Tabula 6. Stanislaus ſartor ciuis Cracou. in maxima

xima, ac deſperata infirmitate conſtitutus apparente ſibi S. Hyacintho, & ſpem longioris vitæ præbente ſanatur. Anno 1519

20 Tabula 15. Agnes vidua olim cóiunx Gregorij pictoris poſt mortem viri ſui ex magna triſtitia, & dolore in grauem infirmitatem depoſita implorato Sancti patrocinio ſanatur.

21 Tabula 17. Quædam Domina grauiſsima laborans ægritudine humana reiiciens diuina quærit, & inuenit præſidia. Anno 1521.

De parturientibus matronis, & in partu periclitantibus à periculo mortis, & aborſu patrocinio Sancti Hyacinthi liberatis.
Cap. XXVII.

1 TEſtis 38. Honeſta Anna vxor Socha Martini Pellificis Cracouieñ. grauiſsimè in partu laborans, nec parere valens poſt vota liberatur.

2 Teſtis 43. Honeſta Zophia Sliodkouua vxor Nicolai Sliodek Lanionis in platea Suuinska dicta, aborſum patiēs ad S. Hyacinthum confugit petens, vt illam ab iſto aborſu liberaret. Et ecce ſtatim puer egrediens de ventre matris iterum ſe in ventrem recepit, vt tempore congruo naſceretur. Hoc idem miraculum conteſtatur Regina Naymanouua Crac. teſtis 107.

3 Teſtis 44. Nobilis Barbara Caſprouua inquilina apud quendam ciuem cognomine Ruſſek in platea S. Stephani manens ab aborſu, & à dolore partus poſt vota leuatur. Anno 1523. in Aprili.

4 Teſtis 46 Honeſta Anna Martini Pogracżarz Crac. à dolore, & periculo partus patrocinio Sancti liberatur.

5 Teſtis 48. Catherina Vuochouua vidua Crac. inquilina apud

apud Andreiouuski tempore puerperij ab accidentibus in tali actu meritis Sancti ad quem confugerat ſubleuatur. Anno 1503.
6 Teſtis 55. Heduigis Nicolai Czeczotka vxor de platea S. Floriani in pariendo grauiter periclitans poſt vota liberatur.
7 Teſtis 61. Honeſta Anna Nicolai Cerdonis vxor in platea Cerdonum Crac. in partu laborans, & de periculo timens ad Sanctum recurrit & liberatur.
8 Teſtis 69. honeſta Dorothea vxor Ioannis Ladarz morata apud Gregorium Sczirba piſtorem in platea S. Floriani feria 2. poſt Reminiſcere in partu laborans, & quaſi ſemiuiua manens per virum ſuum deuouetur, & liberatur. Anno 1523.
9 Teſtis 79. Catherina filia Ioannis Niedbalka Sartoris de Crac Feria 3. carnispriuij laborans in partu liberatur. Anno 1522.
10 Teſtis 97. Anna filia Petronillæ Niedbalczina Cracouień. in puerperio cum puero periclitata meritis Sancti conualeſcit. Conteſtatur Tabula 75. Anno 1461.
11 Teſtis 103. Catherina vxor Nicolai Noſek, cum duos pueros aborſa fuerit poſt votum ab aborſibus liberatur. Anno 1523.
12 Teſtis 145. Catherina Herbultouuska de terra Leopolień. fluxum muliebrem per os ſatis turpiter eiiciens derelicta à medicis, ad S. præſidium confugiens ab hac turpitudine ſubleuatur. Anno 1523.
13 Teſtis 155. Nobilis Iacobouua Vuienczlauuska de armis Leliuorum in partu periclitans viro pro ſe offerente liberatur.
14 Teſtis 192. Honeſta Elizabeth Ioannis Roſemberski Sartoris vxor Crac. circa partum maxime periclitata ſanatur.
15 Teſtis 203. Honeſta vxor Hieronymi Braczieiouuski
ciuis

ciuis,& mercatoris Cracouień.prius aborſum paſſa ad virum Dei pro auxilio confugiens amplius aborſum non eſt experta.

16 Teſtis 254. Vxor Bartholomæi Pellificis de platea ſancti Floriani ciuis Cracouień. Ex alto cadens timēs ſibi aborſum ad prçſidium Sancti confugit, & eſt à periculo liberata.

17 Teſtis 257. Vxor Bernardi Kleparczik de platea Slakouień. Cracouień. in partu periclitans poſt vota liberatur.

18 Teſtis 270. Heduigis Iacobi gladiatoris ciuis Cracouień. de platea Caſtreń. Cracouień. vxor in partu laborans per merita viri ſancti cui ſe deuouerat à periculo educitur.

19 Teſtis 279. Anna Bartholomæi Carpentarij Caſtreń. vxor Cracouień. manens & impartu magno periculo laborans liberatur.

20 Teſtis 292. Anna Martini Aromatarij quandam infirmitatem muliebrem paſſa naturalem votis ad Sanctum expletis ſanatur.

21 Teſtis 310. Catherina Iutkouua de Caſimiria laborans in partu nec parere valens commendans ſe Sancto eniza eſt prolem.

22 Teſtis 316. Dorothea Matthiæ Sutoris de Cleparz vxor triduo in partu laborans. Inuocato Sancti patrocinio peperit.

23 Teſtis 341. Catherina Vualenczina in partu laborans a periculo liberatur.

24 Teſtis 360. Vxor Stanislai vitreatoris Cracouień. periclitans in partu poſt vota ad Sanctum per meritum ſuum facta eripitur.

25 Teſtis 361. Barbara Paſzniczka de Crac. circa partum grauiter egrotans, & vehementer laborans poſt vota facta ſanatur.

26 Te-

26 Teſtis 385. Anna vxor Chriſtophori Rimarz in platea Caſtreń. plurimum dolore pariendi affecta, ſana peperit.

27 Teſtis 389. Vxor Matthiæ muratoris ſub Caſtro Cracovień. in partu grauiter periclitata à dolore, & periculo ſubleuatur.

28 Teſtis 407. Vxor generoſi Domini Ioannis Pyenionzek quatriduo in pariendo laborans, nec parere valens ad conditorem omnium Deum per merita Sancti confugiens eſt enixa filium.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

29. Tabula 57. Quædam Domina ciuis Cracouień. per multos annos ſterilis exiſtas facto voto ad Sanctum breui tempore ſenſit ſe impregnatam, & poſtea peperit puerum. Cuius poſtea puer cum grauiter infirmatus eſſet poſt vota ſanatur.

30 Tabula 9. Nobilis quædam puerpera in partu periclitans poſt vota liberatur. Anno 1520.

31 Tabula 10. Quædam ciuis Cracouień. Domina cruciata dolore poſt vota liberatur. Anno 1520.

32 Tabula 75. Quædam Domina timens mortem ob partum Sancto ſe commiſit, &c. Anno Domini 1521.

De his, qui totius corporis doloribus ſunt quaſſati, & per Sanctum Hyacinthum ſanati.
Cap. XXVIII.

1 TEſtis 9. HoneſtaBarbara Nicolai Leuigatoris vxor per duos annos ſcabiem, & pruriginem totius corporis paſſa poſt vota ſanatur. 1523.

2 Teſtis 10. Martha Thomaſzouua Crac. toto triennio habuit totius corporis intrinſecus corroſiones oſsiũ, & medullarũ ita qđ ambulare nequibat ſtatim poſt vota ſanat.

3 Teſtis

3 Teſtis 16. Honeſta Catherina de Lublin Cracouię manens triennio morbis, & ſcabie toto corpore ſparſa poſt vota ſanatur.
4 Teſtis 36. Honeſta Margaretha Albuſzouua de Biſkupye teſtatur ſe vidiſſe tres pueros in Villa Trzebinia cuiuſdam Kmetonis, ita toto corpore incuruatos per vnã ſeptimanam quod nullo membro poterat ſe quiſque illorum mouere, vt autem ad ſepulchrum S. Hyacinthi ſunt oblati ſtatim recti effecti ſunt in toto. 1510.
5 Teſtis 125. Puer honeſtæ Heduigis Mathiſouua colliſus toto corpore, & quaſſatus poſt vota ad S. ſacta ſanatur.
6 Teſtis 187. Stanislaus de Brzozouu dolorē puſtularũ totius corporis multo tp̄e paſſus poſt vota reddita ſanat̃.
7 Teſtis 206. Stanislaus Soſna faberferrarius de Clepardia pruritũ cutis multo tp̄e paſſus irremediabilē ſanatur.
8 Teſtis 277. Fælix naibergier aurifaber, & Scobinus, &c. ſcabiem in toto corpore peſſimam habens, nec poſsibilē curari per medicos artis ad diuinum confugiens remedium ſanatus eſt. Conteſtatur tabula 85.
9 Teſtis 279. Filius Bartholomæi Carpentarij Caſtreñ. graui infirmitate deductus ad ſummam maciem à quo mor quo morbo poſtea inuocato diuino auxilio ſanatus eſt.
10 Teſtis 284. Barbara de Ferrak: Prouiſoris lignorum Regiæ maieſtatis vxor corpus totum puſtulis mirabilibus nõ paruę quantitatis cũ intenſiſsimo dolore capitis habēs humanoque præſidio carens ad S. Dei cõfugiens liberatur
11 Teſtis 299. Margareta filia Moti ſub Caſtro Cracouieñ. manens turpi contagione pruritus laborans perfectè ſanatur.
12 Teſtis 337. Filius Annæ Stanislauuouua de Cracouia totus non mediocribus puſtulis infectus poſt vota ſanatur.
13 Teſtis 371. Catherina Vyborna de Crac. grauem totius corporis infirmitatem, & præſertim pectoris habens apparente ſibi S. Hyacintho conualuit.

14 Te-

14 Teſtis 396. Heduigis de ſtradomie in graui infirmitate in tumorem totius corporis corruens omnis humano præſidio carens, ad Sanctum Dei ſe deuouit, & ſana ſurrexit.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

15 Tabula 18. Generoſus D. Petrus Popouuski graui quadam totius corporis preſſus ægritudine bis namque quinq; diebus, & totidē noctibus ſanguis ex ore eius promanabat vberrimè, medicorum cura deluſus opem ſibi diuinam præſidiari petiit; totoque corde ſe Sancto cōmittēs perfectè ſanatur. Anno 1521.
16 Tabula 19. Quidam homo N. graui totius corporis preſſus ęgritudine a medicis deſtitutus à Sancto poſt vota iuuatur. Anno 1521.
17 Tabula 23. Quidam Nobilis N. diuturna preſſus infirmitate ſanatur. Anno 1522.
18 Tabula 28. Domina quædam N. de graui, ac deſperata infirmitate etiam amicis iam de ſalute diffidentibus poſt vota ſanatur.
19 Tabula 30. Ioannes ciuis Cracouień. bis à graui infirmitate, & deſperata per Sancti interceſsionem liberatur. Anno 1519.
20 Tabula 39. Quædam Domina toto corpore in graui infirmitate conquaſſata inuocato diuino auxilio ſubleuatur. Anno 1521.
21 Tabula 40. Famoſa Domina Dorothea ciuis Cracouień. toto corpore graui preſſi ægritudine cum marito ſuo votis inſiſtens, & ea complens cito perfectè ſubleuatur. Anno 1521.
22 Tabula 41. Quædam Domina ingenti oppreſſa ægritudine 24. menſis Iunij ad Sanctum Dei patrocinium implorando conualeſcit. Anno 1521.

23 Ta-

23 Tabula 46. Nobilis N. oppreſſus egritudine ſanatur. 1521.

24 Tabula 47. Matthias Lanio ciuis Cracouieñ. morbo detentus liberatur. 1521.

25 Tabula 49. Matthias quidam graui ęgritudine preſſus conualeſcit. 1523.

26 Tabula 52. Honeſta Agnes Olenczka grauiter infirmata conualeſcit.

27 Tabual 55. Stanislaus filius cuiuſdam ciuis Cracou. N. grauiter infirmatus cum medicorum de eſſent conſilia, ad Sanctum votis expletis ſanitati reſtituitur. Poſtea vero ſecundò, pater, & filius ſimiliter ęgrotant, & poſt vota conualeſcunt. Anno 1522.

28 Tabula 59. Frater Mangolth ordinis minorum Sancti Franciſci Cracouieñ. magna grauatus totius corporis infirmitate cum à medicis fruſtra ſperaret ſalutem ad Dominum per Sanctos Dei viros quærit ſalutem, & non fruſtratus ſpe conualeſcit.

29 Tabula 60 Filia 30. ſeptimanarum cuiuſdam ciuis Cracouieñ. mercatoris incidit in deſperatam infirmitatem, & cum a medicis deſtitueretur Sanctæ Mariæ Virgini, & Sancto Stanislao, & S. Hyacintho deuouetur, & cito ſanatur.

30 Tabula 72. Quidam ciuis Crac. cum in ęgritudine ſua ſancti quæreret patrocinium ſanatur, ſed quia votum non implet iterum in eandem infirmitatem reincidit, & poſt vota ſanatur. Anno 1521.

31 Tabula 76. Puer quidam valde infirmus poſt vota ſanatur. 1521.

32 Tabula 79. Generoſa quædam Domina graui totius corporis quaſſata ægritudine ad S. Hyacinthi auxilia con fugiens ſanatur. Anno 1523.

33 Tabula 80 Famata quædam Domina N. valde ęgrota ſanatur. 1523.

34 Ta-

34 Tabula 81. Honeſta Zophia ciuis Crac. infirma conualeſcit. 1523.

35 Tabula 82. Nobilis quidam grandi malo corporis oppreſſus ſanatur.

36 Tabula 83. Quædam domina graui laborans infirmitate ſanatur.

37 Tabula 85. Quidam Matthias Lanifex de Crac. magna oppreſſus infirmitate inuocato apud Dominum Beati auxilio ſanatur. Anno 1523.

38 Tabula 87. Nicolaus de Ylza artium Baccalaureus in graui totius corporis conquaſſatione 14. hebdomadibus decumbens, & cibum nullatenus ſuſtinere potens, omni humana ope deſtitutus diuinam implorans ſanatur. 1518.

39 Tabula 93. Nobilis Elizabeth Szeczigniouuska paſſa totius corporis, & præſertim brachij vnius immenſum dolorem per longum tempus poſt vota vero ad Sanctum facta ſanatur.

40 Tabula 96. Puer quidã valde infirmus parentibus pro eo vouentibus ſanatur. Anno 1524.

41 Tabula 97. Heduigis Trembaczka vxor tubicinatoris Cracouień. graui totius corporis infirmitate preſſa poſt vota ſanatur. Anno Domini 1524. Die Lunæ 18. menſis Aprilis.

De ijs, qui in diuerſis caſibus contingentibus diuino auxilio, & S. Hyacinthi patrocinio liberati.
Cap. XXIX.

1 TEſtis 115. Maximum miraculum contigit apud Kiouiam, & eſt depictum, ab antiquo in pariete Eccleſiæ Crac. S. Trinitatis prope maius altare S. Hyacintho præſente Scitæ inuaſerunt Kiouiam ad depopulandum eã cumque compleret Sanctus myſteria diuina apud altare,

&

& fratres acclamarent, S. Hyacinthus accepto venerabili ſacramento fugere cæpit, quē colloquuta eſt imago B. Mariæ Virginis, iuſsitque ſe ab illo portari. Accepta igitur illa imagine alabaſtrina pondere duorum talentorum vel trium, vt videre eſt Crac. Boriſtenē fluuium acceſsit, & facta benedictione per aquam, tanquam per firmam terram cum fratribus ambulans, & ſe & frates ſuos a periculo Tartarorum liberauit. Et in teſtimoniū huius miraculi adhuc per fluuium veſtigium pedum S. Hyacinthi manet, & videtur ſemper ab omnibus vt teſtatur etiam iſta Nobilis Dorothea Pilauuina, quæ exiſtens Kiouiæ Vuoliniæ Metropoli hanc ſemitam per aquam propriis oculis vidit, & hic teſtatur. Cōteſtantur autem huic miraculo plures teſtes, vel ex fama, vel ex viſu. Teſtis 2. Teſtis 153. & teſtis 407. qui in proceſſu authentico videntur.

2 Teſtis 1. Reuerend. P. F. Andreas de Parzouu diœceſis Gneſneń. Sac. Theol. Bacc. prouincialis Poloniæ ordinis prædicatorum teſtatur Dæmoniacū, qui liberatus eſt apud tumbam S. Hyacinthi cum multis clamoribus proteſtatū S. Hyacinthum eſſe virū Dei S. & locum vbi corpus eius ſacrū requieſcit vehemēter ardere, eūq; cogi a S. vt recedat.

3 Teſtis 6. F. Iacobus de Crac. ordinis prædicatorū teſtatur ſe per merita S. Hyacinthi cui ſe comendauerat magnū periculū ruſticorū qui in ipſum irruerant, vt interimerent, euaſiſſę atq; incolumem apparente ſibi B. rediiſſe.

4 Teſtis 19 Domina Zophia vxor Sebaldi pictoris Crac. in ſubitam certam infirmitatem, ita quod mori iam videbatur, incidit, & factis pro ea votis mox à ſubitanea morte liberatur. Anno 1521. Carnispriuij.

5 Teſtis 31. Honeſta Heduigis Slodouuniczka Cracouień. ab infamia obiecti ſibi furti patrocinio S. Hyacinthi liberatur. Anno 1523.

6 Teſtis 32. Agnes Czieslina Crac. ad maritalem concordiam à qua per mariti crimeņ adulterij ſequeſtrata,

erat per merita Sancti, cui ſe commẽdauerat, & cui voue-rat, redit.
7 Teſtis 35. Catherina de Rzeczicze in flumine Rudauuka cadens ſubmergi cæpit, & inuocato Sancti patrocinio liberatur. Anno 1523.
8 Teſtis 39. Laurentius de Radzieiouu Crac. cantrifuſor erat affectus veneno, & cum nullo remedio poſſet venenum educere Sancto ſeruo domini ſe deuouens, in melius mutatus eſt. Anno 1523.
9 Teſtis 40 Matthias Clericus de Cracouia, in quodam litigio graui cum aduerſario ſuo, in quo in cauſa ſua coram Commiſſariis ſuccumbere debuit, quamprimum ad Sanctum votum fecit, in concordiam vltrô venit.
10 Teſtis 55. Puer annorum trium honeſtę Heduigi Nicolai czeczotka denarium deuorauit, & eodem ſuffocatus eſt, & cum nullatenus extrahi poſſet poſt vota facta liberatur ab eo. Anno 1522.
11 Teſtis 58. Stanislao de Curouu Clerico Cracouień. neceſſarius quidam liber furto ſublatus poſt vota reſtituitur. Anno 1523.
12 Teſtis 63. Honeſta Barbara Giblouua de ſuburbio Cracouień. recognouit ſe plura beneficia meritis Sancti recepiſſe.
13 Teſtis 72. Iacobus Vuodziczka reformando bombardam globo, qui in ipſa erat, eſt vulneratus, poſt vota ſanatur. Anno 1522.
14 Teſtis 81. Ioãnes Monczynski 8. Iulij exiſtens in montibus vngaricis Tatri nuncupatis, veniens Crac. grauiſſima febri percuſſus & delirans volebat ſe ipſum interficere ſuaſu Diaboli: At poſteą apparẽte ſibi S. Hyacintho à tam lethali caſu eſt liberatus, adhuc videtur tabula Cracouiæ in huius rei memoriam. Anno 1518.
15 Teſtis 94. Religioſa Virgo Emerentiana tertiæ regulæ Sancti Franciſci precibus Sancti Hyacinthi obtinuit ingreſ-

ingreſſum ſui ordinis. Anno 1521.
16 Teſtis 117. Ioanni Barila ſutori Crac. quædam furto ſublata reſtituuntur.
17 Teſtis 125. Heduigis Mathiſſouua apud dominos conſules Cracouień. furti accuſata per quendam adoleſcentem facto, factis votis ad Sanctum Hyacinthum eius ope liberatur.
18 Teſtis 134. Mulier quædam ab aceruo lapidum graui obruta, colliſa, & concuſſa cum penè iam moreretur poſt vota ſanatur.
19 Teſtis 133. Generoſus Dominus Stanislaus Gorski Vicecapitaneus Crac. ob crimen homicidij carceris, & capitis per Regem adiudicatus, dum ſe & vitã ſuam Deo, & S. Hyacintho commendaſſet, audita miſſa gratis à Rege liberatur. Anno 1514.
20 Teſtis 158. Nobilis Corzenczki cum ſuo aduerſario cauſam agens cũ deberet omnibus ſuis bonis priuari poſt vota cauſam lucratur, & in omnium bonorum poſſeſsione tutus perſeuerat. Anno 1510.
21 Teſtis 160. Bartholomæus de Sondecz furti accuſatus, & ad carcerem condemnatus, ac mortem viſibiliter per S. Hyacinthum viſitatus ex carceribus, & periculo mortis educitur. Anno 1521. 4. Septembris.
22 Teſtis 208 Stanislaus Soſna faber ferrarius de Cleparz ab incendio ſuæ domus ab hoſtibus inferendo S. Hyacinthi ope liberatur.
23 Teſtis 237. Anna Iaroslai Cantrifuſoris vxor in furti damno iuuatur.
24 Teſtis 239. Zophia vxor Gregorii fabri Crac. furti rea, & accuſata euadit.
25 Teſtis 241. Gener Petronillæ Nobilis matronæ ex vinculis, & carceribus catenis aſtrictus ab vno tyranno, pro eo votis datis liberatur.
26 Teſtis 244. Fælicia de Crupniki furto ſibi ſublata

votis peractis reaccipit.

27 Teſtis 260. Fælicia vxor Ioachim poſt adulterium commiſſum cum adulter capite plexus eſſet, hæc euaſit, & poſtea multis diebus commendans ſe patrocinio Sancti Hyacinthi, & pęnitentiam agens ex delicto ſuo in gratiam viri ſui rediit.

28 Teſtis 267. Anna de platea Slacouień. diris carceribus adiudicata, & pœnæ capitis: patrocinio ſancti illæſa euadit.

29 295. Puer Catherinæ Benedictouua apud moniales Sancti Andreæ manentis aqua feruenti ſe perfundens in deſperatam infirmitatem incidit, qui poſt vota facta citò ſanatur.

30 Teſtis 315. Simon famulus Domini Theſaurarii Regni Cracouiæ manens media nocte inſciis omnibus in pro fundiſsimum puteum cadens ſubmergebatur quod reſciés vxor ſua ſubſidium p. & 2 dedit ei, & inuocans Sanctum, eius patrocinio è profundo puteo emergit.

31 Teſtis 315. Vxor eiuſdem ex altiſsimo proruens ædificio ſanatur.

32 Teſtis 346. Anna Boguſſóuua de platea hoſpitali furti falſo accuſata recurrens ad patrocinium Sancti liberatur. Conteſtatur tab. 32.

33 Teſtis 347. Heduigis de Caſimiria puella ex alto edificio cadens colliſa vehementer, & quaſi mortua habita in caput enim impegerat, poſt vota ad Sanctum emiſſa ſtatim ſanatur. Anno 1523.

34 Teſtis 354. Catherina de Biecz Crac. manens peſte correpta liberatur conteſtatur Tabula 1. Anno 1519.

35 Teſtis 369. Soror Anna de tertio habitu S. Dominici peſte correpta meritis S. Hyacinthi liberatur. Conteſtatur ſoror Agnes medio iuramento.

36 Teſtis 373. Barbara Caletniczka ob quoddam certum crimen homicidii recluſa in carcere, & per ſex menſes

captiua

captiua fuit, quia enim prægnans erat expectabatur puerperium. Illa vero vota faciens ad S. Hyacinthum ex illo carcere modo quodam mirabili euadit.

37 Teſtis 377. Reuerend. Dominus Stephanus Gelbrikóuuski magiſter artium à tentatione diaboli continua vt ſe propriis manibus iugularet ſuadente, cum ad S. ſe Hyacinthi conuertit patrocinium liberatur.

38 Teſtis 393. Mater honeſtę Annæ de platea Slacouień. apud Caliethnik inquilinam maneń. captiuata, & capitali pæna punienda poſt vótum filiæ pro ea factum mirabiliter euadit.

39 Teſtis 407. Generoſus Dominus Andreas Pyenyonzek Referendarius ſacræ Regiæ Maieſtatis teſtatur quendam Cēturionem ſibi 100. florenos ſuſtuliſſe furto, ſed quando ad S. Hyacinthum factum fuiſſet votum, pecuniæ illæſæ mirabiliter reſtituuntur abſque infamia furtum committentis.

40 Teſtis 29. Laurentii de grodno equus cũ ex improuiſo in fluuium Rudaua incidiſſet, & præ altis littoribus exire non poſſet mergebatur, patrono eius ad Sanctũ vota emittente exilit ſanus. Anno 1523.

41 Teſtis 179. Matthias Papirek de Ogrodniki equum deperditum cum dolore, & merore votum ad Sanctum faciens rehabet. Anno 1490.

42 Teſtis 181. Nicolaus Hyelonek equum valde infirmũ, cui aliter ſubuenire non poterat, ad Sanctum deuouens ſanum accipit.

43 Teſtis 280. Zophia Hanuſouua mulier paupercula, & ſimplex & deuota duos pullos habens in aqua ſubmerſos tandem cum deuotione ad Sanctum pro patrocinio recurrens ſanos atque viuos iterum reaccipit.

Ex tabulis ad tumbam Sancti appenſis.

44 Tabula 7. Generoſus Dominns Czernij de Zabno exiſtens in bello prutenico, ex improuiſo in quemdam lacum cadens, & in illo profundo cæno equo ſe voluens capit mergi, & in illo caſu deuote ad S. Hyacinthũ proclamans & ſe deuouens eiuſdem auxilio, vt credit adiutus liberatur. Anno 1520.

45 Tabula 10. Ioannes Pyerni cognomento de Crac. ciuis multis tribulationibus, & anxietatibus diuexatus poſt vota ad Sanctum facta liberatur. Anno 1521. Februario.

46 Tabula 62. Nobilis Stanislaus Gromiszki ſemel, & iterum magnis periculis, & diuerſis ope ſibi à Sancto præſtita liberatur. 1518.

47 Tabula 92. Agnes de Blonye paſſa tentationem diaboli per decem annos, vt ſe laqueo enecaret, aut aquis ſubmergeret, & in hac anguſtiâ ad Sanctum confugit, & a tentatione liberatur.

Hæc ſunt candide, ac deuote lector, quæ in gratiam Sanctæ deuotæque contemplationis, & ad Sanctum Dei virum Hyacinthum cuiuslibet piæ affectionis ad aſtruendam fidem, & excitandam deuotionem ex Proceſſu authentico originali, quam breuiſsimè inſerenda duximus ne longa ſeries miraculorum faſtidium legentibus pareret nec etiam eo modo ab enumerandis miraculis per virum Dei Hyacinthum factis deſtitimus, vt in aliquo tanto, ac tam celeberrimo viro, vel in ſanctitate vitæ commendanda, vel in virtutibus Dei ope ab eo factis non ſolum ipſius verum etiam Dei gloriæ de eſſe videamur. Intermiſsimus autem ob breuitatis amorem, & præſertim viſiones, & Apparitiones, quas diuerſis temporibus, & perſonis variis morbis laborantibus Deo permittente idem Sanctus face-

re dignatus eſt,quarum numerum vſque ad 36.ex ſuo originali computabimus.Viſum eſt autem rei conſentaneum generalem vitæ., & ſanctitatis S. Hyacinthi commendationem, & teſtificationem (quæ ad triceſimum numerum exundat) ex profeſſo præterire, cum grauiſsimi viri & Patres Ordinis in Proceſſu deſcripti plurimas,& innumerabiles ad conſolationem fidelium populorum per virum Dei virtutes factas præter eas, quæ ſcripturis continentur, & a teſtibus ſuper poſitis medio corporali iuramento ab omnibus, & ſingulis roboratæ, ac firmatæ ſunt factas iuridice & formaliter teſtificantur, nihil omittentes aut prætereuntes eorum, quæ veritatem rei concernere videtur.

De Proceſſus clauſura, & munitione, atque per certos patres ad vrbem tranſmiſsione.

Cap. XXX.

His itaque omnibus per ordinem teſtibus ad probandum, & teſtificandum euocatis atque per iuramenta eorum,quæ dicebant affirmantibus Commiſſarij ad hunc actum a ſede Apoſtolica delegati ad vlteriora ſecundum formam Canonicam procedere deliberauerunt, indixeruntque certum locum, diem, horam, menſem, & annum pro termino ad dicendum contra hæc omnia miracula, per teſtes producta,& teſtificata per procuratorem Regię Maieſtatis, & in valuis Eccleſiæ affigi, & in publicis concionibus denunciari. Deputantur autem & portitores proceſſus iam facti per eũdem procuratorem duo fratres Ordinis ſcilicet Frater Simon presbyter, & Frater Valerianus Diaconus,à Commiſſariis Proceſſum ſigillatum,& munitum ad ſedem Apoſtolicam portaturi, qui præmiſſo corporali iuramento pro fideli ab ipſis tranſportatione Proceſſum præfatum cum omni modo forma, & iure fa-

ctum, de manibus Commiſſariorum Apoſtolicorum recipień. accepta maiorũ ſuorum obedientia, & benedictione Romam perrexerũt,& fælicibus auſpiciis applicantes, piæ memoriæ Clementis VII. in manibus fideliter tradiderũt & negocium Canonizationis ferueuter apud ſedem Apoſtolicam vna cum pientiſsimo,& deuotiſsimo principe Sigiſmundo Primo Rege Poloniæ,tum etiã Reuerend. P. F. Andrea Suuientek olim prouinciali Poloniæ procurare cęperunt. Quod autem hoc cũ veritate concordet duplici probatur auctoritate. Primo quidẽ libris Apoſtolicis conſiſtorialibus, qui etiam nunc Romæ habentur tum litteris ab eodem Clemente VII. in forma breuis ad fratres cõuentus Crac. deſtinatis clarius apparet. Nam in actis conſiſtorialibus ſic habetur Anno Domini 1526. Die Lunæ decima ſeptima menſis Decembris Romę fuit Conſiſtoriũ in quo fuit productus proceſſus ex Polonia factus ſuper Canonizatione fienda S. Hyacinthi de ordine prędicatorum, & ſanctiſsimus Dominus noſter cauſam Canonizationis RR. DD. Senenſi Epiſcopo Campegio presbytero,&c. De Cæſarinis Diacono Cardinalibus necnon RR. PP. Paulo de Capiſuchis & Chriſtophoro Panigarola Rotæ Auditoribus commiſit, & licet in his actis prædictis conſiſtorialibus de S. Hyacintho nulla ſit mentio, ſed tantum in albo locus eſt relictus, vt mihi in hoc negotio procurando oculis ſubiectum vidi, tamen per ſubſequentes Clementis Septimi litteras veritas eluceſcet clarumque redditur non alium tunc fuiſſe productum proceſſum, quam S. Hyacinthi,& ad examen Cardinalium porrectum. Poſtquàm verò ſic inſtitutum fuiſſet hoc eodem anno ſub eodem ſummo Pontifice per Carolum Quintum infælix Direptio Vrbis Romæ accidit in qua omnes ſcripturæ tam ſacræ quàm profanæ cum diuitiis Romanis ſunt diſcerptæ, diuulſæ, dilaceratæ, deperditæ, inter quas proh dolor, & idem prædictus Proceſſus deperiit, & ſic a negotio

pro-

promouendo erat deſtitum, quia ſuo probationis tenore erat deſtitutum. Nihilominus tamen pientiſsimum Regem Poloniæ ardore illo, quem in promouenda Canonizatione S. Hyacinthi, conceperat ſuccenſum nec temporis intercapedo, nec vrbis direptio retardare potuit, quin cupitam Sancti gloriam, & honorem promoueret: Inſtanter igitur petiit, vna cum fratribus ſuprafati conuentus Cracouień. vt ad vlteriora Sua Sanctitas procedere dignaretur. At quoniam temporum calamitas, & quaſſatæ tunc Eccleſiæ negociorum magnitudo admittere non potuit, vt ad Canonizationem Sancti procederetur tam per ſe quam per protectorem Regni Laurentium Cardinalem ſanctorum quatuor Coronatorum pio Regis, & fratrum deſiderio ſatisfecit, & ea quæ pro tunc concedenda erant conceſsit donec & Eccleſia deſiderata pace donaretur, & ad actum Canonizationis commodius accedere licitum fuiſſet.

Tenor litterarum Clementis Septimi Pontificis Maximi, quo conceditur feſtum, officium, Miſſa, & imagines de Sancto Hycintho, & vbi teſtatur ſe proceſſum ex Polonia recepiſſe.

Cap. XXXI.

CLemens Papa Septimus Dilectis filiis Prioribus, & fratribus domus S. Dominici Cracouień ordinis prędicatorum Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Exponi nobis nuper feciſtis. Quod alias fælicis recordationis Leo Papa Decimus prædeceſſor noſter ad inſtantiſsimas preces cariſsimi in Chriſto filij noſtri Sigiſmundi Poloniæ Regis illuſtris, certis Epiſcopis tunc expreſsis. vt ad generalem inquiſitionem vitæ ſanctitatis, & miraculorum B. Hyacinthi fratris ordinis veſtri, ac ſocij S. Dominici olim inſtitutoris dicti ordinis procederent

manda-

mandauit. Ipſeque proceſſus per vnum ex fratribus domus veſtræ clauſus, & ſigillis obſignatus nobis nuper præſentatus illiusque examinatio tribus ex S.R.E. Cardinalibus & duobus Rotæ auditoribus per nos commiſſa fuit, & licet ipſe Hyacinthus dum in humanis egit, ac tempore quo creatori ſuo ſpiritum reddidit, ac poſteaquam vita functus fuit plurimis claruerit miraculis, ac propterea magna Chriſti fidelium iſtius Regni multitudo ad Eccleſiam veſtram in qua ipſius Beati corpus requieſcit aſsidue con fluat pluresque eiuſdem Beati interceſsione preces ſuas quas ad Deum effundunt exaudiri firmiter credāt, ipſumque pro Beato teneant, & reuerentur quia tamen in Catha logo ſanctorum annumeratus non eſt, dubitant an ſibi fa cere liceat. Quare venerabilis frater noſter Laurentius Epiſcopus præneſtineñ. Cardinalis ſanctorum quatuor nuncupatus dum regni protector tam præfati Sigiſmundi Regis quam veſtro nomine nobis humiliter ſupplicauit, vt pro æterni Regis laude, & gloria, ac ipſius Beati reuerentia, & honore necnon Eccleſiæ decore, & Catholicæ religionis ſplendore populique deuotione, & ſalute vobis ſingulis annis etiam priuſquam ad illius canonizationem proceſſum fuerit feſtum & officium eiuſdem Hyacin thi in Eccleſijs, & domibus veſtri ordinis dicti Regni, & prouinciæ celebrandi, & celebrari faciendi licentiam concedere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur, qui fideles quoslibet ad ſanctorum Dei venerationem, & iugem erga eos deuotionem vt ei à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum procedit placere ſtudeant prout poſſumus libenter excitamus Huiuſmodi ſupplicationibus inclinati vobis, & aliis, & aliorum domorum necnon monaſteriorum monialium ſeu ſororum veſtri Ordinis in dicto regno, & prouincia conſiſtentium fratribus, ac monialibus ſeu ſororibus, vt de cætero perpetuis futuris temporibus in Eccleſiis domorum, & mo-

monaſteriorum veſtri ordinis huiuſmodi officium, & miſſas in memoriam eiuſdem Hyacinthi annis ſingulis altera die poſt feſtum Aſſumptionis B. Mariæ Virginis immediatè ſequen. celebrare eiuſque imaginem depingi facere, & in Eccleſijs domorum, & monaſteriorum dicti regni & prouinciæ depictam tenere libere, & licite valeatis ordinariorum locorum, & cuiuſuis licentia ſuper hoc minime requiſita Auctoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam, & facultatem concedimus non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis cæteriſque contrariis quibuſcumque. Volumus autem quod propter præmiſſa dictus Sanctus Hyacinthus Canonizatus, & Cathalogo prædicto ſanctorum aſcriptus non cenſeatur. Datum Romæ apud Sanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris die 2. Februarij 1527. Pontificatur noſtri Anno quarto. Euangeliſta.

Breue Apoſtolicum ſuper celebratione diei feſti de S. Hyacintho ſub feſto duplici per omnes Eccleſiæ Poloniæ etiam Cathedrales. Cap. XXXII.

CLemens Papa Septimus. Chariſsimo in Chriſto filio noſtro Sigiſmundo Poloniæ Regi illuſtri, Chariſsime in Chriſto fili noſter ſalutẽ, & Apoſtolicam benedictionem. Præſentauit nobis Prouincialis regni tui Poloniæ ordinis prædicatorum litteras maieſtatis tuæ quibus nobis expeditionem negotii Sancti Hyacinthi, qui tam viuus, quàm mortuus plurimis claruit miraculis, plurimum commendat, vt ad illius Canonizationem procedere dignaremur. Nos propter diuerſa ardua negotia quibus ad præſens implicati ſumus conſideran. ad actum huiuſmodi Canonizationis procedere non poſſe, ac deſideran. quantum cum Deo nobis licet tuis piis & honeſtis deſideriis ſatiſ-

ſatisfacere attendeñ. Vt præfatus prouincialis nobis expoſuit fratribus dicti ordinis, alias ab hac ſancta ſede in qua diuina prouidentia ſedemus conceſſum fuiſſe, vt feſtũ, ac Miſſa & officium eiuſdem S. Hyacinthi cum oratione de vno Confeſſore in omnibus Eccleſiis domorum ordinis, & Regni prædictorum celebrari poſſet Maieſtati tuæ pro nunc cõcedendum duximus prout per præſentes concedimus. Quod in omnibus aliis Eccleſiis etiã Cathedralibus, quas Regni tui duxeris eligendas, & nominandas Epiſcoporum & prælatorum, quorum Eccleſiæ per Maieſtatem tuam nominatæ fuerint, expreſſo accedente cõſenſu, quas regni tui duxeris eligendas, & nominandas Miſſa, & officia cum oratione de vno confeſſore celebrari poſsint donec ad actum Canonizationis deuentum fuerit, ita tamen quod per hoc dictus Hyacinthus Canonizatus, & Cathalogo ſanctorum aſcriptus nullatenus cenſeatur, Datum Romæ apud ſanctum Petrum ſub Annulo Piſcatoris. Die 15. Iunij 1530. Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Euangeliſta.

Nominatio Cathedralium Eccleſiarum per Sigiſmundum primum Regem Poloniæ pro celebrando feſto S. Hyacinthi.
Cap. XXXIII.

Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, Rufsię, Prufsię, Maſouię Dominus, & hęres. Productum eſt coram nobis breue Sanctiſsimi Domini noſtri quod ad verbum ita ſcriptum eſt. Clementis Papa Septimus, &c. vt ſupra. Hoc igitur Sanctiſsimi Domini noſtri breue ea qua par eſt reuerentia accepimus. In quo cum arbitrii noſtri ſanctitas eius eſſe voluerit certas Eccleſias nominare & eligere. In quibus miſſa & officia cum oratione de vno Confeſſore celebrari poſsint donec ad

actum

actum Canonizationis deuentum fuerit. Nos Archiepiſcopi, & Epiſcoporum prouinciç Gneſneń. in Regno noſtro expreſſo accedẽte cõſenſu Eccleſias has nominandas duximus Metropolitanã Gneſneń. Cathedrales vero Crac. Vladislauień. Poſnanień. Plocen. omnes inſup collegiatas quęcunque Metropolitanę, & Cathedralibus iſtis ſubſunt. Quamobrem poteſtate nobis a S. ſede Apoſtolica conceſſa hortamur omnes prędictarum Eccleſiarum pręlatos, & canonicos, vt cum dies S. Hyacintho ſacer aduenerit, Miſſam & officia de vno Confeſſore in Dei laudem, & Sancti huius commemorationem in Eccleſiis ſuis celebrari faciant, & nobis gratum facturi, & Dei ſibi ea re gratiam & miſericordiam conciliaturi ad quem omnis honor redundat, qui Sanctis eius pręſtitus fuerit, harum ſerie litterarum quibus in fidem ſigillum noſtrum eſt appenſum. Datum Cracouię feria 3. poſt Dominicam lętare proxima Anno Domini 1540. Regni noſtri Anno 34. Samuel Epiſcopus Chelmeń. & Viceecancellarius ſanctificat. Relatio Reuerendiſsimi in Chriſto patris Domini Samuelis Maczieiouuski Epiſcopi Chelmeń. & Regni Polonię Vicecancellarij.

Litteræ ſingulorum Epiſcoporum, et expoſitio Eccleſiarum, & conſenſus omnium prælatorum pro celebratione feſti ſupradicti Sancti. *Cap. XXXIV.*

IOannes Archiepiſcopus Gneſneń. Legatus natus, &c. conſtituit Eccleſias Metropolitanam, & collegiatas, & parochiales, & conuentuales Diœceſi Metropolitanę ſubiectis tam Pręlatis, & Canonicis, quàm etiam Vicariis, & toto clero 1540. 11. Martii.

Lucas

Lucas Comes à Gorka Epiſcopus Vuladislauień. conſtituit Cathedralem Vvladislauień.& collegiatas,& parochiales,& conuentuales Diocæſi Vvladislauień. ſubiectas in Archidiaconatibus Vuladislauień Pomeraniæ,& Cruſzuuicień. & omnibus Prælatis, & Vicariis ſub pæna 11. Martij Anno 1540. Datum Crac.

Iacobus Buczaczki Epiſcopus Plocen.conſtituit Cathedralem Ploceń & collegiatas parochiales,& Conuentuales Diocæſi Plocen. ſubiectas item in Archidiaconatibus Plocen. Dobrzineń.Pultouień. omnibus Prælatis Canonicis,&c.Crac.20.Martij 1540.

Sebaſtianus Braniczki Epiſcopus Poſnanień.conſtituit Eccleſiam Cathadralem Poſnanień & collegiatas, & parochiales, & conuentuales ; & in Archidiaconatibus Poſnanień.Szremeń.Vuarſzouień.Pczeneń.omnibus Prælatis Vicariis ſacerdotibus,& Canonicis 3.menſis Aprilis 1540. Crac.

Petrus de Gamratis Epiſcopus Cracouień. conſtituit Eccleſiam Cathedralem Cracouień. & collegiatas, & parochiales,& conuentuales in diocæſi Crac. & in Archidiaconatibus Cracouień. Sendomirień Zauuichuuoſteń, & Decanatibus Lipniceń Vuoyniceń. Tarnouień. Iasleń. Bicceń Bobouień.Sandeceń.noui fori Dobczziceń. Scauiuineń Zatorień. Oſuuiczimeń Pilczineń. Noui montis Volbrameń Lelouień Andrzciouień. Vuroczimouień. Vuitouień.Pleſſouień Skaleń.Opatouuiecz,& Vuislicień. Sokolino Xyóznieczen Kye Pilzneń. &c. Crac.15 Aprilis. 1540.

Horum omnium litteræ ſunt pergameneæ ſigillatę, & per extenſum ſcriptæ,quas breuitatis cauſa volens prætereo.Sűt in proceſſu tranſmiſso Romã 1543.authentico ſigillis Commiſſariorum ſigillato, & Notariorum. In hoc eodem proceſſu eſt Breue Clementis Septimi quod fratres in Poloniã in ſuis domibus poſſunt habere ſolemnem proceſsio-

ceſsionem cum venerabili ſacramento in feſto S. Hyacinthi, quod ſtatim hic inferendum duxi.

Litteræ quibus conceditur, vt officium Sancti Hyacinthi ſingulis Ferijs quintis dicatur Feria vacante ac ſi iam eſſet Canonizatus.
Cap. XXXV.

IOannes à toleto miſeratione diuina tituli Sancti Sixti S.R.E. Presbyter Cardinalis Burgeñ nuncupatus. Dilectis nobis in Chriſto vniuerſis, & ſingulis patribus, & fratribus ordinis prædicatorum Prouinciæ Poloniæ ſalutem in domino ſempiternam. Hodie Santiſsimus in Chriſto pater, & dominus noſter dominus Paulus diuina prouidentia Papa Tertius Intelligens Sanctum Hyacinthum ordinis prædicatorum Prouinciæ Poloniæ Patronum quam plurimis clarere miraculis, cupiens propterea veſtris, & aliorum Chriſti fidelium votis ſatisfacere vobis de cætero omnibus quintis Feriis cuiuslibet hebdomadæ, in quibus feſtum proprium non occurrerit prout in tertiis feriis de Sancto Dominico patre noſtro fieri, & dici ſolet, ad laudem omnipotentis Dei, ac veſtri ordinis decorem officium de eo etiam ſolemniter, ac ſi iam eſſet Canonizatus, facere & dicere poſsitis per ſuæ viuæ vocis oraculum nobis deſuper factum auctoritate Apoſtolica conceſsit, & indulſit, in cuius rei teſtimoniũ præſentes noſtras atteſtationis litteras per ſecretarium noſtrum fieri, & ſubſcribi noſtrique ſigilli impreſsione communiri mandauimus. Datum Romæ apud Parionem in ædibus noſtræ ſolitæ reſidentiæ ſub Anno a natiuitate Domini 1542. Die vero tertia menſis Iunij Pontificatus præfati Domini noſtri Papæ Anno Octauo. Ita atteſtamur, & fidem facimus A. Cardinalis Burgeñ. Ant. Barba Secret.

Bre-

Breue Clementis Septimi ad fratres Poloniæ, in quo conceditur in Eccleſiis fratrum prædicatorum proceſsio ſolemnis cum venerabili ſacramento in feſto Sancti Hyacinthi.

Cap. XXXVI.

CLemens Papa Septimus Dilectis filijs Prioribus,& Fratribus ordinis Prædicatorum Prouinciæ Poloniæ, ſecundum morem eiuſdem ordinis. Dilecti filij ſalutem, & Apoſtolicã benedictionem, Cũ dudum fel.rec. Bonifacius Papa Octauus prædeceſſor noſter omnibus Chriſti fidelibus, verè pænitentibus & confeſsis, qui quotieſcunque, & vbicunque capitulum prouinciale per Priores & fratres eiuſdem ordinis Prædicatorum celebraretur, Eccleſiam apud quam capitulum ipſum pro tempore celebrare contigeret tempore celebrationis illius à primis veſperis diei, quo illud celebrari inchoaretur, vſque ad octo dies incluſiue, immediate ſequentes deuote viſitarent, & ad Eccleſiæ conſeruationem ac fratrum,& priorum prædictorum ſuſtentationem manus adiutrices porrigerent, necnon Prioribus,& Fratribus, qui huiuſmodi capitulo intereſſent, illam indulgentiam ac remiſsionem peccatorum, quam viſitantes Eccleſiam Beatæ Mariæ de Portiuncula, alias de Angelis extra muros Aſsiſsinatenſis, primo & ſecundo diebus Auguſti quomodolibet conſequebantur per ſuas litteras conceſſerit, ac Præſidenti huiuſmodi capituli qui pro tpē foret, vt quatuor fratres idoneos presbyteros dicti ordinis pſeſſores, in cõfeſſores, qui cõfeſsiones quarũcunq; perſonarũ Eccleſiã prædictã cauſa huiuſmodi indulgẽtiæ cõſequẽdę accedentiũ, p ipſos octo dies dũtaxat audire, & cõfeſsionibus eorũ diligẽter auditis eiſdẽ perſonis pro cõmiſsis (niſi forſan talia forẽt, propter quę ſedes Apoſtolica eſſet merito cõſulẽda) abſolutionẽ ĩpendere,& pænitẽtiã ſalutarẽ iniungere valeant, eligere,& deputare poſsint, Diœceſani loci,& cuiuſuis alterius licẽtia ſup eo

minimè

minimè requiſita, indulſerit, prout in eiſdem litteris plenius cõtinetur, & ſicut nobis inſuper exponi feciſtis, quatuor confeſſores ad cõfeſsiones Chriſti fidelium, pro dicta indulgentia conſequenda confluentiũ audiendas non ſuppetunt, ac uos tẽpore celebrationis veſtri capituli prouincialis prouinciȩ veſtrȩ Poloniæ iuxta morem dicti ordinis vnam ſolemnem, ac deuotam proceſsionẽ, cum delatione Sacroſanctȩ Euchariſtiæ Sacramenti vſq; ad maiorẽ, ſeu aliam principalem Eccleſiã ciuitatis ſeu loci, in quo illud celebratur facere conſueuiſtis, Et dilecti filii Prior, & Fratres conuentus Cracouienſis dicti ordinis, quibus vt feſtũ quondã; S. Hyacinthi, qui miraculis claruit, & cuius corpus in eorum Eccleſia requieſcit, annis ſingulis certa die celebrare poſsint Apoſtolica auctoritate indultum extitit in feſto huiuſmodi, ſimiliter proceſsionem cum delatione eiuſdẽ corporis Chriſti celebrare conſueuerint, & de conceſſione Apoſtolica, cuius vigore proceſsionẽ prædictam, tempore celebrationis capituli prouincialis huiuſmodi celebrare non poſsitis, ac propterea cupiatis ibi, ac etiam vt apud omnes Domos, & Eccleſias ordinis, & prouinciæ prædictorum ſimiliter, quæ apud dictam Domum Cracouieñ. celebratur, in eodem feſto Hyacinthi celebrare poſſit indulgere, Nos qui deuota pii patris affectione, libenter proſequimur fidelium prædictorum deuotionem feruentius inualeſcere, & illorum animarũ ſaluti fructuoſius conſulere volentes, veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, Præſidenti pro tempore exiſtiſtenti veſtri prouincialis capituli tempore celebrationis illius non ſolum quatuor, ſed etiam alios octo, ſicq; duodecim fratres presbyteros eiuſdem ordinis profeſſores in confeſſores, qui Chriſti fidelium prædictorum dictis octo diebus durantibus confeſsiones audire, & eis pro commiſsis abſolutionem impendere, ac pænitentiam ſalutarem iniungere poſsint, eligere, & deputare. Nec non de cætero

tempore celebrationis capituli prouincialis huiuſmodi cum delatione Sacramenti, prout conſueuiſtis celebrare. Nec non tam in eiuſdem Sancti Hyacinthi, quam etiam in Sancti Antonini, nuper Canonizati feſtis diebus, in omnibus domibus, & Eccleſiis veſtris prouinciæ prædictæ, proceſsionem cum delatione Sacramenti huiuſmodi, ſicut in aliis feſtis ſanctorum veſtri ordinis facere conſueuiſtis, ſolemniter facere, & celebrare, libere, & licite valeatis quibuſuis Apoſtolicis, & prouincialibus, & ſinodalibus conſiliis editis Generalibus, vel ſpecialibus conſtitutionibus, & ordinationibus, cæteriſque contrariis nequaquam obſtantibus, auctoritate Apoſtolica tenore præſentium concedimus, & pariter indulgemus. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, ſub Annulo Piſcatoris die xxiii. Iunij 1530. Pontificatus noſtri Anno Sexto, Euangeliſta.

Littera Reuerendiſs. Cardinalis ſanctorum quatuor Coronatorum ad Regem Poloniæ, quibus ſummum Pontificem excuſat, quod ſtatim ad Canonizationem non acceſſerit promittit tamen Canonizationem futuram. Cap. XXXVII.

SEreniſsimo Principi, & excellentiſsimo Domino Domino Sigiſmundo Poloniæ, &c. Regi inuictiſsimo.

Sereniſsima Regia Maieſtas poſt humillimã cõmendationem, Proximis his elapſis diebus redditæ fuerunt mihi litteræ Maieſtatis Veſtræ quibus mihi mandabat, vt negotium Canonizationis ſancti Hyacinthi, quam per Sanctiſsimum Dominum noſtrum abſolui, & celebrari deſiderat apud Sanctitatem Suam commendatum haberẽ. Quod vt ſoleo feci libenter. Apertis igitur Maieſtatis veſtræ litteris, quas ad Sanctitatem ſuam ſcripſerat cognitoque in

hanc

hanc rem ardentiſsimo ſui regij animi deſiderio Sanctitas Sua egregiam V. Maieſtatis religionem vehementer commendauit aſſerens id tum ob religionis augmentum tum, etiam vt Maieſtati veſtrę honeſtiſsimo deſiderio fiat ſatis, Sanctitatem ſuam non minori affectu optare, quàm Maieſtatem veſtram deſiderare. Sed dolet enixe Sanctiſsimum hoc negotium, & deſiderium Maieſtatis veſtræ piiſsimum in ea tempora ſimul incidiſse quibus ob tam notiſsimam aduerſarum, & diuerſarum rerum molem negocium hoc quieto vt decet animo, abſolui non poſſet, ſed pro futura huius rei abſolutione pro nunc in ſpem dedit initiũ, quod interim Miſſa, & officium cum oratione de vno confeſſore in Eccleſiis, quas Maieſtas Veſtra duxerit eligendas in ipſius S. Hyacinthi honorem, & gloriam celebrari poſsint per ſuas in forma breuis litteras conceſsit ad magis quieta tempora Canonizationem ipſam dante Domino celebraturus, & Beatum ipſum ſanctorum Cathalogo ſuis ita miraculis exigentibus deuotiſsimo Maieſtatis veſtrę intuitu ſolemniter aſcripturus, &c. & fæliciter ſemper valeat Maieſtas veſtra cuius bonæ gratiæ me commendo. Datum Romę die 25. Iunij 1530. Humilis ſeruitor Laurentius Cardinalis ſanctorum quatuor Coronatorum.

Littera Sigiſmundi Primi, Ad Clementem Septimum Pontificem Maximum, quibus iterum Canonizationem Sancti Hyacinthi expoſtulat.
Cap. XXXVIII.

BEatiſsimo in Chriſto Patri, & Domino Domino Clementi diuina prouidentia Papæ Septimi Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Summo Pontifici Domino noſtro clementiſsimo, Beatiſsime Pater, & Domine

Domine clementiſsime. Reuoco ad memoriam Sanctitati Veſtræ egiſſe me per litteras,& apud diuos prædeceſſores Sanctitatis Veſtræ Pontifices Maximos & apud Sanctitatē veſtram in cauſa Canonizationis S. Hyacinthi fratris ordinis prædicatorum,cuius cineres, & oſſa in æde Sanctiſs. Trinitati dicata Cracouiæ à populis meis religioſiſsimè viſuntur,& ſanctiſsimè venerantur,Licet autem Sanctitas Veſtra feſtum eiuſdē Beati ob vitam bene actam,& miracula,quibus poſt mortem corruſcat poſtridie celebritatis Aſſumptæ Deiparæ Virginis à Chriſti fidelibus ſingulis annis celebrandum inſtituit.voluit tamē Sanctitas veſtra, & in litteris Apoſtolicis cauit ne proptereaBeatus iſte ſanctorum Cathalogo aſcriptus cenſeatur.Quæ res non modicè animos ſubditorum meorum angit: Proficiſcitur igitur ad Thronum Sanctitatis Veſtræ is venerabilis,& religioſus vir F.Thomas de Szyczouu prouincialis Regni mei in hoc negocio, quod apud Sanctitatem Veſtram curaturus eſt. Rogamus plurimum eandem, dignetur in hac re huic viro benignas aures præbere, & id quod ad Chriſti gloriam vere pertinere putat decernere,& ſtatuere in quo Chriſtus, cor,& animum Sanctitatis Veſtræ dirigat,& eandem Sanctitatem veſtram ſanam, & incolumem pro confirmatione,& conſolatione mea,& totius Rei Chriſtianæ, quam diutiſsimè ſeruet. Commendo me, & populos mihi ſubiectos Sanctitati Veſtrę.Ex ciuitate mea Cracouień.die *15.* menſis Martij Anno Domini *1530*. Regni vero mei xxiv. Sigiſmundus Rex Poloniæ manu propria ſignificat. Hæ litteræ ſunt Romæ repertæ *17*.Octobris *1590*.in domo R. D. Ludouici Regień.Abbatis campani, & redditæ ad manus Illuſtriſs. D. Bernardi Maczicouuski Sereniſs. Sigiſmundi Tertij Regis Poloniæ ad Sedem Apoſtolicam oratoris, & hic ſunt inſertæ.

Lit-

Littera Sanctæ Synodi Petricouien. ad Paulum Tertium Pontificem Maximum pro Canonizatione Sancti Hyacinthi.
Cap. XXXIX.

POſtquam paulo longius, quam vt ſperabatur protractũ eſt negociũ Canonizationis B Hyacinthi, quaſi à ſomno excitati Patres Poloniæ iterũ apud Sedem Apoſtolicã cũ Sereniſsimo Rege, & Epiſcopis Regni Poloniæ inſtare cęperunt quatenus ad optatum finem res deduceretur. Litterarum autem Synodalium tenor eſt talis.

Sanctiſsimo & Beatiſs. in Chriſto patri, & Domino D. Paulo Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Dño clementiſsimo. Sanctiſsimè Pater, & Dñe Dñe clementiſsime. Poſt oſcula pedum S.V. Cũ eſſemus in hac ſancta Synodo congregati relatum fuit de magnis miraculis, quibus Hyacinthi Sanctitatẽ magis indies atq; magis Deus illuſtret, poſtulatumq; eſt à nobis vt S.V. litteris noſtris eius rei fidẽ faceremus, atq; illi ſupplicaremus, quo B. Hyacinthũ, & vitæ ſumma ſanctimonia, & tot tantis miraculis inſignẽ in diuorũ numerũ referendũ curaret: atq; eundẽ ei honorem haberi eadẽq; veneratione affici iuberet, qua afficiuntur hi, qui ſimili pietate atq; integritate vitã ſuã traduxerunt, quoſq; Deus editis miraculis claros apud oẽs, & inſignes eſſe voluit. Res nobis, & æqua viſa eſt, & pia. Quamobrẽ qua poſſumus animorũ noſtrorum demiſsione S.V. diligenter ſupplicamus, vt id facere ne grauetur, vtque in eorum album, quos propter eximiam vitæ Sanctitatem merito colit, & veneratur Eccleſia hunc quo referre velit B Hyacinthum atq; ad Apotheoſim ſiue vt vocant ad Canonizationẽ eius cõſentire dignet, & Deũ ſibi hoc tã pio opere B. huius Hyacinthi ſuffragio atq; itterceſsione ꝓpiciũ reddituta, & nobis Regnoq;

huic vniuerſo magnum gaudium magnamque conſolationem allatura commendamus nos humiliter Sanctitati V. quam DñsDeus ſeruet ſanam diu & ſemper fælicißimam. Petricouiæ die 20 menſis Maii Anno Domini 1539. Eiuſdem Sanctitatis Veſtrę humiles,& deuoti Capellani Ioannes Dei Apoſtolicę ſedis gratia Archiepiſcopus Gneſneñ. Legatus natus,& regni Polonię primas vna cum Reuerendißimis DD Epiſcopis & capitulis in hac Synodo ſanctæ congregatis Sigilla quatuor extra.

De noua commißione Apoſtolica ſub Paulo Tertio Pontifice Maximo in Poloniam data ad examinanda miracula S. Hyacinthi. Cap. XXXX.

DVm igitur Pontifex Maximus, & Regis animum, & ſtatus ſpiritualis inſtantiam non ſolum laudaſſet, ſed etiam intimius perſpexiſſet proceſſu tamen originali in direptione Vrbis Romę caruiſſet. (licet copia verũ non authentica ad ipſum tranſmiſsa fuiſſet) quo maturius in ea re procederet,& deſiderio Regis, & populi deuoti ſatisfaceret quatuor Cardinales S.R.E. ſuper hoc negocio examinando inſtituit, qui tamquam ſedis Apoſtolicæ Commiſſarij rem penitus introſpicerent,& ipſa bene perſpecta ad ſedem prædictam fideliter quidquid fecerint referrent. At ipſi prædicti Cardinales (qu ia exiguo res fulciebatur fundamento) deliberarunt in Poloniam nouam commiſſionem facere, vt ſi quid tale fuiſſet quod rem altius eleuaret eandem ſua fulcirent auctoritate. Commiſsionis vero tenor eſt talis. Nos Ioannes Dominicus Epiſcopus Oſtieñ Cardinalis Traneñ. & Ioannes Petrus tituli ſancti Syxti Presbyter Theatiñ. & Alexander S. Mariæ in via lata Diaconus de Cęſarinis Cardinales miſeratione Diuina nuncupati, Iudices & Commiſſarii in cauſa infraſcriptæ Canonizationis Apoſtolica Auctoritate deputati, Reuerendis

dis nobis in Chriſto dilectis Dominis, Abbati monaſterij Migileñ Cracouieñ diœceſis,& Decano, ac Archidiacono Eccleſiæ Cracouieñ. ſalutem, & ſinceram in Domino charitatem. Noueritis quod nuper poſtquã fel.rec. Leoni PP X.per litteras Sereniſsimi principis D. SigiſmundiPoloniæ regis illuſtris ſignificato,quanta iã diu fuiſſet,& tũc eſſet populorum deuotio ad ſepulchrum S Hyacinthi,qui olim S.Dominici ſocius,& particeps vitæ extiterat. & tã in vita quam poſt mortem,multis miraculis præclaruerat, & quod propterea idem Dominus Sigiſmundus Rex cupiebat eundem S.Hyacinthum,ſi dignus repertus fuiſſet ſanctorum Cathalogo aggregari,& aſcribi. Præſatus Leo Papa,ad Canonizationem ipſius S Hyacinthi ritè procedere nolens,tunc Cracouieñ.& Pręmislieñ.Epiſcopis,quatenus ſuper vita,fama,&cõuerſatione,ac miraculis ipſius S.Hyacinthi tam in vita quam poſt obitum factis, diligenter & ſincere Apoſtolica Auctoritate,inquirerent,& teſtes reciperent,& eorum deſuper atteſtationes,in publicam formã redigi facerent, & deinde proceſſum ipſum clauſum, eorumq; ſigillis munitum,ad ipſum Leonem Papam, & ſedẽ Apoſtolicam, per proprium, ſeu alium nuncium fideliter tranſmittere curarent,per quaſdam mandauerat & deinde ex certis tunc expreſsis cauſis tunc Epiſcopum Laodiceñ. & quendam Iacobum Erdzieſſouu Canonicum in locũ Cracouieñ & Pręmislieñ Epiſcoporũ per alias ſuas in forma breuis litteras ſurrogauerat,ac proceſſus vigore litterarum huiuſmodi in partibus factus in ſacro Apoſtolico Conſiſtorio præſentatus,& cauſa ſuper Canonizatione S Hyacinthi,huiuſmodi faciẽda,S.R.E Cardinalibus, & demum nobis commiſſa fuerat.nobis proprie venerabilis viri Martini prioris prouincialis, ordinis fratrũ prædicatorum prouinciæ Poloniæ iuxta morem dicti ordinis expoſitum fuit, quod licet ex proceſſu iam facto ſperetur clarè conſtare, quod præfatus S. Hyacinthus Cathalogo

ſanctorum aſcribendus ſit nihilominus tam dictus Sigiſmundus Rex, quam Martinus prior Prouincialis præfati adhuc cupiăt ſuper miraculis,tam ante,quam poſt proceſſum prǽfatum factis in dies magis refulgentibus de nouo inquiri,& teſtes deſuper recipi, & examinari,ac eorum dicta & atteſtationes in publicam formam redigi, & de eis vt de negotio Canonizationis huiuſmodi liberius procedi poſsit,in eodem ſacro Conſiſtorio fidem fieri: Nos attendentes probationes nemini coarctandas eſſe, & iuſta petentibus conſenſum denegari non debere,nequeuntes in præmiſsis perſonaliter intereſſe, vobis de quorum fide & diligentia plurimum in Domino confidimus, in negotio huiuſmodi vices noſtras,quoad hoc vt vnus vel duo ex vobis coniunctim procedentes, ita tamen quod tertius in locum cuiuslibet veſtrum pro tempore impediti ſuccedere poſsit, ſuper miraculis huiuſmodi inquiratis Apoſtolica Auctoritate prædicta diligentius veritatem, ac teſtes deſuper recipiatis,& eorum dicta & atteſtationes in publicã formam redigi faciatis, & demum ea ac proceſſum ſuperperinde factum, clauſum, veſtriſque ſigillis munitum, ad Sedem Apoſtolicam per fidum nuntium fideliter tranſmittere curetis, omniaque & ſingula alia,quæ nos in præmiſſis duntaxat facere,ac exequi poſſemus facere & exequi valeatis eadem Auctoritate Apoſtolica,qua fungimur in hac parte tenore præſentium ſubdelegamus.In quorum fidem præſentes fieri,ac per ſecretarium noſtrum ad hoc à nobis ſpecialiter deputatum ſubſcribi, ac ſigillorum noſtrorum appenſione communiri fecimus.Datum Romæ in præfato Conſiſtorio ſub Anno à Natiuitate Domini *1539*.Die vero decima octaua menſis Auguſti,Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris,& Domini Noſtri Domini Pauli diuina prouidentia *Papæ* Tertij. Anno Quinto. Philippus Riccabella.

Te-

Tenor litterarum pro exhumatione oſſium B. Hyacinthi & in nobiliori loco depoſitione Cap. XXXXI.

DVm hæc ita agerentur & deſiderium populorum au geretur, cæpit deuota plebs apud fratres Prædicatores Cracouien. inſiſtere vt glebam corporis Sancti Hyacinthi, quæ multos latuerat dies (licet nō ſine magno prodigiorū, & miraculorū fulgere, & numeroſitate) a terra elleuarēt, & certiorē locū, quo oculos pro neceſsitatū ſuarū ſubleuamine ad Sanctū Hyacinthū confidentius dirigere poſsēt eis aſsignarēt. Non defuerunt tales qui deuotioni populorū annuentes ad Sedem Apoſtolicam confugerunt ſupplicantes humiliter quatenus oſſa B. Hyacinthi honeſtiori loco condere permitterentur. Quorum petitioni Summus Pontifex Paulus tertius pias aures præbens per Reuerend. Antonium S. R. E. Cardinalem exhumationem libenter conceſsit. cuius conceſsionis tenor eſt talis.

Antonius miſeratione diuina tituli Sanctorum quatuor Coronatorum presbiter Cardinalis Dilectis in Chriſto Priori & fratribus domus S. Trinitatis Crac. ordinis fratrū prędicatorū Salutē in domino. Ex parte veſtra fuit propoſitū corā nobis quod vos pro ſingularis deuotionis affectu, quē ad Beatū (vt pie creditur) Hyacinthū olim ordinis fratrū prædicatorū profeſſorem & B. Dn̄ici ipſius ordinis inſtitutoris ſocium geritis, cupitis corpus ſeu oſſa eiuſdē B. Hyacinthi quæ humi in Eccleſia domus veſtræ S. Trinitatis iacēt in aliquo eminēti & alias cōdecenti loco cū debitis reuerētia & honore reponere & reponi facere, quod vobis licere dubitatis abſq; ſedis Apoſtolicæ diſpēſatione ſeu licētia ſpeciali. Quare ſupplicari feciſtis humiliter vobis ꝗ aſſeritis ꝙ feſtū, & Miſſa, ac officiū eiuſdē Beati Hyacinthi cū oratione de vno cōfeſſore in oībus

Eccleſijs domorum dicti ordinis in Regno Poloniæ conſtitutarum ex conceſsione ſedis Apoſtolicæ celebrantur per ſedem eandem de opportuno remedio iuris prouidere Nos igitur ueſtris ſupplicationibus in hac parte inclinati Auctoritate Domini Papæ cuius pænitentiariæ curam gerimus & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc uiuæ vocis oraculo nobis facto, vobis vt corpus ſeu oſſa huiuſmodi exhumari, & in eadem Eccleſia in aliquo eminenti, & alias condecenti loco cum debitis reuerentia, & honore, Ordinarij loci, vel cuiuſuis alterius licentia minime requiſita, reponi facere liberè & licitè poſsitis, veriſq; exiſtentibus prҿmiſsis indulgemus, plenamq; ad id licentiam & liberam concedimus facultatem non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſq; cõtrarijs quibuſcunq;, Datum Romæ apud Sanctũ Petrum, ſub ſigillo officij pænitentiariæ Kal Iulij Pontificatus dñi Pauli Papæ tertij Anno quinto Æ. de Villa noua, Hect. Guiddatus.

De inuentione oſſium Beati Hyacinthi Teſtimonium Reuerendi P. F. Thomæ Szyczcou Prouincialis Poloniæ Ordinis Prædicatorum Cap. XXXXII.

NE mihi de Sacri corporis ſiue oſsium S. Hyacinthi inuentione minor fides præbeatur deliberaui de verbo ad verbum teſtimonium inuentionis ſuprafatorum oſsium de libro vitæ B. Hyacinthi in pargameno deſcripto antiquo (& per Reuerendiſsimos P. Dominos. Auditores ſacri palacij autenticato) Reuerendi P. Thomæ de Szyczou prouincialis Poloniæ huic libro inſerere, & ad poſteros horum memoriam tranſmittere Quod ſic incipit Quoniã in ſacris literis ſcriptũ comperimus Thob. 12. ſacramentum Regis abſcondere bonum eſt opera autem Dei reuelare, & confiteri honorificum eſt: Hinc nos frater

frater Thomas de Syczouu prior prouincialis prouinciæ Poloniæ licet immeritus fratrum ordinis prædicatorum vná cum patribus & Fratribus Conuentus Sanctiſsimæ Trinitatis in Cracouia, omnibus & ſingulis Chriſti fidelibus ad honorem & gloriam omnipotentis Dei & ſanctorum amicorum eius notum facere dignum duximus quomodo iuxta iam dudum quibuſdam vtriuſq; ſexus hominibus Deum timentibus a Deo factam reuelationem, & in ſcriptis hiſtoricis exaratam teſtificationem oſſa & reliquiæ B. Hyacinthi patris & fundatoris primi Conuentus noſtri Crac. & cæterorũ in Regno Poloniæ quieſcentium, in malis & periculoſis temporibus hactenus occulta reuelari & reperiri debuere, ac etiam cum cæteris ſanctis in regno Poloniæ recondita numero ſenario Canonizari quod priori anno de Beato viro Hyacintho factum declaramus fuiſſe in hunc modum Anno Domini *1517*. Satagente & inſtigante olim venerabili fratre Ludolpho ſacræ Theologiæ ac totius veræ Philoſophiæ profeſſore prouinciali vigilantiſsimo poſt frequentes preces,& interceſsiones Sereniſsimi & inuictiſsimi Regis ſigiſmundi primi fœlici ter moderni ac etiam cum tempore totius coronæ venerabilium Archiepiſcoporum & Epiſcoporum ac capitulorum Cathedralium & Synodalium congregationum ſuper promouenda, & fienda Canonizatione B. Hyacinthi,& cum interiecto tempore, multis per plures patres noſtros diffinitores a Sacroſancta Romana ſede Apoſtolica in forma breuis, & bullis obtentis gratijs. Tandem Anno Dominicæ incarnationis 1 5 4 3. ſpem firmam in diuina gratia non in pecuniarum theſauris qui nulli in archis parati habebatur collocantes vnanimi voto Deo & Sancto ſuo Hyacintho iuxta decretum ſedis Apoſtolicæ erigere,& ædificare locum eminentiorẽ ſupra ſacellum trium Regum cæpimus adaptare & murum verſus Eccleſiam infringere,& inter fractionem, vel

fran-

frangendum murum ſupra altare de compaſsione Beatæ M. Virginis reperta eſt capſa ſiue armarium muratũ teſtudinatum, vbi reperta fuerunt oſſa integri hominis officioſe recondita licet aliquantiſper per ignem aduſta & rubicunda facta nec tamen in aliquo læſa vel diminuta & quia oſſa & reliquiæ B. Hyacinthi à multorum annorum curiculo forſitan vltra quam ducentorum occultata fuerunt, & pænitus noſtro æuo ignota prædicta oſſa taliter reperta putabantur fore B. Hyacinthi, & ſic ex congerie laterum quæ inter frangendum dictam capſam inciderant, reuerenter cum cineribus quorum erat magnæ ſcutellæ quantitas, & quibuſdam particulis laminum cuprearum recollecta, & in ſacriſtiam reuerenter delata fuerunt, cuius aduſtionis hæc conijciebatur fuiſſe ratio, quoniam a fundatione conuentus bina vice vſq; ad pręſentia tempora Conuentus cum Eccleſia fertur fuiſſe incineratus, & præfata capſa ſiue armarium vbi ipſa oſſa latebant ex parte Eccleſiæ, & non niſi vnico latere vel feneſtrula medio latere clauſa fuerant. Ea propter ardor ignis murum accenderat, & capſam ligneã cuius cineres comperti ſunt & ſimiliter laminam cupreã abſumpſit ſaluis miraculoſe oſsibus, & reliquijs præfatis. Poſtea circa principium menſi Iunij facta congregatione Fratrum mendicantium in domo noſtra & rogato Reuerendiſsimo ſuffraganeo fratre Dominico, & cum eo multis ex prælatis & canonicis Eccleſię Cathedralis in fidei teſtimonium, & concurſu populorum aſſiſtentium vtriuſq; ſexus non modico, ex deuotione, & flebili gaudio accedente, & acclamente quod eorum temporibus diu deſiderata oſſa, & reliquiæ inuentæ ſubleuatęq; fuiſſent, ſepulchrum B. Hyacinthi, quod erat intra murum excauatum & ante ſacellum B. Virginis, Vel vt communiter nominatur trium regum à terra duobus cubitis eleuatum apperuimus, & ceſtulam reperimus quibus reli-

quijs

quiis per Reuerendiſsimum præfatumD.ſuffraganeũ receptis,& ad medium Chori delatis, & alijs prius(vt præmiſſum eſt) repertis ſimul aſportatis in præſentiaPrælatorum,& medicorũ chyrurgicorũ anatomiã ſcientiũ reuiſa ſunt, & mutuo comparata & compertum eſt diuerſa fore oſſa quia priora integri hominis, & reliqua iterum alterius corporis, & ſaltem inferiores partes, quarum caput cum cæteris ſuperioribus membris, & partibus puta manibus, brachijs, & pectore non comparebant, vnde multum murmur, & admiratio præſentibus Prælatis, & cæteris facta eſt. ſed & quibuſdam præſertim Luteraniſmo infectis ſubſanationis occaſio facta fuit. Ego etiam qui ſupra frater Thomas protunc prior & vicarius generalis prouinciæ exiſtens cum patribus, & toto Conuentu pro ea re triſtes, & ſtupidi effecti, non alium locum certo ſcientes vbi tantæ reliquiæ requirendæ forent, fiduciam denique plenam habentes in Domino Deo & ex patrum priſcorum narrationibus, & ex libris Hiſtoricis quod eo tempore reperiri eleuari, & Canonizari deberent, quo reſpublica Chriſtiana in fide periclitaretur quod pro tunc per Luteranam factionem agitabatur, & ipſum Regnum Poloniæ ex proxima vaſtatione regni Vngariæ illo tempore pauore, & timore vrgebatur, vel anguſtiabatur, vnde & fratrum nedum noſtrorum ſed & aliorum ordinum, & religionum imo & in contionibus vulgaribus per verbi Dei præcones commodabatur domini Dei & Sanctorum ſuorum negocium, & ſic tandem domino Deo miſerante 22. die menſis Iunij videlicet decem millium Martyrum hora veſperarum iam fere conſumato præfato D. Hyacinthi ſacello dum ego frater Thomas cum fratre Ioanne conuerſo Conuentus Vratislauieñ illius totius operis Magiſtro & architecto circa dimenſionẽ graduũ,quibus foret ad ſacellũ congruus aſcẽſus conferebã ſemper de Sanctis oſsibus tacitus, & triſtis

reuo-

reuoluens & ecce ſubito venit in mentem ex fratrum & patrum conferentijs, vt profundius in eodem loco murus foderetur; quoniam & vidi quaſdam in muro cauaturas profundiores, & ita factum fuit diuina, vt exiſtimo voluntate, vt p̃fatus frater Ioãnes cum fratre Protaſio artis ſocio foderent me ab opere abeũte & ſine mora repererũt lapidem planum muro inferiori ſuppoſitum vel infixum, & mox me reuocato ipſum oſtenderunt, & iuſsi cautius tractari lapidem, & comperimus ſub eodem criptam ſiue capſam lapideam eodem lapide artificioſe plano contentam & ſic pro nocte futura omnia reliquimus intacta, & integra. In craſtino hoc eſt in Vigilia S. Ioannis Baptiſtæ ea quæ facta fuerunt retulimus Reuerendiſsimo Domino Petro Archipręſuli Gneſneñ Eccleſiæ & Epiſcopo Cracouieñ qui cum cætu prælatorum & canonicorum, & familia non pauca eodem die adueniens iuſsit leuare ſuperiorem lapidem, & tandem viſis ſacris buſtis in loculo lapideo, & plumbeo collocatis mandauit, vel iuſsit mihi fratri Thomæ quatenus totum cum capſis in Chorum reuerenter deferrem quod & fieri, circumſtante vtriuſq; ſexus & ſtatus multitudine & iterum in medio chori collocatis reliquijs acceſsit præfatus Reuerendiſsimus antiſtes & reuidens & tractãns oſſa & circumſpiciens omnes reliquias & loculos ipſarum dixit, Iſtæ ſunt veræ reliquiæ Beati viri Hyacinthi, & aſtans venerabilis dominus Ioannes Borek decretorum doctor & Decanus Eccleſiæ Crac. aſſeuerauit ita omnino eſſe, quoniam & in vrbe Roma taliter abſconditas, & inuentas ipſe præſens videbat. Taliter ego cum Dei laudibus inuenta & protinus ſacriſtiã delata, & religioſe cuſtodita vſq; ad tempus præfati ſacelli conſummationem & dedicationem fuerunt, & ita his geſtis cæpimus cum Dei auxilio negocium ipſum fiducialius pertractare & demũ Sereniſsimo, & inuictiſsimo Regi Sigiſmundo huic operi multum deuoto per nos rem

ge-

geſtam proponere & ſuppecias pro conſumatione & ornatu præfati ſacelli & lapidei ſepulchri expoſcere At ſua Maieſtas dum ex ore meo audiuit prætactam rationem ſuper tempore inuentionis protracto & poſt in ueteri hiſtoria reuiſo & audito, tamquam princeps Catholicus larga manu pro conſumatione operis porrexit nobis centum florenos in moneta & præfatus Reuerendiſsimus 10. & venerabile Capitulum de quorum gremio olim erat. B. pater Hyacinthus 20. Dominus Ioanes Odrouuonz de cuius ſtirpe, & veteri clara familia iſtem fere vltimus relictus fuerat 25. flor. ſic & cæteri Chriſti fideles promiſcui ſexus & conditionis gratanter plus & minus obtulerant ex quibus ipſum ſepulchrum, & gradus & pauimenta & ferramenta, ego idem frater Thomas pro tunc altera vice prouincialis nutu Dei feci coaptari & conſumari, Per omnia benedictus Deus unus & trinus per infinita S S. Amen. Conſecratum eſt finaliter præfatum ſacellum ſub tali titulo, vt in tabulis affixis parientibus clare in ipſo ſaclelo declaratur Anno Dom. 1545. Dominica xiiij. poſt feſtum S. Trinitatis menſe vero ſeptembre Luna 26 ego Petrus de Gamratis Dei gratiam Archiepiſcopus Gneſneñ & Epiſcopus Cracouieñ hoc ſacellum ad honorem Dei omnipotentis, Beatiſsimę Virginis Mariæ, & B. Hyacinthi cōſecraui Altare autem hoc maius ad honorem Dei omnipotentis, Beatiſsimæ Virginis Mariæ, Paſsionis domini, Sanctæ Crucis, coronæ, & lanceæ eius Virginis Mariæ cōmpaſsionis, Sancti Laurentij, Venceſlai, longini, Eraſmi, Valentini, Sancti Iuliani, Lazari, Sanctæ Apoloniæ, Chriſtinæ, Beatorum vero decem millium Martirum, & beatarum vndecim millium Virginum reliquias in eo incluſi, ſepulchrum vero ad honorem Dei omnipotentis, B. Virginis Mariæ, Beati Hyacinthi, Reliquias vero beatorum Martirum ſtanislai Epiſcopi Proti & Hyacinthi & Beati Thomæ confeſſoris de Aqui-

Aquino in eo incluſi. Singulis Chriſti fidelibus hodie vnum & in die anniuerſario huiuſmodi ipſam viſitantibus quadraginta dies de uera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta concedimus, eodem tempore conſecrationis ſupradictæ reliquiæ, quæ exiſtimabantur eſſe B. Vitti Epiſcopi Lubuſani de ordine Prædicatorum de cuius Sanctitate frequens memoria habetur in veteri Hiſtoria B. hyacinthi ſunt collocatæ intra altare maius in eodem ſacello cũ ſuis cineribus, & ſimiliter reliquiæ B. Hyacinthi ſunt reconditæ intra altare ſecũdũ, & in fundo altaris in capſa decenti ſunt collocatæ, verum os brachij vnius intra lapidem ſepulchri a tergo eſt ſpecialiter incluſum &c. Hæc ex libro prædicto. Addit autem idem Reuerendus pater cauſam inuentionis reliquiarum Beati Hyacinthi pluries viſa lumina & faces accenſas ſuper locum vbi reconditæ fuerunt & ad eundem locum dæmonum eiulatus in obſeſſis corporibus qui & locum monſtrabant, & ſe vri & accendi in eodem fatebantur. Adfuit etiam pluries mira odoris fragrantia, quæ procul dubio ex reliquijs Sancti promanans eas eſſe veras Beati Hyacinti deſignabat.

De noua Capella & noui altaris Beati Hyacinthi erectione Cap. XXXXIII.

POſt hæc omnia ſupradicta cum res alto tegeretur ſilentio & propemodum per 50. annos ob deperditum Proceſſum negocium Canonizationis B. Hyacinthi in curia Romana intermiſſum fuiſſet ſuſcitauit dominus Deus ſpiritum Reuerendi P. fratris Melchioris Moſticeñ. Sacrę Theologię profeſſoris, & tunc iam quarto Prouinciæ Poloniæ Prouincialis exiſtentis, qui ad capitulum generale ſub Reuerẽdiſsimo Paulo Conſtabili Ferrarieñ. Magiſtro ordinis Generali Anno Domini 1580 Romam euocatus apud Gregorium xiij. Pontificẽ multis egit conatibus

(præha-

(prehabita olim Sanctæ memoriæ ſereniſsimi Stephani Regis Poloniæ, & quorundam Baronum ad Sedem Apoſtolicam comendatione)quatenus ex plenitudine poteſtatis Apoſtolicæ ad Canonizandum ſanctum annuere dignaretur obnixè quoq; præcatus eſt Sanctitatem ſuam, vt ad reperiendum proceſſum tempore Clementis ſeptimi deperditum manus adiutrices dare velit. Quod pius paſtor libenter præſtitit, dataq; excommunicatione ſuper Romam illum diligenter inquiri mandauit, cuius præceptum fælicior ſecutus eſt euentus, nam 15. Iuuij eodem anno reperta eſt copia proceſſus in archiuo Cardinalis Caraphæ Theatini qui poſtmodum fuit Paulus Papa Quartus qua inuenta venerandus ſenex meliora ſperare cæpit. Itaque relicta hac copia apud Reuerendũ D.Georgium Ticinium Camerarium Apoſtolicum (quæ poſt modum ad manus Reuerendi Dñi Thomæ Treteri Canonici S. Mariæ Tranſtyberim teſtamentaliter peruenit, & in hac vltima expeditione ad manus Illuſtriſsimorũ Cardinalium Congregationis ſacrorum rituum delata eſt) in Poloniam lætus redijt, de negotio in poſterũ melius prouiſurus. At vero domum rediens antequam ad vlteriora negotii ſe extenderet, cogitare cœpit in quo de hoc glorioſo Sancto magis mereri poſsit, incidit in mentem Capellæ Beati Hyacinthi fornicem ampliare præſertim cùm locus eſſet antea anguſtus vt potè trium vel quatuor cubitorum: Quoniam verò iam vltima ſuæ ſenectutis mole præmebatur, id quod cogitauerat agredi non valebat; Pręhabito tamen maturo conſilio, & longa deliberatione me fratrem Seuerinum Cracouień, ex ciuitate Gedaneń Ducatus Pruſsiæ ad Capitulum Præmijslień. euocauit, & oblata mihi à bonę memoriæ Reuerendiſsimo Paulo Conſtabili Ferrarień Generali Magiſtro, & prouinciæ Polonię gratia Magiſterij titulo, & laurea inſigniuit, inſuper Regentem ſtudij

R genera-

generalis Cracouień ſimul, & Prædicatorem ordinarium ex eodem capitulo aſsignauit, Hoc facto Cracouiam rediens mecum de ſuo primo intento tractare inſtituit imo, & operi cum iniunctione obedientiæ præfecit Mox igitur diuina ope fretus,& B.Hyacinthi patrocinio adiutus haud ſegniter negotio inſiſtere cæpi, multorumq; proborum atq; piorum hominum ope, nec non aſsidua ſollicitudine breui temporis ſpatio primum ipſam Capelam poſtmodum verò ipſum altare in quo Reliquiæ B. Hyacinthi, & oſſa recondenda erant cum magno ſplendore, & ſumptuoſo apparatu ex alabaſtro albo & ſubfuſco pulchra varietate permixto notabili altitudine duodecim columnis alabaſtrinis, & tribus fornicibus & octo tabulatis decoræ magnitudinis cum diuerſis Sanctorum ſculptis imaginibus Deo auſpicæ fæliciter conſumaui atq; ex omni parte vt artis ratio ferebat auro puro obtexi. In tabulatis vero talia carmina ſculpta cernuntur.

A fronte Altaris Tabula prima.

Confeſſor Hyacinthe tuam benedicte cateruam
Orbatam votis,adiuca ſupplicibus.
Pondere peccati premimur pretioſe petentum
Perſoluas petimus pacta parata preces.
Deſere nec flentem precibus tu ſancte cateruam,
Cui Deus æternos contulit eſſe dies.

Tabula Secunda.

Sancte vir immenſo maior virtutibus orbe
Cælicolum ſanctis adnumerate choris.
Aſpice nos precibuſq; tuos defende Polonos,
Ne Stygij fiant præda cruenta Ducis.

Da

Da tua curramus celeri veſtigja paſſu,
Vt Regni ſimus pars quotacumq; Dei.

Tabula Tertia.

Oſſa ſub his his aris Hyacinthi ſacra beati.
Condita ſunt multos, quæ latuere dies,
Rege Sigiſmundo, & Gamrato præſule diuum
Munere ſunt miro, fortà reperta loco.
Corruſcans varijs diuum virtutibus Vrbem
Auxilijs iſtam reficit ille ſuis.
Quem populus Grachum cœleſti numine fultus
Deuotè ſacra relligigione colit.

Tabula Quarta.

Gregorius totum ſanctis dùm corrigit orbem
Legibus, ac Chriſti dulcia iuſſa ſuadet,
Et Stephanus claras dùm Regni ſuſcipit arces
Sauromatum, ſuperans Moſchica tella virum,
Quingentos decies octo poſt mille fluentes,
Treſq; annos fælix regia ſceptra tenet.
Hæc clebris Hyacintho conditur ara Beato,
Cuius nunc iterum hic inclita gleba iacet.

A Tergo Altaris Tabula prima.

Splendida ne mirere hoſpes monumenta, labores,
Artificum largam nec venerare manum.
Tradere nam voluit tabulis manſura per æuum
Marmoreis ſancti tot pia facta viri.
Scilicet eximius fratrum iſto ex ordine Doctor
Condidit hoc pulchrum nunc ſeuerinus opus.

Tabula Secunda

Nobilis at magnam Catherina Vvapouuska benigno
Aere iuuit partem, ritè ſecuta patres.
Atq; alij multi, quos terra Polona quietos
Diues alit, læti dona dedere ſua.
Floreat vt ſancti totum diffuſa per orbem
Fama viri precibus qui iuuat vſq; piis.

Tabula Tertia.

Fluctibus oppreſsi nautæ, celiq; ruina
Cum fuerant, clamant ſancte Hyacinthe faue.
Tunc cunctus pelagi cecidit fragor, æquora, venti
Strauerunt, portus naufraga turba petit.
Hic quoq; fallacem ſacris cacodęmona verbis
Torſit, & in ſtygias iuisit abire domos.
Quid memorem cunctos vitali lumine caſſos,
Queis dederat vita commodiore frui.

Tabula Quarta.

Huic cedunt rapido tumentia flumina vado,
Et firmat gelidas pendulus Iſter aquas.
Hic preſſas ſegetes, & ſata cadentia culmo
Orando releuat, triſtiaq; arua fouet.
Quot cæcos viſu, quot claudos greſsibus, & quot
Perfractos membris viribus iſte iuuat?
Quot febres, quot ſanguinolentia vulnera dicto
Ac meritis ſanat, quis numerare queat?

De oſsium ſiue Reliquiarum Beati Hyacinthi honorifica translatione Cap. XXXXIIII.

ABſolutis omnibus, quę ad opificium prædictę Capellæ,& altaris requirebantur ſupererat ſupranominatis ſacris Reliquiis,quæ iam pridem à ſuo loco priſtino eleuata erant depoſitionis ſiue translationis feſtum celebrare. Ad maiorem igitur ſancti honorem contigit Sanctæ memoriæ Sereniſsimum Stephanũ Regem debellatis atq; profuſis hoſtium Moſchouitarum copiis, Liuoniaq; ſubacta victorem Cracouiam rediiſſe, & ob ingentes Illuſtris ac Generoſi Ioannis Zamoſcii virtutes neptim ſuam eidem in vxorem tradidiſſe, atq; ad eaſdem nuptias penè totum Senatum, omnemq; florem nobilitatis confluxiſſe. Qua occaſioe accnepta Admodum Reuerendus P. frater Mælchior Moſticeñ. Prouincialis Poloniæ vnà cum toto Cracouieñ. religioſo Conuentu adhibitis Sacræ Sedis Apoſtolicæ mandatis, atq; ad hunc ſolemnem actum plurimis vtriuſq; ſtatus Primatibus vocatis, Præſentibus Illuſtriſsimis Alberto Bologneto,& Andrea Batorio S.R.E.Cardinalibus nec non RR.PP. DD. Cracouieñ, Ploceñ. Premyslieñ. Chelmeñ. & Cameneceñ. Epiſcopis cum magna populorum multitudine, piarumq; mentium deuotione in die ſanctiſsimorum Petri & Pauli Apoſtolorum ad gloriam & laudem Dei, Sanctiſq; perpetuum in terris honorem, harum Reliquiarum prædictarum translationem fecit, eaſq; in altare alabaſtrinum de quo ſupra fit mentio quã honorificentiſsimè per eoſdem Reuerendiſſ. Epiſcopos collocari procurauit. Quæ vt melius & verius videantur teſtimonio Reuerendiſs. Epiſcoporum litteris exarato, luculentius patebit. Cuius tenor eſt huiuſmodi: Petrus Myskouuski Dei gratia Epiſcopus Cracouieñ. Significamus præſentibus litteris noſtris, vniuerſis & ſingulis quorum intereſt præſen-

tibus & futuris harum notitiam habituris, Quia nos ad petitionem venerabilium ac Religioſorum fratrum ordinis prædicatorum S. Dominici Conuentus Eccleſiæ Sanctiſsimæ Trinitatis, intra muros Cracouień. ſcilicet Fratris Antonij Prioris Hylarij ſuperioris Felicis & Seuerini, Sacræ Theologiæ doctorum, Bartholomæi, & Victorini. S. Theol Baccalaureorum totiuſq; Conuentus eiuſdem Eccleſiæ Sanctiſsimæ Trinitatis, vnà cum Illuſtriſsimis, ac Reuerendiſsimis in Chriſto patribus, & Dominis Alberto Bollogneto Maſſaneń. Sanctiſsimi Domini noſtri Gregorij xiij. in Regno Poloniæ Nuntio, Petro Dunin Volski plocéſi, Ioãne Borukouuski præmislień. Martino Bialobrzesky Cameneceń. cãdem gratiam Epiſcopis. oſſa D. Hyacinthi ſub altari ſecundo verſus gradus ſeu ſcalas ſuperioris ſacelli ſitas in loculo ligneo clauis ferreis obfirmato, & munito, ibidem à quadraginta circiter annis recondita, vt litteræ in pargameno ſcriptæ, quæ in eodem conuentu habentur latius præmiſſa deponunt. Qui loculus vnà cum oſſe brachij eiuſdem B. Hyacinthi in theca ſtannea rotunda iuſtæ longitudinis ſecundum proportionem eiuſdem brachij reconditi, in poſteriori parte altaris ſupra fati vti in dictis litteris annalibus deſcriptum erat, inuento cum litteris ad partem ſuperiorem ſeu clauſuram eiuſdem thecæ ſtamneæ ita exſculptis, & expreſsis. Hic ſunt reliquiæ Sancti Hyacinthi, per fratres Fælicem & Seuerinũ ſacræ Theologiæ profeſſores reuerenter recipień. & brachiis ſuis ſuſtinen. &c. qui proceſsionaliter ad altare maius concomitante magna turba ſexus vtriuſq; hominum, quę ad eum actũ pro ſua deuotione conuenerat eaſdẽ deportauerũt, ac ibidem apertus eſt loculus p̃dictus ligneus, in quo publicè viſa ſunt prædicti Diui Hyacinthi oſſa cum ſuo Craneo venerabili ſacculus verò ſericeus, in quo eædem reliquiæ in dicto loculo fuerant re-

conditæ,

conditæ, & ob vetuſtatem pro tunc ex cemento recenti intra altare contractam lacer inuentus eſt. In ſuperiori verò parte prædicti loculi reperta fuit Cedula in pargameno de Anno Domini 1544. Die ſeptima menſis Septembris ſub titulo olim Reuerendiſsimi Petri de Gamratis Archiepiſcopi Gneſnen, & Epiſcopi Cracouień. continens in ſe repoſitionem oſsium D. Hyacinthi ſcripta. Poſtmodum facta reuerentia condigna prædictis reliquiis, ipſiſq; exoſculatis in ſacrarium Eccleſiæ, & Conuentus eiuſdem honorificè deportari iuſsimus ac ſub cuſtodia obſignatione ſigilli eiuſdem loculi certorum prælatorum noſtrorū ad id deputatorum tamdiu aſſeruań quouſq; altare nouum alabaſtrinum pro condendis huiuſmodi reliquiis comparabitur, mandauimus depoſuimus & leuauimus. Tandem eodem anno Mercurii verò ipſo die feſti SS. Petri & Pauli Apoſtolorum Hæc eadem oſſa D. Hyacinthi in præſentia infraſcriptorum Prælatorum noſtrorum maximaq; vtriuſq; ſexus concurrente, & ſpectante populi frequentia ibidem in eodem ſacello altaris ſuperioris de lapide alabaſtrino nouiter conſtructi in ſcriniolo ſtanneo repoſuimus, & condidimus. In cuius rei fidem & teſtimonium præſentes ſigilli noſtri appenſione communiri, ac Notario noſtro præſentes ſubſcribi iuſsimus, & mandauimus. Datum Cracouiæ Anno Domini 1583. Die 19. menſis Iunii Præſentibus Reuerendis Magnificis Generoſis ac Nobilibus dominis ſtanislao Craſzinski ArchidiaconoCracouień. Laurētio Gosliczki Decano Plocen, Paulo Dēbski Alberto Szidlouuski, Matia Kłodzinski Martino Skarſzeuuski Prelatis. & Canonicis Eccleſię noſtræ Catedralis Cracouień. Ioāne Fierlii de Dombrouunicza Caſtellano Byeczeń. & Referendario curiæ Sacræ Regiæ Maieſtatis, Gaſparo Macziciouuski Magiſtro ſtabuli capitulo Lencicień, Andrea Ze-

brzydouuski pocillatore Sacræ Regiæ Maieſtatis. Ad depoſitionem verò eorumdem oſsium *B.* Hyacinthi præſentibus Reuerendiſsimis ſupra nominatis Epiſcopis nec non Reuerẽdiſſ. Andrea Batthorio de Slomnio Præpoſito Miechouieñ Alberto Brudzinski cuſtode Crac. Ioanne. Craſzinski cantore Crac, Chriſtophoro Podoski, Laurentio Goſzilitki, Chriſtino Droſdouuski, Martino Slcarſzeuuski, Stanislao Skarſzeuuski, Andrea czieklinski Prælatis, & Canonicis Eccleſiæ noſtræ Cathedralis Cracouieñ. præſente etiam Sereniſsima Dña Regina Poloniæ D. Anna olim piæ memorię Sigiſmundi primi filia, & Sigiſmũdi Auguſti pie defuncti ſorore, Simeone, Georgio. Alexando fratribus & Illuſtriſsimis Ducibus Slucen, Nicolao Lyeſzniouuolski Caſtelano Podelaſſeñ. Fælice czirski Iudice terræ Cracouieñ. Paulo Sczauinszi Magiſtro Curiæ S. Reginlaris Maieſtatis & aliis quam plurimis ſexus vtriuſq; & conditionis Chriſti fidelibus fide dignis circa præmiſſa peragenda exiſteñ teſtibus. Deniq; in ſuperiore parte altaris ſub figura alabaſtrina ſupina in theca plumbea os brachii eiuſdẽ ſancti, prout in priori altari ſimplici conditum fuerat certis de cauſis præſentibus eiſdem teſtibus condidimus. Petrus Myſzouuski Epiſcopus Cracouieñ ſinificat. Petrus Dunin Vvolski Epiſcopus Ploceñ. Ioannes Bornkouuski Epiſcopus Præmiislieñ. Regni Poloniæ Viceecancellarius ſignificat. Sigilla 4. Reuerendiſſ. Bollognetti. qui poſtmodum fuit Cardinalis factus Reuer. Epi Cracouieñ. Ploceñ. Præmiislieñ.

Eſt autem conſecratum altare prædictum eodem Anno ſcilicet 1583. die Dominico in feſto S. Dominici patris noſtri coram plurima vtiiuſq; ſexus & ſtatus ſiue cõditionis multitudiue cuius conſecrationis notula in pargameno in theca Reliquiarum altaris talis eſt: Anno Domini 1583. Die Dominico ſeptima menſis Auguſti, Ego Iacobus Mileuuski Dei gratia Epiſcopus Laodicen

diceñ. Suffraganeus Gracouieñ. &c. Hoc altare ad honorem Dei omnipotentis, & B. Mariæ virginis, necnon omnium ſanctorum, & ſingulariter in memoriam S. Hyacinthi confeſſoris conſecraui, in eoque reliquias ſanctorum Stanislai, Floriani, Thomæ Aquinatis, & D. Hyacinthi confeſſoris, & Sancti Seuerini ſigillo ſuo munitas incluſi, indulgentiasq; his omnibus, qui adfuerunt conſecrationi hodie vnum annum, & in die anniuerſario ipſum viſitantibus 40. dies de vera indulgentia in forma Eccleſiæ conſueta conceſsi.

De noua pro Canonizatione S. Hyacinthi ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum expeditione.
Cap. XXXXV.

PEractis omnibus iſtis, quæ ad altaris, & ſepulchri huius ſancti decorem pertinere videbantur Deo Optimo Maximo inſpirante ad proceſſum Canonizationis eiuſdem Sancti cum Reuerendo patre prouinciali ſupradicto Melchiore Sacræ Theol. Magiſtro, & Priore Crac. & omnibus patribus prouinciæ, & conuentus Cracouieñ. maturius accedere deliberauimus. & inuocato Dei noſtri (qui ſanctorum ſuorum curam habet, & cuſtodit omnia oſſa ſanctorum ſuorum ne conterantur) auxilio, & fauore, Regem Stephanum ibid. Cracouiæ commorantem humiliter fuimus deprecati, vt apud Sanctiſsimum Dominum noſtrũ bonæ, & fælicis recordationis Gregorium XIII. Summum Pontificem Canonizationis cauſam agere dignaretur. Qui noſtræ ſupplicationi annuens petitionem inſtantiſsimam ad eundem Romanæ ſedis Antiſtitem fecit, eamque ſigillo communiuit. Idemque pientiſsimus Rex ad Cardinalem Farneſium protectorem Regni epiſtolam præcatoriam miſit, poſtulans, vt apud

ſanctam

ſanctam ſedem Apoſtolicam nomine Regis pro cauſa huius ſancti dignaretur ferre ſubſidium. At vero iniuria temporum factum eſt quod & ad optimum paſtorem Papam Gregorium Decimum tertium morte præuentum litteræ datæ non peruenerunt. Et nobis cunctantibus Regẽ Stephanum mors inopina, & repentini caſus eripuerunt. Anno vero Domini 1587. In aduentu Domini. Cum Sereniſsimo Sigiſmundo Tertio Rege Poloniæ pientiſsimo, Domino meo clementiſsimo Cracouiam veni, & per Reuerendum patrem prouincialem F. Fœlicem S. Theol. Magiſtrum, in prædicatorem ordinarium conſtitutus iterum ad conſcribenda miracula animum, & calamum applicaui eidemque libro miraculorum cautius, & diligentius ea, quæ mihi ſub fide dignis teſtibus offerebantur, quæ manu tangere, & oculis perſpicere potui diligenter conſignaui quouſque mihi Romam proficiſcendum erat. Namque in capitulo Louicieñ. 1586. pro feſto S. Michealis diffinitor Generalis Capituli electus, cogitare cępi, quatenus non tantum religionis negocium cuius cauſa Romam properandum erat, ſed etiam cauſam Canonizationis Sãcti Hyacinthi ad ſedem Apoſtolicam afferem promouendam, Communicato igitur cum patribus Cracouieñ. conſilio (cum prouincincialis Poloniæ Fælix ob cõtagionem peſtis longè abeſſet, nec ad eum aditus facilis eſſet) accepta ſupplicatione fratrum illius Conuentus ad Sereniſsimum Sigiſmundum Tertium Regem noſtrum Vuarſouiam properaui. Et in comiciis generalibus Vuarſouieñ. tam pientiſsimi principis, quàm etiam religioſiſſimæ, & Sereniſsimæ Annę Reginæ Poloniæ, & oĩum Epiſcoporum, & Palatinorum Caſtellanorum, & Nunciorũ terrarum, qui Catholica, & auita fide, & pietate pollebant litterarum præſidia accipiens Romam Dei adiutorio, & Sancti Hyacinthi præſidio properans fæliciter perueni. Hæ autem ſunt litteræ quarum recõmenda-

tione

tione fultus apud ſedem Apoſtolicam negotium ſum exorſus.

Litteræ Sereniſſimi Stephani Poloniæ Regis ad Gregorium Decimum tertium Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo Domino noſtro diuina prouidentia Gregorio XIII. Vniuerſalis Eccleſiæ Dei Pontifici Maximo Domino meo clementiſsimo.

Beatiſsime pater D. clementiſsime. Poſt oſcula pedum beatorum. Sereniſsimi ſuperioris ætatis Reges Poloniæ vna cum Reuerendis Epiſcopis ſæpius iam Apoſtolicæ ſedi commendarunt ſuis litteris FratremHyacinthum ſacri prædicatorum ordinis virum ſingularis ſanctimoniæ atque admirabili præſtantia maximarum virtutum. Adiunxerunt, & illam petitionem, vt eiuſdem Apoſtolicæ ſedis auctoritate inter ſanctos Catholica Apotheoſi referatur. Æquitati petitionis,quædam conceſſa ſunt, vt eſt ſacrum Miſſæ ſacrificium oratione de vno Confeſſore inſerta. Alia vero, vtpote conſecratio ſeu Canonizatio ipſa hominis admirandis virtutibus clariſsimi ſunt ad tempus oportunius commodiuſque dilata. Interea vero cum eiuſdem integerimi viri, qui idem comes Sancti Dominici idem diſcipulus fuit,continuo Sanctitas floreſcat,& libris auctoritate publica conſcriptis,mirificè piis hominibus apud Deum ſuffragari, varioque elucere miraculorum genere probetur Iuſta, & pia religioſorum patrum Sancti Dominici familiæ videlicet Prioris Prouincialis Regni mei totiuſque conuentus ſanctiſsimæ Trinitatis Cracouień. petitione adductus hoc ipſum vetus, & inchoatum negotium B. Hyacinthi Canonizandi Beatiſsime pater S.V. commendo ſimulque ab eo peto, vt rebus omnibus, quæ huc attinent animaduerſis teſtimonijſque cognitis

tandem

tandem id de tali tantoque viro declaret, quod diuini nominis laudi quod pietati Chriſtianæ, quod Catholicæ Eccleſiæ incremento iudicauerit conſentaneum maxime futurum. Sanctitatem Veſtram in Eccleſia Chriſti adminiſtranda diu proſpere valere cupio. Datum Cracouiæ 14. Septembris Anno Domini 1583. Regni vero noſtri octauo Sanctitatis Veſtræ obſequentiſsimus filius Stephanus Rex Poloniæ manu propria.

Littera Sereniſſimi Sigiſmundi Tertij Poloniæ, & Sueciæ Regis, ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo, ac Beatiſsimo Patri, & Domino Domino Sixto diuina prouidentia Papæ Quinto Sacroſanctæ Romanæ, ac vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici Maximo Domino clementiſsimo. Sanctiſsime, ac Beatiſsime in Chriſto Pater, & Domine Domine clementiſsime. Poſt oſcula pedum beatorum, mei, regnique, & dominiorum meorum diligentem cõmendationem. Quod Sereniſsimos Poloniæ Reges prædeceſſores meos iam inde à multo retro tẽpore à Dominis S. V. p̃deceſſoribus Pontificibus Maximis ſummo ſtudio petiiſſe intellexi, Idem ego, vt non minori a S. V. petam adducor tum illorum exemplis, tum ipſo pietatis officio, nimirum vt S. Hyacintho S. Dominici diſcipulo, & co miti religioſiſsimo, quem propter miracula ab ipſo tum viuo tum defuncto edita populus meus magna pietate veneratur Apoſtolica auctoritate diuorum honorem tribuat Rem hanc Sanctiſsimo huic viro iampridem debitam, & cum à Regibus ipſis, tum ab hiſce populis diu expetitam variæ ſuperioris ætatis tum perturbationes tum difficultates in hoc S. V. ac meũ tẽpus protulerunt quaſi extremũ

hono-

honorem hunc ſuum à S.V. D. Hyacinthus expectaſſe, ac eum illi potiſsimum acceptum referre voluiſſe videatur. Quamobrem ſupplico S.V. velit tũ ea, quæ iam à ſuperioribus Pontificibus, & inſtituta & conceſſa eo in negotio fuerunt tum vitam, actus, necnon ea quæ diſceſſum ex hac vita ſancti illius viri ſunt cōſequuta cognoſcere, Ac ſiqui dem erunt eiuſmodi, quæ non humana vi, ſed ſingularis cu iuſdam diuinæ gratiæ præſidiis perfecta ſint vti ſane ſunt plane diuina, ne patiatur diuinum hominē debito hic inter homines premio carere. Excitet admiratores virtutum, & miraculorum illius ad vitam illius imitandam, ac Deum Opt. Max. qui ita mirabilis eſt in ſanctis ſuis tanto arden tiore pietate colendum Erit hoc omnibus ſæculis comme morabile S. Hyacinthum S.V. Pontificatu ſanctum eſſe declaratum, qui eo honore quaſi deuinctus perpetuo S.V. ſalutem ad hanc Eccleſiæ Dei procurationem, quam tanta vigilantia S.V. moderatur, & gubernat, Deo cui adſtat, & quem præſens intuetur commendabit, ac meus etiam Regnique mei in cælis aſsiduus erit patronus. Negotij totius iſtius progreſſum, ac quid de miraculis diuinam ſanctitatē viri iſtius comprobantibus cognitum exploratumque ſit venerabilis Seuerinus eiuſdem fratrum prædicatorum inſtituti ſacerdos, & Theologus ad S.V. perferret cuius ego clementiæ me Regnumque meum etiam atque etiam com mendo. Datum Vuarſzouiæ die 5. menſis Martij Anno Domini 1589. eiuſdem S.V. obſequentiſsimus filius Sigiſmundus Rex Poloniæ.

Littera Sereniſsimæ Annæ Reginæ Poloniæ, Ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo, ac Beatiſs. in Chriſto patri, & Dño Dño Sixto diuina prouidentia Papę V. Sacroſanctę Romanę

ac

ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Domino clemen tiſsimo. Beatiſsime Pater. Poſt oſcula pedum beatorum S.V. & obſequiorum meorum in gratiam eiuſdem diligen tem commendationem, Tametſi compertum mihi eſt ea, quæ religionis pietatisque ſunt augendæ nulla commendatione apud S. V. egere:cum in hoc genere negotii ſuas omnes curas cogitationesque habet defixas ſumpſi nihilominus partes hiſce meis litteris Diuum Hyacinthum commendandi Sanctitati Veſtræ ſi commendandi ſunt hi quos præſtans excellensq; virtus cælo immortalique gloria aſſeruit. Verum audeam ego eorum cauſa in terris aliquid facere, qui præſentem mundi opificem Deum, præſentes appellare omnium noſtrum cauſa nunquam in cœlo deſiſtunt,Splendeſcit in dies ſingulos huiuſce Diui San ctimonia, populi pietate miraculisque inſignis, Apparet cuiuis quanti,& cuius viri fuerit comes,& imitator,ſiquidem à Diuo Dominico Polonus in Poloniam miſſus Apoſtoli munus obiuit.Quod igitur à S. V. Sereniſsimus Rex Nepos meus plerique ordines Regni Poloniæ petunt hoc ego etiam ſupplico vti hunc Diuum Hyacinthum S.V.nu mero ſanctorum iampridem ſanctitate vitæ aſcriptum,& promulgatum auctoritate ſua Apoſtolica aſcribat, & Eccleſiæ Sanctum eſſe, vti quidem eſt, promulget, Cætera, quæ huc ſpectent S. V. ex venerabili Seuerino ſacerdote Theologo ordinis prædicatorum cognoſcet vberius. Quam diu florentem benè, ac fæliciter valere cupio. Datum Vuarszouiæ die ſeptima menſis Martij Anno Domini 1589. Sanctitatis Veſtræ obedientiſsima filia Anna Regina Poloniæ, &c.

Lit-

Littera Illuſtriſſimi, & Reuerendiſſimi Cardinalis Radziuili ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo Domino noſtro. Beatiſsime Pater. Poſt oſcula pedum Beatorum. Miracula Diui Hyacinthi ſocii olim, ac diſcipuli Sancti Dominici, quibus Dei beneficio claruit adeo ſtupenda admirandaque fuere, vt eorum fama vniuerſum ferè Chriſtianũ orbem repleuerit. A Sereniſsimisque. Poloniæ Regibus dignus fuerit viſus, qui ſedis Apoſtolicæ auctoritate in numerum beatorum cooptaretur, cultuque ac veneratione eorum quo cęteri viri ſancti honoraretur. Iamque diuina prouidentia, ac eorundem Sereniſsimorum in Polonia Regum ſtudio non parua ſanè Canonizationis Diuini huius viri fundamenta tempore Clementis Septimi iacta fuere quin potius productis tunc iis omnibus de Sanctitate D. Hyacinthi, quę ad actum Canonizationis requirebantur in tantum res progreſſa erat, vt ſine dubio ad optatum finem deducta fuiſſet, niſi tumultus bellici ſub illud ipſum tempus in Italia exorti obſtitiſſent, id cum ex ſcriptis authẽticis, quę S. V. offerentur manifeſtum ſit rem longioribus verbis S. V. non exponam. In eo tantum apud S. V. Diuini huius viri cauſam ago ſupplexq; peto, vt S. V. prouidere auctoritate ſua dignetur, ne tantus vir, quem Deus, & vitæ ſanctimonia, & miraculorum gratia honoratum eſſe voluit debito ſibi virtutibusque ſuis careat honore famaque nominis illius, ac gloria ſenſim intereat. Qua ſane ratione honori tam diuini viri conſulet, & gloriam Dei, qui in ſanctis ſuis potens laudabilis, & glorioſus eſt extollat. Me quoque, & vniuerſos Catholici nominis in Regno Poloniæ ſibi, ac ſãctę ſedi Apoſtolicę deuinctiſsimos reddet. Quam prępotens Deus ad ſui nominis gloriam diu incolumem conſeruet,

Datum

Datum Vvarszouiæ die 18. Maitii Anno Domini 1589. S. V. Humillimus, & obedientiſsimus ſeruus Georgius Cardinalis Radziuilus, &c.

Litteræ Illuſtriſsimi Archiepiſcopi Gneſnen. ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo, ac Beatiſsimo in Chriſto Patri, & Domino noſtro Domino Sixto diuina prouidentia Sanctæ Romanæ, & vniuerſalis Eccleſiæ Pontifici Maximo. Sanctiſsime, ac Beatiſsime Pater Domine Domine clementiſſime. Iam diu eſt cum negotium Canonizationis Sancti Hyacinthi Sancti Dominici ſectatoris, & diſcipuli ad ſanctam Sedem Apoſtolicam delatũ fuerat, Beatæque memoriæ Clementi Septimo Pontifici Maximo non paruos iam in eo progreſſus fecerat. ſed cum propter Italicorum bellorum tempeſtates, rerumque Romanarum varias, ac ſubinde ſeſe ſequentes perturbationes, & ipſe & alii poſtea Summi Pontifices non modo operi tam præclaro finem non impoſuerint, ſed etiam quadam temporis iniquitate, ea omnia, quæ de vita & miraculis Beati illius viri grauiſſimis hominum teſtimoniis perſcripte fuerant nunc primum ex tenebris eruta lucem aſpexerint, Denuo res eadem integra refertur ad S. V. Faxit Deus Optimus Maximus, vt à S. V. in cuius eſt Pontificatum diuinitus adducta fæliciter tandem, & quam citiſsime abſoluatur. Equidem cum S. V. voluntatem cum plenitudine poteſtatis confero nullus mihi hac de re illi ſupplicandi videtur locus relictus, ſed vitæ ſanctitas, operumque admirandorũ multitudo, & magnitudo, quibus cæleſtis vir ille viuus, mortuuſque claruit quæque non modo à maiorum patrumque noſtrorum memoria ad nos deuenerunt, ſed noſtra etiam ætate quotidie fere conſpiciuntur. Hoc à me pietatis

officium

officium efflagitant, vt S. V. interpellare non dubitem velit pro inſigni ſua pietate tantorum geſtorum memoriam ab interitu, & obliuione vindicare, & ſi iudicauerit coniunctum id fore cum diuini nominis laude Chriſtianæque religionis incremento eundem etiam illi cultum, & honorem decernere, qui Sanctis aliis cum Chriſto in cælis regnantibus exhibetur. Quod cum S. V. celeriter vt ſperamus, & optamus perfecerit, non modo noſtrorum hominum pietatem, qua in cæleſtis illius viri memoriam religioſe colendum feruntur augebit, ſed etiam eiuſdem Sancti precibus, & in hoc Eccleſiæ ſanctæ regimine diuturnam fælicitatem, & retributionem poſtea ſempiternam comparabit. Commendo orationes meas humillimas S V. Datum Vuarſzouiæ 8. Martii Anno Domini 1589. Eiuſdem S. V. Humillimus (Capellanus) Stanislaus Archiepiſcopus Gneſneñ. manu ſua.

Littera Illuſtriſsimi Archiepiſcopi Leopolien. Ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo Domino noſtro. Sanctiſsime ac Beatiſsime Pater. Poſt oſcula pedum Beatorum. Beati Hyacinthi ordinis S. Dominici atque ipſius patris coætanei conſpicua vitæ ſanctimonia, pietas inſignis, doctrina celebris, zelus erga Deum feruens in eiuſque ſancta Eccleſia indefeſſi labores, Dei Optimi Maximi benignitate, miraculis, & beneficiis uariis ad eius ſacram tumbam illuſtrantur. Quod documentis certis cum apud anteceſſores S. V. probatum eſt, tum apud Sanctitatem Veſtram abunde vti ſpero demonſtrabitur. Ab illis iam duplici officio vir ille beatus, decoratus eſt S. V. quod ab illius ſingulari pietate

Regnum hoc, id autem eſt, honoribus ſanctorum Dei fauentiſsimo Pontifice exſpectat, vt huic negocio iam manum extremam apponere ſtudiiſque piis, & deſideriis noſtris reſpondere atque ipſum S. Hyacinthum qui fidelis ſeruus erat Ieſu Chriſti; inter eius Beatos ſeruos, quorum animæ gaudent in cælis etiam in hac miſeriarum valle in qua viuimus expectan. Beatam ſpem & aduentum magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti Apoſtolica ſua ſanctiſsima auctoritate referre, & connumerare, ac Canoni Beatorum Confeſſorum adſcribere vellit, & ipſe humillimus ſeruus S. V. eidem ſupplico, demum patrem miſericordiam obnixe rogans, vt S. V. diutiſsime ſaluam fælicem, & incolumem ad ſui nominis laudem, & Sanctæ Eccleſiæ ſalutem conſeruare vellit Vvarſzouię in Comitiis Regni Die 14. Martij 1589. Sanctitatis Veſtrę. Humillimus, ac perpetuus ſeruus. Ioannes Demetrius Sulikouuski Archiepiſcopus Leopolień.

Littera Reuerendiſsimi Domini Petri Myskouuski Epiſcopi Cracouien. Ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

Sanctiſsimo, ac Beatiſsimo Patri Sixto Quinto ſummo, ac vniuerſali Eccleſię Dei paſtori Domino clementiſsimo. Sanctiſsime, ac Beatiſsime Pater. Quantis miraculis Sanctus Hyacinthus Sancti Dominici comes & diſcipulus claruerit, non modo poſt mortem verùm etiam dum vitam hác mortalem viueret, puto S. V. notum eſſe, Eo enim fama Sanctitatis illius, & miraculorum proceſsit, huius vt ampliſsimi Regni vicinarumque nationum finibus non contenta vniuerſam Chriſtianam Rempublicā peruaſiſſe, & omnium mortalium, qui de illius factis audiuere

uere mentes ſummam in admirationẽ rapuiſſe videatur. Nec immerito certe, pauci enim in ſacrarum litterarum monimetis iis miraculis claruiſſe leguntur, quæ D. Hyacinthum feciſſe non modo accepimus, verum etiam ipſimet oculis noſtris conſpeximus. Nam vt ea omittam, quæ illi cum aliis ſanctiſsimis viris communia fuere quod cæcus, curauerit, lęproſos mũdauerit ęgrotos ſanauerit, multaque alia admiranda miracula diuina fretus potentia fecerit, illud modice attingã quod paucis ſanctis in vita cõtigiſſe legimus, tres à morte ad vitam reuocauit, vita verò functus, & vſque nunc magnis claret miraculis S.V. ſingula non enumerabo: Ea enim Albertus Leander Bononieñ libro ſuo de viris Illuſtribus ad Nicolaum Flrſcium Genuenſem Cardinalem ſcripto, qui omnium fere manibus teritur abunde, ac diſerte recenſuit tum etiam quod S. V. ea melius ſi ei adhuc minus nota ſunt ex grauiſsimorum virorum teſtimoniis, quæ illi offerrẽtur cognoſcet, ac intelliget. Hæc autem cum ita ſe habeant etiam atq; etiam ſupplico S.V. vna cum toto clero meo vt S.V. ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſuaque ſentẽtia S. Hyacinthũ in numerũ ſanctorum aſſumere atque aggregare velit; rebuſque omnibus, quæ huc attinent animaduerſis, ac teſtimoniis cognitis, id de tali tantoque viro ſtatuat, quod diuini nominis laudi, quod pietati Chriſtianæ, quod Catholicæ Eccleſiæ incremento iudicauerit conſentaneum maxime futurum, puto autem id S.V. perlibenter facturam. Magnę enim pietatis eſt non pati occidere eorum memoriam, qui egregiis factis, & ſupra humanum captum diuina quadam ope geſtis omnem æternitatem meruerũt. S.V. in Eccleſia Chriſti adminiſtranda diu proſpere valere cupio, cuius me gratiæ atque clementiæ, meumque clerum etiam atque etiam commendo. Datum Bodzantini die 15. menſis Februarii Anno Domini 1589 eiuſdem S.V. humillima creatura. Petrus Epiſcopus Cracouieñ.

Littera Reuerendiſsimi Epiſcopi Poſnanien. Ad Sixtum Quintum Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo Domino noſtro Sixto diuina prouidentia Pontifici Max. Domino clementiſsimo. Beatiſsime Pater, & Domine D. clementiſsime. Poſt oſcula pedum Beatorum. *Pi*æ voluntati petitioni que religioſæ patrum ordinis S. Dominici obſecutus ad S.V. de B. Hyacintho eiuſdem ordinis viro ſingulari prædito integritate ſcribendũ exiſtimaui ſupplicando S. V. vti eundem in ſanctorum album numerumque referat iis omnibus rebus perſpectis, & examinatis, quæ Catholica Apotheoſis exquirit, ſiquidem extant de vario miraculorum genere, quæ plerumq; ſunt magna ſanctimoniæ argumenta libri auctoritate publica conſcripti. Res eſt præterea a D. Clemente VII. Pontifice Max. inchoata, vt nihil ferme præter publicam S.V. conſecrationis Canonizationisq; declarationem deſiderari dicatur. Id quod ego S.V. facilè ſpero facturam ſi in rẽ Eccleſiæ Chriſti pietatisque Catholicæ iſtud cognouerit futurum. Quod ſuper eſt S.V. gratiæ me totum commendo. Datum Vuarſzouiæ in Comitiis Regni generalibus die 18. menſis Martij Anno 1589. S.V. Humillimus ſeruitor. L. Epiſcopus Poſnanieñ. manu propria.

Littera Reuerendiſsimi Domini Epiſcopi Plocen. *Petri Dunin Volski.*

SAnctiſsimo ac Beatiſsimo in Chriſto patri, & D.D. Sixto eius nominis *Papæ* V. Domino ſuo clementiſsimo. Beatiſsime Pater quãta cura, & ſollicitudine ſuperioribus temporibus cum ſummis Pontificibus fratres ordinis prędicatorum conuẽtus Crac. Sanct. Trinitatis egerint, vt

B. Hya-

B. Hyacinthus vir eiuſdē ordinis, admirandæ virtutis, & ſanctimoniæ auctoritate S. ſedis Apoſtolicæ Canonizaretur, & in numerum ſanctorum ritu ſolemni aſcriberetur teſtantur ea, quæ ab illis in hoc negocio iam pridem impetrata ſunt, & de quibus diplomatibus illorum fidē nobis fecerunt. Quoniā vero hoc ipſum negociū propter certa impedimenta, quæ cōmemorant hucuſque confectum nō eſt, nollent autē in cōficiendo videri remiſsiores, ſed dare omnem operam ſuppliciterq; petere à S.V. nunc deniq; exemplo maiorum ſuorū vellent, vt tādem aliqñ ex animi eorū ſententia tranſigeretur, & expediretur. Rogauerunt vehementer, vt & ego qnoque inter alia apud S. V. hoc eorum pium ſtudium, conatum, & poſtulationem commendatione mea iuuarem. Quare commendo diligentiſsime S. V. Canonizationem S. Hyacinthi, atque rogo maiori quo poſsū ſtudio, vt in ea perficienda non duriorem ſe illis, ſed exorabilem præbeat, virum hunc vitæ integritate, & ſanctimonia prę̃ſtantem fuiſſe accepimus adeo, vt etiam Deus Opt. Max. eundem multis miraculis comprobauerit, & charum ſibi fuiſſe manifeſtum oſtenderit. Deum immortalē ſemper præcabimur pro S. ſedis Apoſtolicæ fæliciſsimo ſtatu, rectaque, & diuturna S. V. valetudine. Ego autem pedes ſacratos S.V. omni mea demiſsione exoſculor. Vuarszouiæ die 16. Martii Anno Domini 1589. S. V. indignus ſeruus, Petrus Epiſcopus Plocen̄.

Littera Reuerendiſs. D. Alberti Baranouuski Epiſcopi Pramyslien. & Regni Poloniæ Vicecancellarij. Ad eundem.

SAntiſsimo ac Beatiſsimo Patri, & Domino Domino Sixto Papæ Quinto Domino meo clementiſsimo Sanctiſsime & Beatiſsime Pater Domine Domine clemētiſsime. Beatiſsimos Sact. V. pedes debita veneratione

exoſculatus me meumque clerum illius paternæ clementiæ ſuppliciter commendo. Quæ tum priſcis litterarum monumentis in publicum edita tum recens ab huius Regni Epiſcopis ipſoque Sereniſsimo Rege noſtro ad S.V.de miraculis à D Hyacintho S.Dominici comite & diſcipulo religioſiſsimo tum viuo tum defuncto editis ad S. V. perſcripta ſunt ea mihi repetenda eſſe non puto,tantum eidem vna cum clero Præmislien. Eccleſiæ meæ humiliter ſupplico, vel vt rem ad diuini numinis laudem pertinentem iam pridem in Vrbe agitatam temporum autem iniquitatibus interruptam, tandem ipſa cognoſcere vellet ea teſtimonia miraculorum, quæ ad S. V. venerabilis Frater Seuerinus ordinis prædicatorum ſacerdos, & Theologus ſumma fide conſcripta, & obſignata defert iuditio ſuo perpēdere, Ac ſi nō humana, ſed diuina ope perfecta S.V. videbuntur eum honorem Apoſtolica auctoritate D.Hyacintho tribuere, quem tot rebus admirabilibus probata ipſius ſanctitas iamdudum flagitaſſe videtur, Faciet S. V. rem, cum ad excitandum Catholicorum horum populorum in ſanctos pietatem, maximum momentum allaturam, tum Deo ipſi Opt.Max.qui tot tantiſque teſtimoniis illum ſibi chariſsimum eſſe comprobauit gratam, & ſanctis omnibus iucundam, Ego fælicitate huius regni lætabor, cui S. V. iudicio tantus iſte nouus in cæleſti curia patronus accedet perpetuoque pro diturna S.V. valetudine, ac Eccleſiæ gubernatione fęlici cum clero meo hoc ipſo. Aduocato B. Hyacintho ad Deum vota facere non deſiſtam, cuius clementiæ me clerumque meum ſuppliciter commendo. Datum Vuarſzouiæ die 13. menſis Martii Anno Domini 1589 S.V. ſacerdotum minimus. Albertus Epiſcopus Præmislien. Regni Poloniæ Vicecancellarius.

Littera Reuerendiſsimi Domini Bernardi Maczieiouuski Epiſcopi Luceorień. Ad eundem.

SAnctiſsimo Domino Domino Sixto Papæ Quinto Pontifici Maximo Domino clementiſsimo. Beatiſsime Pater. Poſt oſcula pedum beatorum. Et ſi meas litteras ad promouendum negocium Canonizationis Sancti Hyacinthi cuius gratia religioſi patres ordinis Sancti Do nici ad S. V. proficiſcuntur minus neceſſarias eſſe iudicabam, cum & Sereniſsimus Rex noſter omnesq; regni iſtius Epiſcopi, Senatorius præterea & equeſtris ordo ſuis, id apud eam vrgeant longe efficacius, & S. V. vti in tam pia atque propagando cultu diuino maxime idonea cauſa promptiſsimam ſe ſponte ſua, ac benigniſsimam, vt ſpero præſtitura ſit nobis, tamen vt ego officio hac in parte meo ſatisfacerem reique tam piæ, ac ſanctæ particeps quoquo modo eſſem paucula hæc ſcribere volui. Vir iſte fuit ſanctiſsimus multiſque cum viueret (quod cum ex publicis grauiſsimorum virorum monimentis, tum magis ex ipſo, qui ea de re authentice habetur proceſſu S.V. intelliget) pluribus poſt mortem miraculis claruit, atque etiam nunc claret, quæ nos hic quotidie ſumma cum conſolatione noſtra referri audimus. vnde & maiores noſtri cum ſigna huiuſmodi pro indubitatis gratię diuinæ ſanctitatiſque viri huius argumentis haberent, non prætermiſerũt apud ſanctam ſedem Apoſtolicam agere pro viribus, vt cuius accepta apud Deum pro ſe experiebantur ſuffragia tum declaratione Pontificis, vt Sanctum venerarentur, ac colerẽt multique ex DD. prædeceſſoribus Sanctitatis Veſtrę ſedulo in eam rem incubuerunt, maximè vero D. Clemens Septimus, qui ſub nomine Beati viri huius Miſſam, &

officium inſtituit, in albumque ſanctorum retuliſſet illum proculdubio niſi grauiſsima temporis illius negocia, quæ cum inuitum alio auocabant impedimento fuiſſent, vel potius niſi Deus immortalis, apud quem futura ſunt vt præſentia, S. V. quam ad hos plenos omnis pietatis actus ſingulari quodam modo deſtinauiſſe videtur opus hoc, quod alii ſummo ſtudio inchoarunt cum maiori fortaſſe nunc, quã tunc Catholicæ religionis incremento perficiendum reliquiſſet. Quod quia S. V. ſi id cum laude diuina atque è re Eccleſiæ Chriſti futurũ perſpexerit, pro pietate ſua libentiſsime facturam non dubito, plura de iis non ſcribens me & Eccleſiam meam ad ſacros S. V. pedes prouolutus ſanctis orationibus illius commendo. Datum Vuarſzouiæ die 18. menſis Martii Anno Domini 1589. S. V. Exorator, & ſeruus humillimus. Bernardus Maczieiouuski Epiſcopus Luceorien.

Litteræ Reuerendiſsimi Domini Laurentij Goslicʒki Epiſcopi Chelmen. Ad eundem.

SAnctiſsimo, & Beatiſsimo P. & Domino Domino Sixto Papa Quinto Vniuerſalis Eccleſiæ Catholicæ ſummo Pontifici Domino clementiſsimo. Sanctiſsime ac Beatiſsime Pater oſculatis pedibus S. V. fidem & obedientiam, ac obſequia mea in gratiam S. V. commendo. Idem ego à S. V. cum vniuerſo clero meo, quod alij Reuerendiſs. D. Epi Regni Poloniæ vel potius tota Polonia, & Lituania petit poſtulo vt S. V. Hyacinthum Sanctum inſcribat in librum ſanctorum. Sanctus in cælis eſt, ſanctificari etiam merito debet in terris, ne virtutibus, & meritis eius obſcuratis, aliquid detractum videatur gloriæ Dei, quæ in viro Bea-

to

to miraculis enituit atq; ex eius dictis, & factis glorificetur magis nomen Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. In declaranda viri Beati vita nolo eſſe prolixus ſatis eſt Epiſtolæ teſtimonio apud S.V. veritatem declaraſſe, quam Epiſcopus debeo omni loco, & tempore profiteri S.V. Dominus Deus ſeruet ſanam, & in columẽ Eccleſiæ Dei cui me iterũ humiliter cõmendo. Datum Vvarſzouiæ die 15. menſis Martij Anno Domini 1589. S. V. obſequentiſsimus ſeruitor & ſacerdos. Laurentius Goſzliczki Epiſcopus Chelmeñ.

Litteræ ab omnibus ordinibus ſtatus ſecularis ſub viginti Septem ſigilis ad ſummum Pontificem Sixtum Quintum.

SAnctiſsimo ac Beatiſsimo Patri & Domino D. Sixto Quinto Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Pontifici Maximo Domino noſtro clementiſsimo.

Sanctiſsime ac Beatiſsime pater Domine noſter clementiſsime Poſt oſcula pedum beatorum S. V. Salutem. & omnia bona atq; fælicia S.V. Syncerè præcamur. Noui Regis noſtri Sereniſsimi Sigiſmundi Tertii poſt felicem inaugurationem ad comitia Vvarſzauieñ. Generalia pro ſalute Reip. Poloniæ cum Dei ſpiramine conſulturis, congregatis omnibus Senatoribus, ſtatibus, & ordinibus nobilitatis Poloniæ, Magniq; Ducatus Lituaniæ oblata eſt nobis per Reuerendum patrem Seuerinum Theologum ex ordine Prædicatorum nomine totius Prouinciæ ſuæ cum miraculorum libris authenticis (quæ Deus omnium ſanctorum auctor per D. Hyacinthũ ſociũ olim ac diſcipulũ S. Dominici, & prioribus ſæculis, & noſtris temporibus operatus eſt) humilis ſupplicatio, qua petitum eſt vt Sanctitati Veſtræ vt par eſt, Chriſtiano populo obnixe ſupplicaremus, quatenus hunc virum

San-

Sanctum a uitæ nobilitatis Polonæ, vtpote ex ſamilia nobiliſsima Odrouuôſzorum ortam, decus & ſplendorem, & non ſolum ſanguine ingenuum ſed etiam diuino ſpiritu pollentem inſtituti S. Dominici a quo Romæ habitum induerat ſtudioſiſsimum, diuini numinis radio corruſcantem, & qualis apud omnipotentem comunem omnium dominum fuerit meriti luce ipſa clarius demonſtrantem auctoritate ſacroſanctæ Sedis Apoſtolicæ, cuius nunc S. V. tenet gubernacula innumerum ſanctorum (quod multis ante ſeculis tum à Sereniſsimis Regibus noſtris tum ab omnibus Catholicæ religionis in regno Poloniæ ordinibus apud ſanctam Sedem Apoſtolicam ſæpius deſideratum eſt) adſcribere & connumerare vellit. Nos igitur cum Sereniſsimo ac Clementiſsimo Sigiſmundo Rege noſtro, nec non pientiſsima & Sereniſsima Anna Regina Poloniæ. Magna Duciſſa Lituaniæ, tũ etiam cum Reuerendiſsimis Archiepiſcopis & Epiſcopis totoq; Reuerendo ac venerabili clero, cũq; Magnificis Senatoribus & ordinibus Regni Poloniæ magniq; Ducatus Lituaniæ audień & videń miracula quibus gratiæ Dei beneficio, & auxilio vir Hyacinthus beatus claruit, tam in hac mortali cum in hic terris eſſet: quã in illa immortali, qua modo fruitur in cælis vita, a maioribuſq; noſtris dignus fuerit viſus qui Sedis Apoſtolicæ auctoritate in album & numerum Beatorum cooptaretur; cultuq; ac veneratione eadem qua cęteri ſancti euecti ſunt, honoraretur, dignũ exiſtimauimus votis Patrum noſtrorum vota noſtra adiungere, & vt per S. V. omnium noſtrum deſiderium compleatur; humiliter pętere. Iam vero quæ fuerint viri huius Sanctitatis indicia, tum Hiſtoriæ Polonorum, tum teſtimoniorum autenticorum auctoritas, tum verum D. Alberti Leandri Bononień libro ſuo de viris Illuſtribus ad Nicolaum Fliſcium Reuerendiſſ. Cardinalem Genuenſem edito datum teſtimonium, tum tabularum ad ſancti Sepulchrum appenſa-

rum

rum copia, tum viuæ voces per merita huius viri ſancti quorum multi ſuperſtites ſunt beneficia recipientiũ haud difficile patefacere valebunt Quæ clariora ſunt, quam vt à nobis ſcribi queant ex ſcriptis authenticis quæ S. veſtræ ab ijs quibus id cmomiſſum eſt offerentur. Id circo iam, ſiquidem diuina fauente clementia ac etiam cura, & ſtudio diligentiaq; ſumma maiorum noſtrorum non parua ſanè Canonizationis diuini huius viri fundamenta tempore Clemẽtis ſeptimi Pontificis Maximi iacta fuere, quin potius productis tunc in medium de S. D. Hyacinthi deq; ipſius miraculis certiſsimis, & euidentiſsimis teſtimonijs diligenterq; examinatis oĩbus quę ad rationẽ Canonizationis neceſſaria eſſe videbantur, actis atq; tranſactis, iam eo res progreſſa erat, vt ſine dubio ad optatum finem deducta fuiſſet, niſi tumultus bellici ſub illud idem tempus in Italia exorti fuiſſent, in quibus Romano ciue ab hoſtibus oppreſſo non ſolum gazæ diuitum diripiebantur ſed & munimenta plurium, & libri Bibliothecæ vaticanæ lacerabantur. Quoniam vero idem B. Hyacinthus non minus vt modo, neq; rarius vt olim maximis corruſcat miraculis, quæ noſtris quotidie ad ſepulchrum eius conſpicua ſunt ſenſibus & ob quę diuinus is vir vt à maioribus noſtris, ſic à nobis quoq; ſumma veneratione habetur, nihil magis equidem nunc in votis & optatis habemus quã vt ne diutius tantus vir, quem Deus & vitæ Sanctimonia, & miraculorum gratia honoratum eſſe voluit, à nobis debito ſibi virtutibuſq; ſuis careat honore famaq; nominis illius ac gloria (quæ à 373. annis inclauerat) ſenſim intereat, iudicio & auctoritate ſedis Apoſtolicæ deſtituta. Quamobrem ſupplices a S. V. petimus vt præſens Canonizationis negocium iam olim propemodum a Leone decimo Diuo Adriano D. Clemente ſeptimo Paulo Tertio Pontificibus tranſactum ac non niſi temporis iniquitate interruptum, iudicio, & examini ſuo denuo S. V. ſubiice-

re ſubiectum approbare ac tandem *B.* Hyacinthum ſua & Sedis Apoſtolicæ auctoritate (magnum Chriſtianæ religionis incrementum) in album Sanctorum referre velit. Qua ſane ratione S. Veſtra & honori tam diuini viri optime conſulet, & gloriam Dei, qui in nulla re magis quam in Sanctis ſuis potius laudabilis & glorioſus eſt extollet atq; exaltabit. Nos quoq; ac vniuerſi huius ampliſsimi Regni Poloniæ Magniq; Ducatus lituaniæ ſtatus & ordines quicunq; catholica religione cenſemur, & triũphos Sanctorum atq; gloriam lætiſsimo percipimus animo, voti noſtri facti compotes. Sanctitati Veſtræ ac Sacroſanctæ Sedi Apoſtolicæ ex deuinctis deuinctiores ac deuinctiſsimos reddet, & ad capeſſendas diuinas virtutes Sancti huius condigna remuneratione prouocabit, & Eccleſiæ Sanctæ Catholicæ ita promptus efficiet quod pro illa nullos vnquam labares ac pericula ſubterfugere, nihil non prompto animo ac alacri perferre atq; pati parati ſemper erimus. Quod reliquum eſt optamus S. V. Eccleſiam Dei. quæ orbe patet vniuerſo diutiſsime atq; fæliciſſime gubernare, cuius clementiæ atq; ſuffragijs ſpuãlibus nos etiam atq; etiam commẽdamus. Datum Varſzouiæ in Comitijs Regni Generalibus die ſexta Martij Anno Domini 1 5 8 9. S. Veſtræ Addictiſsimi & obedienſiſsimi filij Palatini Caſtellani Capitanei, & Nuntij Prouinciarũm, & Ducatuum Regni Poloniæ & magni Ducatus Lithuaniæ. Albertus Laſzki a Lasko Palatinus Syradieñ. etiam manu propria.

Gregorius Zyelenski Palatinus Ploceñ. Zakroczimeñ. Mlauẽnq; Cap. manu propria.

Stanislaus Krisky in Drob Palat. Gener. Mazouiæ Ploceñ. manu propria,

Stanislaus Radziminsky Palatinus Podlachiæ capitaneus Liueñ. & Caeneceñ. manu propria.

Ioannes Comes in Tenczin Caſtellanus Vvoyniceñ

Capita.

Capitaneus Lublineń. manu propria.

Paulus Sczauinski de magna Sczauin Caſtellanus Lencicień. Curiæ præfectus ſacræ reginalis Maieſtatis Capitaneus Bielſczeń. manu propria.

Martinus de Obori Leſzniouuolski Podlachiæ Caſtellanus Ducatus Zatorień Capitiancus manu propria.

Nicolaus Fyerly a Dabrouuicza Caſtellanus Biecień. Regni referendarius, Nouæ Ciuitatis Korczin & Cazimirień Capitaneus manu ſua ſignificat.

Georgius Mniſzek Caſtellanus Radomień. Sanocień. Samborień. Sokalień. Capitaneus manu pp.

Ioãnes Dulsky ſupmus theſaurarius Regni Poloniæ manu pp.

Ioannes a Koſczielecz Caſtellanus Miedzirzicień. & Capitaneus Bidzoſtień. manu propria.

Nicolaus Zebrzidouuszy a Zebrzidouuize Generalis Crac. Landskoroneń. Bolislauień. Capitaneus manu pp.

Albertus Radziuil in Olica, & Nieszuuiez dux Magni Ducatus Lithuaniæ ſupremus Marskalcus Capitaneuſq; Couuoeń &c.

Leo ſapiha Magni ducatus Lithuaniæ Vicecancellarius propria.

Ioannes Comes ab Oſtrorog Regni Poloniæ pro ſacra Maieſtate regia Pocillator.

Nicolaus Iazlouuieczki de Buczacz Nuntius terræ Halicień.

Sebaſtianus LubomierskiCapitaneus Dobcziczeń Zuparius, & Burgrabius manu propria.

Martianus Chelmski vexillifer terræ Cracouień. & nuntius propria.

Procopius Pyenionzek eques ordinis SS. Mauritij, & Lazari, Capitaneus Vendeń. Roneborgeńq; &c. nuncius terræ Cracouień manu propria.

Petrus Miskouuski a Mirouu Ducatus oſzuuienczimeń. Capitaneus Oiczouieńq; Palatinatus Crac. nuntius manu propria,

Ioań

Ioañ Thomas a Droijouu Cap. præmis. &c. terrarum Ruſsiæ nuncius.

Nicolaus Zolkyeuuski ſuccamerarius terræ Leopolieñ. mano propria ſignificat.

Stanislaus Zolkieuuski Hrubieſſouieñ Caliſsieñ Capit terrarum Ruſsiæ nuncius manu pp.

Florianus Gomolinski ſuccamerarius terræ Syradieñ.

Añ ſusky Notarius Caſtreñ Præmislieñ.

Gaſparus Gutteter conſul Cracouieñ. nuncius eiuſdẽ Ciuitatis. Ioannes Gora Crac. nuncius eiuſdẽ ciuitatis.

Intus 25. Sigilla cum ſuis nominibus De ſuper duo ſigilla Alberti Laski Palatini Syradieñ. & Gregorij Zielenski palatini Ploceñ.

Litteræ Illuſtriſſimi Domini Ioannis Zamoſczkij Cancellarij & Ducis exercitus Regni Poloniæ Ad Sixtum V. Pontificem Maximum.

SAnctiſsimo ac Beatiſsimo in Chriſto Patri & Domino, Domino Sixto diuina prouidentia Papę Quinto Sacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ ſummo Pontifici Domino clementiſsimo. Sanctiſsime ac Beatiſſime Pater, & Domine Domine clementiſsime. Poſt oſcũla pedum beatorum meiq; humilimam cõmendationem. Quod de conſecratione B. Hyacinthi cum Sereniſsimus Rex meus, tum vniuerſus quaſi populus Regni eius tantopere apud Sanctitatem veſtram laboret, partim miraculorum eius magnitudini partim publicæ religioni ac pietati S V. tribuet. quæ eadem quidem me quoq; adduxit vt etſi in tanto Sereniſsimi Regis mei ſtudio meum ſtudiũ vel facile latiturum, vel non valde neceſſarium futurum iudicarẽ in eodem tamen genere meæq; pietatis teſtificandæ cauſa ad diligentiſsimam Regis mei commendationem, ego meam quomodo ſupplicationem hanc adiun

gendam

gendum putarem. Itaq; in optimam quidem partem, ſtudium hoc meum pro ſingulari clementia ſua ſanctitatem veſtram accepturam minime dubito, Vt vero ſi meis quo precibus locus aliquis relictus ſit earũ quoq; cauſa, eò faciliorem ſe in eiuſdem B. Hyacinthi honore hoc concedendo Sereniſsimo Regi Regnoq; eius vniuerſo S. veſtra ſe præſtet, quanta maxima poſſum intentione Sanctitati veſtræ ſupplico. Omnia autem quæ ad cauſam hanc pertinent eiuſdem ordinis Prædicatorum frater Vñrabilis Seuerinus cum ob ſtudium pietatis, tum in concionibus eloquẽtiam omnibus probatus, exponet. Nunc quòd reliquũ eſt clementiæ, S.V. etiam atq; etiam me commendo. Da-Vvarskouiæ die 26. menſis Martij Anno Domini 1589. Eiuſdem, S.V. Humilimus Seruitor. Ioannes Zamoſczky Cancellarius & Generalis Cap. ſignificat.

Littera ad Omnes Cardinales Generaliter. A Sereniſſimo Rege Sigiſmundo Tertio Rege Poloniæ.

REuerendiſsimis in Chriſto Patribus: D D. S.R. Eccleſiæ Cardinalibus amicis cariſsimis & honorandis.

Sigiſmundus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituuaniæ Ruſsiæ, Pruſsia Maſouiæ, Samogitiæ Liuoniæq; &c. nec non Regni Suueciæ proximus heres & futurus Rex &c.

Reuerendiſsimis in Chriſto patribus. D D. S R.E. Cardinalibus. Præsbiteris & Diaconis amicis Cariſsimis Salutem, & fęlicitatem perpetuam.

Reuerendiſsimi in Chriſto Patres amici cariſsimi & honorandi. Cum multa quotidie in hoc Regno de ijs quæ ad cineres Beati Hyacinthi etiam num eduntur diuinis operibus audiremus. pietatis & debitæ Sanctiſsimis venerationi maximè conſentaneum duximus a S. D. N. petere,

petere, vt cuius Sanctitas tot certiſsimis comprobata ſit argumentis, tùm hac tũ illa cœleſti vita fruentis, cum au ctoritate Apoſtolica diuum declarare dignaretur. quodquidem populuſ Regni noſtri Catholicus ipſis prodigijs in admirationem, & cultum huius Sancti viri conuerſus iam pridem flagitat. Superiores autem Poloniæ Reges anteceſſores noſtri a DD. Pontificibus maximis ſummo ſtu dio petierunt. Quid autem iam impetratum ab illis fuerit, & quid interceſſerit quominus apotheoſis ipſa obtineretur, pluribus Reuerendiſsimis P. Veſtris recenſere nolumus cum id verſari in illarum memoria & cognitione non dubitemus. Hoc vnum rogamus vt S.D.N. auctores eſſe vellint, quo iſthæc, quæ de operibus illius non tantum publico ſermone, ſed etiam certiſsimis teſtimonijs celebrentur, quam fideliſsime conſignata. Venerabilis Seuerinus ordinis fratrum Prædicatorum Sacerdos in Vrbem defert, iudicio examinare ſuo vellit ac ſi (vti ſunt) admirãdæ cuiuſdã integritatis, & innocẽtiè. S. Sanctitati diuina videbuntur teſtimonia cum Solemni Eccleſiæ Catholicæ ritu in Sanctorum ordine collocare, ac eo honore. quo Sancti a pijs coli debent colendum eſſe pronun cia redignetur. Multũ ſane. S. Sanctitas populũ huius Regni iam ſuo ſponte huic Sancto deuotum, & addictum ea re ad pietatem excitauerit diuino viro honorem iam primo debitum iuſtiſsimè reddiderit, ut Apoſtolica auctoritate colatur, qui multitudinis conſenſu iam dudum colitur effecerit. Nos etiam infælicitate ducemus noſtro tem pore, ac noſtra rogatione diuorum honores Sanctiſsimo viro eſſe ab Apoſtolica Sede decretos, qui noſter, Regniq; noſtri idcirco patronus ſit futurus. Nollint itaq; Reuerendiſſ. Pat. Veſtræ noſtro atq; Regni noſtri hominum deeſſe deſiderio in eo præſertim quod non tam nos, quam ipſa miracula diuinitus edita flagitant quodq; religionis Catholicæ rationibus conſentaneum, & conueniens eſt.

ad

ad auctoritatem autem Eccleſiæ Sanctę,ac veterem illam in diuos pietatem excitandam plurimum conferre poſſe videatur. Cupimus Reuerendiſsimas. P. Veſtras fælicíſsime valere Datum Varſchouiæ diæ 11. Menſis Martij Anno Domini M.D. LXXXIX. Regni vero noſtro ſecundo.

Littera Reuerendiſſimi & Illuſtriſsimi Cardinalis Radziuili.

ILluſtriſsimis & Reuerendiſsimis miſeratione diuina. S.R.E. Epiſcopis presbiteris & diaconis Cardinalibus dominis meis obſeruandiſsimis.

Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Domini mei obſeruandiſsimi. Supplicatum,erat antea Sanctæ Sedi Apoſtolicæ à Sereniſsimis Sigiſmundo primo & Sthephano Poloniæ Regibus,quatenus negotium Canonizationis D.Hiacinthi ſocij & diſcipuli Sancti Dominici a S. memoriæ Clemente ſeptimo vix non tranſactum, tandem ad optatum finem deueniret Nunc quam ſuę Sanctitati Sereniſsimus Rex noſter maiorum ſuorum exemplo cauſam litteris quàm diligentiſsimè commendat Reſpondet etiam piæ ſuorum principum voluntati omnium Catholici nominis in Regno hoc deſiderio à quibus diuinus hic vir propter magna eius miracula in ſumma veneratione habetur. Mei quoq; muneris eſſe exiſtimaui rem Eccleſiæ Catholicæ percommodam tam deuotis Principibus eorumq;populis deſiderabilem apud S. Sedem Apoſtolicam promouem prout preſentibus ab Illuſtriſsimis , & Reuerẽdiſs. Dñis meis peto quã maxime vt præſens Canonizationis negotium iam olim propemodũ trãſactũ. S.D.N.proponẽ cõmẽdare q; dignetur.Quod Illuſtriſſ.& Reuerẽdiſſ. Dños meos eo exiſtimo libẽtius facturos, quo magis in rẽ Eccleſię S.Pietatiſq; Chriſtianæ augumẽtũ id eſſe cognouerint

Quas Omnipotens Deus ad ſui nominis gloriam diu inco lumes conſeruet Datum Vvarſchouiæ die 18. Martii Anno Domini 1589. Illuſtriſsima D. Veſtrarum Humillimus ſeruitor. Geogius Cardinalis Radziuuil.

Litteræ Reuerendiſſimi Archiepiſcopi Gneſnen.

SAcro Illuſtriſsimorum & Reuerendiſsimorum Dominorum Sanctæ R Eccleſiæ Cardinalium Collegio Illuſtriſsimi ác Reuerendiſſ. Domini & patres noſtri colendiſsimi Cum plures iam interceſſerint anni in quibus de B. Hyacintho ob illius Sanctitatem admirabiliaq; ſupra naturæ curſum opera in ſanctorum Numerum referendo, Sacræ Sedi Apoſtolicæ nomine huius incliti Regni ſuplicatum fuit. Beatęq; memoriæ Clemens ſeptimus Pontifex Maximus poſt factos non mediocres eo in negotio progreſſus, iam pridem illi finem impoſuiſſet, ſi funeſta tunc temporis in Italia bella non impediuiſſent. Quo vita functo cum nouæ ſubinde in Vrbe Roma rerum commutationes oriuntur, non modo negotium apud alios Pontifices vrgeri perficique non potuit, ſed etiam ſcripta monumeuta, & teſtimonia de illius viri vita, miraculiſq; tam diu latuerunt donec his primum temporibns in lucem prodirent. Quamobrem eaſdem illas maiorum noſtrorum ad S. Sedem Apoſtolicam preces repetimus, ſupplicamuſq; priuatis noſtri litteris S, D. N. in tantæ Sanctitatis exemplar quod in eo viro plurimis ſignis atq; prodigijs tam maiorum patrumq; noſtrorum memoria illuſtre ſuper fuit, quam noſtra iſta ætate quotidie penè conſpicitur obliuioni ſempiterna deleri ſinat. Siq; iudicauerit diuini numinis laudi & Chriſtianæ pietatis incremento cōſentaneum fore & interris cultu & veneratione Beatum illum virum afficiendum decernat, qui ſanctis in cœlo cum Chriſto regnantibus in Eccleſia Sanctorū exhibetur. Hanc noſtrā piam & rationi (vti exiſtimo) conſonam

petitio-

petitionem, vt Illuſtriſsimę quoque D. Veſtræ ſententijs atq; ſuffragijs ſuis cum de ea ad ampliſsimum Collegiũ earum referretur, adiutam velint maiorem in modũ ab illis vna cum clero meo peto & quæſo. Populus enim apud nos propè vniuerſus incredibili fertur pietate ad recolendam religioſis mentibus eiuſdem Beati viri memoriam, proq; ſingularibus illius inſe beneficijs quæ precibus ſuis apud Deum præſtat, eodem illum cultum venerari non dubitat, qui Sanctis Dei in Eccleſia Catholica preſtar. Sed ego cum totius iſtius grauiſsimæ rei decretum à Sancta Sede Apoſtolica expectandum eſſe intelligam, non ero inpetendo longior, niſi vt quam citiſsimè res iſta ſtudio, & auxilio illuſtriſsimorum D. Veſtrarum concludatur. Quod ſupereſt Deum optimum Maximum precor vt in ea actione diuinæ ſuæ gratiæ lumine mentes Illuſtriſsimarũ D. v. illuſtrare, omniq; in poſterũ proſperitate eaſdem cumulare velit. Vuarſchouiæ 13. Marci Anno Domini 1589. Illuſtriſsimis & Reuerendiſsimis. D. V. obſequentiſſimus ſeruitor. Stanislaus Archiepiſcopus Genſneñ. manu propria.

Littera Epiſcopi Plocen. ad Illuſtriſſimum Collegium Cardinalium.

ILluſtriſsimo àc ampliſsimo Sanctæ Romanę Eccleſiæ Cardinalium Collegio.

Illuſtriſsimi Domini Negotium, quod habent fratres ordinis prædicatorum Conuentus Cracouiæ Sanctiſsimę Trinitatis pro Canonizando B. Hyacintho ordinis eiuſdẽ, viro ſingulari probitate & ſanctimonia claro, petitioni ipſorum ſatisfaciens Sanctiſſ. D. N. qua potui maxima diligentia cõmendaui, vt aũt Illuſtriſsimæ D. V. tam piũ & ſanctum ſtudium atq; conatum eorundem quoque fratrum apud S. D. Noſtrũ auctoritate, opera, & beneuolẽtia

ſua adiuuent & commendent peto quo poſſum maiore ſtudio. Multorum præfectò teſtimonio accepimus virum illum fuiſſe planè ſanctum, cuius etiam vitæ integritatem multis miraculis Deus optimus Maximus comprobauit Rem ſanè Eccleſiæ Sanctæ vtilem omnibus etiam pijs gratam ſanctitas ſua eſt factura ſeſe exorabilem in eo negotio, & petitione Fratrum Prædicatorum prębuerit. Quod reliquum eſt precor, vt Deus immortalis Illuſtriſsimas. D. V. diutiſsime Eccleſiæ ſuæ conſeruet fælices & in columes. Quibus ego omnia mea obſequia addictiſsima ſtudioſsimè comendo. Vvarſchouiæ diæ *16.* Martij 1589. Illuſtriſsimarum ac Reuerendiſsimarum D. V. humilis ſeruitor Petrus Epiſcopus Ploceñ.

Litteræ magni Cancellarij & Ducis exercitus Regni Poloniæ ad omnes Illuſtriſsimos Cardinales Simul.

Illuſtriſsimis ac Reuerendiſsimis in Chriſto patribus ac Dominis ſacroſanctæ Romanæ ac vniuerſalis Eccleſiæ presbiteris & diaconis, vniuerſoq; Collegio Cardinalium &c Dñis obſeruantiſsimis. Illuſtriſsimi ac Reuerendiſsimi Domini. Beatus Hyacinthus cum è gente noſtra. D. Dominici aſsiduus comes morumq; eius imitator fuiſſet, & dum in viuis eſſet, vitæ ſanctimonia, & poſt mortem miraculorum, quæ edidit vel genere vel magnitudine mirabiliter vniuerſum ferè populum Regni huius in venerationem ſui conuertit. Quam ob cauſam etſi S. Sedi Apoſtolicæ ſæpe iam diligentiſsimè ſupplicatum ſit, vt quem iamdudum ipſa miraculorum vi, vniuerſi ferè in Regno hoc adducti colerent eundem in ſanctos relatum, S. Sedis Apoſtolicæ auctoritate colere etiam poſsint, nunc ita tamen diligenter cum a Regia Maieſtate domino meo clementiſsimo tum ab vniuerſo ferè Regno

id petitur, vt maiori contentione, ac ſtudio nihil peti poſsit, ob quod etſi meum ſtudium minus neceſſarium futurum iudicarem tamen in eadem re meæ quoque pietatis teſtificandæ cauſa de eadem conſecratione meis quoq; litteris cum a Santiſs. D.Noſtro, tum ab Illuſtriſsimis D. Veſtris vniuerſis ſupplicandum exiſtimaui. Eo autem libentius id feci quod non minus ad meam pietatem quam Sanctiſsimi etiam D. N. & vniuerſæ S. Sedis Apoſtolicæ dignitatem pertinere id mihi perſuaſi, quo cum vitæ ſanctimonia ad cæleſtem gloriam præcipuè ea contendat ijs qui eiſdem veſtigijs eos præceſſerunt ad beatitudinē hanc viè aperiendā ſibi ipſis patefacere eam exiſtimem. Verum de hac re cum S.D N.tum Illuſtriſsimæ. & Reuerendiſſ. D.V.vniuerſæ per ſua prudentia ac pietate ſtatuent, ita tamen vt ſtatuant ſupplico, quo tam maligno alioquin tempore populi huius pietas in beati eius venerationem tanto ſtudio accenſa, incendatur magis quā refrigeretur. Omnia autem quæ ad cauſam hanc pertinent eiuſdem ordinis prædicator frater Venerabilis Seuerinus cum ob ſtudium pietatis, tum in concionibus eloquentiam omnibus probatus exponet. Quod reliquum eſt omnía fauſta ac fælicia à Deo opt. Maximo illis præcor. Datum Vvaſchouiæ diæ 26. Menſis Max. Anno domini M. D. LXXXIX. Illuſtriſſ. D. Vrty obſeruantiſsimus ſeruitor Ioannes. Zamoiski Regni Poloniæ Cancell. & General, Cap. pp.

Litteræ Sigiſmundi tertij Regis Poloniæ ad CardinaliumFerneſium Protectorem Regni Poloniæ.

REuerendiſsimo in Chriſto patri Dño Alexandro Farneſio. S.R.E. Cardinali.. SD.N. vice cancellario & Regni noſtri protectori amico cariſsimo & honorádo.

Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ Magnus Dux Lituaniæ Ruſsiæ Pruſsiæ Maſouiæ Samogitiæ Liuonięque &c. necnō Regni Suuetiæ proximus hæres & futurus Rex &c. Reuerendiſsimo in Chriſto patri Dn̄o Alexandro Cardinali Farneſio S.R. E. Procancellario regni noſtri Protectori amico cariſsimo & honorando Salutem, & beneuolentiæ noſtræ teſtificationem. Reuerendiſsime in Chriſto pater amice cariſsime, & honorande. Et ſi ad S. D. noſtrum & ad ſacrum. S.R.E. Cardinalium ſenatus collegium ſcripſimus, vt auctoritate Apoſtolica Beatus Hyacinthus vir claro in regno noſtro loco natus diui Dominici comes ſtudioſiſsimus & diſcipulus religioſsiſimus ob comprobatam cum pluribus miraculis ſingularem vitæ ſanctimoniam in diuos referetur tamen ſpeciatim etiā in ea cauſa regni noſtri in cœlo patroni ad Reuerendiſſimam P.V. apud SanctumApoſtolicā ſedem eiuſdem regni protectorem ſcribendum putauimus, a qua amanter requirimus, vt auctoritate ſua honori Sanctiſsimi huius viri deeſſe nolit. Ea in vita geſta ab illo ſunt eo defuncto admonumentum in hanc diem fiunt, vt manifeſto conſtet eum ob ſummam vitæ innocentiam omnipotenti Deo fuiſſe chariſsimum. Reſtat vt more Eccleſiæ Catholicæ is cuius Sanctimoniam inſignibus miraculis Deus ipſe confirmat a S.D.N diuus declaretur, quod cum à ſuperioris ætatis. D.D. Pontificibus maximis Sereniſsimi Reges Poloniæ, inſtāte huius regni populo petijſsent, eſſentq; nonnulla iā in honorē huius ſancti ab Apoſtolica ſede conceſſa, ipſa tamen Apotheoſis tum propter grauia ſuperiorum temporum in Italia bella tum propter alias difficultates in hoc tempus eſt prorogata. Hunc non tantum vetuſta ſed etiam recentia miraculorum certa explorataq; teſtimonia Venerabilis Seuerinus eiuſdem prædicatorum ordinis ſacerdos & Theologus in vrbem defert. Efficiat itaq; Reuerēdiſsima P.V. pro ſua in diuos pietate ac erga

nos

nos beneuolentia vt ea Sanctitas ſua cognoſcere & examinare vellit & huic viro qui tantum poſſet diuinæ gratię præſidijs tandem debitum honorem tribuat Qua ratione & memoriam hic ipſius interhomines immortalem Sanctitas ſua effecerit & pios homines in Catholica religione mirificè confirmarit, ac ad Sanctum quem illis ſuffragari poſſe haud dubium eſt debita veneratione colendum incenderit cupimus Reuerendiſsimam P. V. optime valere Datum Vvarſchouiæ die 4. Marti Anno Domini 1589. Regni noſtri auno ſecundo Sigiſmundus Rex.

Littere Archiepiſcopi Gneſnen. ad Cardinalem Farneſium Protectorem Regni Poloniæ.

ILluſtriſsimo ac Reuerendiſsimo DD. Alexandro Farneſio. S.R.E Cardinali Epiſcopo Oſtien.& Veliterno Regni Poloniæ Protectori. Illuſtriſsime & Reſpondiſſime Domine quas a multis iam annis maiores noſtri. S. Sedi Apoſtolicæ preces obtulerunt vt Beatum Hyacintū. S. Dominici Sectatorem, & diſcipulum propter illius vitæ ſanctitatem illuſtribus ſignis in hoc vſq; tempus conſpicuam in ſanctorum numerum referret, eaſdem nos cum duxerimus eſſe repetendas exiſtimauimus plurimum illis momenti Illuſtriſsimæ D. V. auctoritate allaturam eſſe. Fuit quidem negotium a Beate memoriæ Clemente ſeptimo inchoatum fuitq; perfectum, niſi bellorum motus exortęque ſubinde Romanarum rerum commutationes non impediuiſſent. Cum autem protracta res in aliorum Pontificum tempora fuiſſent, accidit iniquitate quadam temporum vt ea quæ ex grauiſsimis teſtimonijs de viri illius vita miraculiſq; conſcripta fuerant tā diu latuerint donec in lucem hoc primum tempore diuinitus prodirent & ſane cum Illuſtriſsime D. V. eximiam

in Deum pietatem & ſingulare Chriſtianæ pietatis augē-dæ ſtudium conſidero, video mihi in eo elaborandum prorſus non eſſe, vt pro ſuà etiam propenſa in nos Regnumq; noſtrum voluntate omnē operam ſtudium atq; conſilium ad grauiſsimam iſtam actionem ſtudioſè conferat. Sed vt officio meo non deſim commendo eandem tanto quanto poſſum ſtudio Illuſtriſsimæ D. V. petoq; ab ea maiorem in modum perficiat apud Sanctiſsimum Dominum noſtrum, vt quod diuini nominis laudi & Chriſtianæ religionis incremēto cōſentanũe eſſe iudicauerit id ipſum de eius Beati viri meritis non modo ſtatuat, ſed etiam quam citiſsime fieri poteſt ſtatuat. Populus quidem noſter vniuerſus tanta in virum cæleſtem pietate & religione ob innumerabilia, & penè quotidiana illius in ſe merita fertur vt illi parem cultum, ac venerationem exhibere non dubitet, qui sā̃ctis alijs in Eccleſia exhibetur. Magno itaq; beneficio nos oēs ſibi obligabit Illuſtriſsima D. V. quod eidem Beatus hic vir cuius cauſam agimus ſuis apud Deũ precibus cumulate perſoluet. Tandem me cōmendo amori & beneuolentiæ Illuſtriſsimæ D. V. Datum Vvarſchouiæ Idbus Martij 1589. Illuſtriſsimæ ac Reuerendiſsimæ D. V. deditiſsimus & addictiſs. Stanislaus Archiepicopus Gneſneñ. manu propria.

Litteræ Epiſcopi Cracouien. ad Cardinalem Farneſium.

Illuſtriſsimo DD. Alexandro Cardinali Farneſio *Regni poloniæ protectori Domino meo colendiſsimo. Illuſtriſsime Domine Domine obſeruandiſsime. Iam à longo tempore negocium canonizationis D Hyacinthi in Vrbe verſatur diuq; à Clemente Septimo tranſactum & concluſum fuiſſet ni funeſta Italiæ bella grauiſsimas rerum

Roma-

Romanarum perturbationes intuliſſent. Etiam nihil amplius in hoc negocio deſiderabatur niſi, vt ſententia Clementis Septimi ſediſque Apoſtolicæ auctoritate Diuus hic vir in numerum ſanctorum adſcriberetur. Iam enim examinata erant teſtimonia, viſa miracula, iam approbati Diui Hyacinthi ſumma Sanctitas omniaque acta, & tranſacta erant, quæ ad hoc Canonizationis negocium ſpectare videbantur. Intermiſſum deinde fuit poſt mortem Clementis Septimi non negligentia eorum, qui huius diuini hominis ſanctitati addicti fuerunt (illi enim nihil prius, & antiquius habebant, quam vt tanto viro per ſedem Apoſtolicam debitus honor tribueretur, eiuſque virtutes dignis premiis, & gloria ornarentur) ſed temporis iniquitate, atque rerum Romanarum ob tumultum bellicum mutatione, quæ totam iſtius negotii progreſsionem à Clemente Septimo inſtitutam impediuerat, & ita tenebris quibuſdam ac ea omnia ſcripta, & teſtimonia, quæ de vita miraculiſque Diui Hyacinthi prodita fuere per multos annos obruerant, vix vt tandem ſingulari Dei beneficio lucem conſpexerint, ac rurſus in publicum redierint. Non enim voluit Deus Optimus Maximus tanti viri ob eius ſanctitatem ſtupendaque miracula, famam, & nominis celebritatem apud omnem poſteritatem occumbere, ſed me meumque clerum Diui Hyacinthi miraculis, quæ in dies maxima à nobis conſpiciuntur admonuit, vt & Sanctiſsimo Domino noſtro litteris meis tum meo tum totius cleri nomine ſcriptis, & Illuſtriſſimæ D. V. tanquam nationis noſtræ benigniſſimo patrono, ac protectori vehementer ſupplicarem vellit Sanctitas ſua, id quod iam à Clemente Septimo inchoatum erat, perficere, atque hunc Diuum virum in numerum ſanctorum decreto ſuo annumerare. Id enim tum illius miracula, quæ infinita propè, & viuus, & vita functus fecit, tum illius virtutis vitę integritas, & ſanctimonia

ctimonia iure Optimo à Sanctiſsimo Domino noſtro requirere videtur. Quod certe Illuſtriſsima D. V. optime perſpiciet, ac intelliget, ſi ea ſcripta de Sancto Hyacintho, ac teſtimonia, quæ illi offerentur attento animo inſpicere voluerit. Quod reliquum eſt Deus Optimus Maximus Illuſtriſsimam D. V. diu ſaluam, & incolumem ſeruet. Datum Bodzantini. die 15. Februarij Anno 1589. Illuſtriſs. ac Reueren. D.V. addictiſsimus ſeruitor Petrus Epiſcopus Cracouieñ.

Littera Epiſcopi Premislien. Vicecancellarij Regni Poloniæ ad Farneſium Cardinalem.

ILluſtriſsimo, ac Reuerendiſsimo in Chriſto Patri, & D. D. Alexandro S. R. E. Cardinali Farneſio Sanctæ ſedis Apoſtolicæ procancellario Regni Poloniæ protectori Domino perpetua obſeruantia colendo.

Illuſtriſsime ac Reuerendiſs. D. D. ſumma obſeruantia perpetuò coleñ. In commendatione negotij Canonizationis.S.Hyacinthi. & genere in hoc Regno Illuſtris, & admirabilibus operibus ſummaque vitæ ſanctimonia clariſsimi viri breuiorem me eſſe debere intelligo quod à cæteris Reuerendiſsimis in hoc Regno Epiſcopis, & ad S. D. N. & ad Illuſtriſsimam celſitudinem veſtram copioſe de his omnibus rebus, quæ admirabili quadam ope diuina ab illo S.Dominici comite,& diſcipulo, tū viuo,tum defuncto edita ſunt, atque etiam num magna Catholici populi admiratione eduntur perſcriptum eſſe non ignoro Debere me tamen id ſanctiſsimi viri honori,& venerationi ſentio,vt ab Illuſtriſsima D Veſtra cum clero meo obnixe petam velit patrocinio auctoritateque ſua apud S.D.N. diuino huic viro ſuffragari,atque auctor eſſe ſuę Sanctitati, cognitis omnibus miraculorum teſtimonijs ſi certiſſima

ſummæ

ſummæ innocentiæ, ac integritatis videbuntur argumenta cum ſolemni Eccleſiæ Catholicæ ritu ſanctum declarare, ac ſanctorum honoribus colendū eſſe pronunciare dignetur, vt quem iam populus regni ſua ſponte veneratur, eum deinceps Apoſtolica auctoritate colat. Longior non ero in eo petendo, quod Illuſtriſsimam Celſit. veſtram pro ſuo in ſanctos ſtudio ſingulari libenter facturam certo ſcio. Vnum addo flagranti ſtudio Apotheoſim iſtam Beati Hyacinthi, & clerum, & populum noſtrum flagitare, qua promouenda non tantum patrocinium Deo cariſsimi viri Illuſtriſsima Celſitu. veſtra demerebitur, verū etiam apud noſtram gentem perpetuam, & immortalem nominis ſui memoriam ea re ſibi comparabit. Cuius beneuolentiæ, me atque clerum meum diligenter commendo. Datum Vuarſchouiæ 12. Martii Anno 1589. Illuſtriſsime, ad Reuerendiſsime Celſi. V. ſeruitor addictiſsimus Albertus Baranouuski Epiſcopus Præmislieñ. Regni Poloniæ Vicecancellarius.

Hæc de tertio libro dicta ſufficiant, in ſequentibus enim ea, quæ commodiorem habebunt actorum declarationem ſcribemus, quę aſsiduo lectori ſtudendi deſiderium pariet, & piæ ſatisfaciet deuotioni.

FINIS.

DE

DE SOLEMNITATIBVS, CANONIZATIONEM *SANCTI HYACINTHI* *Confeſſoris antecedentibus concomitantibus, & ſequentibus.*

LIBER QVARTVS.

Præfatio.

H*VNC mihi librum, candide Lector, ſpecialius vendico, quem licet vltimũ poſitione cernis tamen iucundum, & neceſſarium vtilitate ſenties. Cũ enim tam ſolemnis actus huius Sancti Apoteoſis tuis ſit expoſitus obtutibus facile te ducet in conſiderationem eorum, quæ cum ſummo labore per eos ad quos ex officio pertinebat ſuũ ſunt ſortita effectum Neque enim res tanti momenti exiguis laboribus ad proprium finem deducenda erat, ſed longo tractu ſeculorum eam, quam vidiſti, vel audiſti S. Matri Eccleſiæ peperit lætitiam, ita vt merito in illo Domini*

Ieſu

Ieſu Saluatoris noſtri prorumpas ſententiam Ioan. 16. Mulier cum parit triſtitiã habet, quia venit hora eius, ſed cum pepererit iam non meminit preſſuræ propter gaudium, quia natus eſt homo in mundum. Iam uerò, vel ſaltẽ ex hoc ipſo quas & quales, & ſecum trahat ipſa Canonizatio ſanctorum difficultates, videre poteris, quando poſt fælicẽ huius viri ſancti obitum 343. annorum vſque ad ipſius canonizationẽ tempus præteriſſe nõ ſine admiratione perſpicies. Factũ igitur hoc fuiſſe non ſine maxima diuinæ gubernationis prouidentia, crede, cuius facta tanto mirabiliora, quanto & humanæ rationis ſeu virtutis captum excedentia iudicaueris. Expoſtulabat ſiquidem huiuſce negocij ratio, vt ad illud tempus Canonizatio Sancti differretur, quo & hominum male ſuada libertas licentiam peccandi accepit, & hæreſũ perfidia, & blaſphemia nõ mediocrẽ. S. Matri Eccleſiæ perniciem intulit, vt tanto glorioſior Deus in ſuis ſanctis appareat, quanto blaſphemantiũ Deum, & ſanctos eius iniqua ſuccreuerit multitudo. Conſultum quoque eſt per maximè piorum Chriſti fidelium congregationi, quæ inter tumultuantes hæreſes & viſcera S. Matri Eccleſiæ corrodẽtes. nec nõ hoſtiũ Chriſti Ieſu micantes gladios ſanctorum merita, & viſibilem gloriam læto vultu intuendo ad æternæ vitæ triumphos contendat, ex qua etiam vſque ad hæc inferiora ſanctorum gloria radios ſuæ beatitudinis tranſmittit, nec deficiat, à meritis eo, quod Deus nõ deſiſtat à premijs, vt merito cũ Daniel Propheta dicat ſi vtiq; eſt fructus iuſto vtiq; eſt Deus iudicans eos in terra. Cætera aũt diuinæ volũtatis myſteria uolẽs prætermitto

ne

ne ſcrutator vanus Dei maieſtatis à ſanctorum, & Dei gloria opprimar, vel quod Deus auferat, excludar. Porrò in hoc vltimo volumine, quàm breuiſsime ea, quæ per totum tempus procurationis mihi commiſſæ geſta ſunt perſtringere cupio, vt ſatisfactus lector diſcat ad aliorum, & ſanctorum Canonizationem, quos diuina elegerit gratia modum fuiſſe demonſtratum.

NARRATIO.

CVM igitur diuinæ placuit volũtati Anno Domi ni 1589. ex ſuperiorum meorum mandato & omnium Prouinciæ Poloniæ Patrum vnanimi conſenſu in diffinitorem Generalis capituli Romæ Celebrandi electus ad vrbem applicuiſſem, & negocia Prouinciæ in eodemmet capitulo ſerio tractaſſem, protuli in medium,& Prouinciæ Poloniæ Patrum de Canonizatione Sancti Hyacinthi ſpecialem commiſsionem, & Sereniſsimi Sigiſmundi Tertij Poloniæ, ac Suetiæ Regis, & Sereniſsimæ Annæ Iageloniæ Reginæ Poloniæ, necnon Illuſtriſsimorum, & Reuerendiſsimorum DD. vtriuſque ſtatus ſenatorum cum omnibus ad dictã Canonizationem requiſitis deuotam ad ſedem Apoſtolicã inſtantiam & commendationem. Quam Reuerendiſsimus P. F. Hyppolitus Maria Beccaria de Monteregali totius ordinis prædicatorum Magiſter in eodem capitulo nouiter electus,& per ſummum Pontificem piæ memoriæ Sixtum Quintũ gratioſe confirmatus cum RR.PP.FF. ſexdecim Prouincialium, & decemnouem diffinitorum virorum ſanè grauiſsimorum maximo applauſu, & lætitia benigne audiuit,atque deuotiſsime eſt amplexus. Quoniam vero negocium ipſum magni momenti erat hoc idem, Admodum Reuerendo Patri Fratri Bartholomæo de Miranda S. Theol. profeſſori, tunc Generali totius ordinis Procuratori,viro doctiſsimo,& rerum gerendarum experientiſsimo,omnium voce,& votis commiſſum eſt, vt patet ex actis in eodem capitulo emanatis. Peracto autem capitulo prædicti Reuerendi Patres, quibus negocium Canonizationis fuit commiſſum, quid facto opus ſit conſilium quæſiere à Reuerendiſsimo Patre D.Franciſco Penia Hiſpano

cinthus confeſſor S.Dominici diſcipulus multorum. & in vita, & poſt mortẽ hucuſq; miraculorum patrator cũ ſuis reliquiis in ciuitate Crac. requieſcit)benigne annuere, & hunc Sanctũ glorioſum,pro quo tot ſeculis prędeceſſores ſui ſedulam apud S.R.E. Antiſtes nauarunt operam(vt ex proceſſu Canonizationis patebit) Sanctorum cathalogo adſcribere dignetur. à Deo Opt.Max abundantem retributionem,à populis ſummam laudem & gratiarum actionem,& à Seren. Rege noſtro omnimodam , & humilẽ ſubiectionem , atque ad omnia pro Eccleſiæ incolumitate promptam , & paratã ſubeundi voluntatem , à nobis verò indignis ſeruis S. V humiles preces perpetuo habitura. His dictis in manus ſanctitatis ſuę Sereniſsi.Regis litteras & omnium aliorum ſupplex porrexi. Ad quæ Pontifex benignè annuens,& ſupramodũ exhilaratus benignè reſpondit,ac multis interiectis interrogationibus, & à me ſatiſfactus Canonizationem S.Hyacinthi certò futuram promiſit.

Prima Congregatio Cardinalium.

FVit nona Iunii 1589. in Palatio Illuſtriſs.D.Cardinalis Geſualdi , in qua producta ſunt omnia iura proceſſus. ſcripturæ,& monimenta,quę ad cauſã Canonizationis noſtri ſancti pertinebant Nuncio Seren.Regis Poloniæ,& Procuratore ordinis præſentibus,quibus acceptis, conſultabatur ſecreto,quid de his agendum foret.

II. Congregatio.

FActa eſt 12.Iunii apud eũdẽ Illuſtriſ.Cardinalẽ,in qua tractabatũ de negocio S Hyacinthi , & de apertione ſigillorũ clauſuræ proceſſus,conclusũq; fuit nõ poſſe ꝑceſſum aperiri,niſi per mandatũ Sanctiſs. inſcriptis obtentũ. Qm̃ verò procurator ordinis in cauſis generalibus totius

ordinis per maximè occupatus exiſtens huic negocio ſpecialiter incumbere nequiuit; Reuerendiſs. Generalis Magiſter onus procurationis cauſæ totum humeris meis impoſuit, tali ſerie verborum.

IN Dei filio ſibi dilecto R. P. M. F. Seuerino Crac. Polono ordinis prædicatorum F. Hippolitus Maria Beccaria de Monte Regali S. Theol. profeſſor, ac totius eiuſdē ordinis humilis Generalis Magiſter, & ſeruus, ſalutem in Domino ſempiternam. Negocium Canonizationis S. Hyacinthi confeſſoris Poloni diſcipuli Beatiſsimi Patriarchæ noſtri Dominici in Capitulo Generali Romæ proxime celebrato. Admodū R. P. Procuratori ordinis noſtri, & R. P. Priori Cracouiēſi in Regno Poloniæ pro tēpore exiſtēti, promouendū, & finiendū cōmiſeramus, ſed quia idē adom dum R. P. prucurator ordinis multis aliis negociis impeditus totus, nequit huiuſmodi negocio, vt par eſſet diligenter intendere, & Priorem Cracouienſem non licet a Conuentu ſibi concredito diutius, & longius abeſſe. Tibi, de cuius zelo, pietate, & ſollicitudine plurimum in Dn̄o confidimus, huius tam pii negocij promotionem, ac celerē expeditionem committendam cenſuimus. Propterea noſtri officii auctoritate per præſentes te præfatum R. P. F. M. Fratrem Seuerinum Polonum inſtituimus, ac inſtitutū declaramus nomine Prouinciæ noſtræ Poloniæ, & couentus noſtri S. Trinitatis Crac. (in quo eiuſdem S. Hyacinthi ſacrum corpus requieſcit) Procuratorem, & ſollicitatorem, ſcilicet ad promouendum ſollicitandum, & ad finem conducendum prefatum negocium Canonizationis eiuſdem S. Hyacinthi confeſſoris ordinis noſtri, dantes tibi omnimodam auctoritatem, & facultatem, vt vnà cum præfato Admodum R. P. Procuratore, vel ſine ipſo, & impedito coram Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. DD. Card. congregationis ſacrorum Rituum, & corā omni alio Tribunali (ad effectum duntaxat præmiſſorum, & non aliter) quoties ne-

ceſſe fuerit, nomine prędictæ Prouinciæ Poloniæ, & conuentus Crac. comparere poſsis, & omnia ea tractare, quæ pro huiuſmodi negocio ad Dei gloriã, & ſui S. Hyacinthi honorẽ ad finem cõducendo facere poſſunt. Præcipimuſq; tibi in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientię, & in remiſsionẽ peccatorum tuorum, vt infra terminum 24. horarũm huiuſmodi procurationis officiũ acceptaſſe debeas, & ſecundum gratias tibi à Dño Deo collatas, & deuotionem, quã habes verſus pręfatum S. Hyacinthum ſedulò, & diligenter exequaris, à Dño Deo pro laboribus, quos te hac de cauſa libenter ſuffierre contigerit, merdedẽ perpetuam recepturus, ac nobis noſtręq; deuotioni, quã ergã ſanctum pręfatum Hyacinthũ piè gerimus ex omni parte ſatisfacturus. In nomine patris, & filii, & ſpiritus sãcti. Amen. In quorũ fidem præſentes manu noſtræ ſignatas, ſolitoq; ſigillo maiori officij noſtri munitas, tibi tradi, & cõcedi mandauimus. Datum Romæ in conuentu noſtro Sanctę Mariæ ſuper Mineruam, die quintadecima Iunii Anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono,

III. Congregatio.

FActa eſt 20. Iunii 1589. in qua fuerunt Illuſtriſs. DD. Cardinales Geſualdus, Paleottus, Mondouinus, Borromæus, & Aſcanius Columna. In hac cõgregatione Seren. Regis Poloniæ Nuncius ſupradictus, talem pro S. Hyacintho Canonizando fecit inſtantiam. Illuſtriſs. Dñi Sereniſsimus Poloniæ Rex Sigiſmũdus Princeps, & D. meus clementiſsimus pro perpetua ſua in Deum pietate non ſolum ea ſtudia vitæque conſilia perſecutus eſt, quæ a quouis homine Chriſtiano ſine ſummo ſcelere prætermitti nõ poſſunt, ſed animum quoque ſuum ab eo tempore quoad Regni gubernacula vocatus eſt ad ea tentanda, & audenda conuertit, quæ nec audere poſſunt, nec tentare conſueuerunt niſi Reges. Quamobrem cum in Eccleſiæ Catholicæ ſchola didiciſſet Dominum laudari in ſanctis eius, &

omnem illis præſtitum honorem ad Diuinam Maieſtatem redundare rogatus & requiſitus, ab omnibus Regni Poloniæ Ordinibus, vt negocium Canonizationis S. Hyacinthi viri ſanctiſsimi, & religioſiſsimi, iam ab anteceſſoribus ſuis huic S. ſedis Apoſtolicæ ſemel, atque iterum conſiderandum, & explicandum proponeret litteras ad Sanctiſsimum D.N. Sixtum Quintum Pont. Max. dedit quibus ſuæ ſanctitati vim deſiderii ſui explicauit. Has ego litteras cum Reuerendo P. Seuerino Magiſtro diffinitore Poloniæ non ita pridem obtuli. Sanctitas illius benigne reſpondit ſe mandaturum, vt de hac tàm pia Sereniſsimi Regis cogitatione, & deſiderio ſacra hæc Congregatio vlterius cognoſceret. Quamobrem ego iuſſus ſum Illuſtriſsimis D. V. petitionem ſuę Maieſtatis exponere, idque etiam facio vt ea quæ ſua Maieſtas petit, & deſiderat, hæc breui ſcripto comprehenſa Illuſtriſsimus D. V. offero. cuius petitionis vt benignā haberet rationem Maieſtatiſque ſuæ pia deſideria conſilio, & authoritate ſua fouere, promouereque dignentur etiam atque etiam peto.

Et his dictis Illuſtriſsimus Dom. Cardinalis Geſualdus iuſſit fundare iuriſdictionem in hæc verba.

EGO Alphonſus Cardinalis Geſualdus Epiſcopus Portuenſis fidem facio, quod in duabus diuerſis Audientijs Santiſs. D. N. ſemel atque iterum mihi expreſſe demandauit, vt Congregatio ſacrorum Rituum, cui cognitio de Canonizatione Sanctorum per eius conſtitutionem ſuper erectione quindecim Congregationum editam, eſt commiſſa, abſque alio nouæ commiſsionis decreto, & litterarū expeditione literas Sereniſs. Regis Poloniæ, omniumque Ordinum Regni ad ſanctitatē ſuam ſuper negotio Canonizationis B. Iacinthi, Ordinis Prædicatorum miſſas legat Dominum Reſcium, & R. P. Seuerinum qui eas ſanctitati ſuæ præſentarunt, audiat proceſſum pro Canoni-

nonizatione eiuſdem Beati Hyacinthi ex Polonia miſſum apetiat, & ad actus omnes legitimos neceſſarios, & pro expeditione negotii incumbentes procedat, affirmans ipſam Congregationem ſufficienti ad id facultate ex dicta Conſtitutione eſſe ſuffulram. Quod tamen Sanctitas ſua in Conſiſtorio vbi de iis negotiis referri contigerit magis ſpecificè declarabit. igitur vt impoſterũ pro maiori actorum & proceſſus validitate de hac Sanctitatis ſuæ voluntate & mãdato, mihi viuæ vocis oraculo facto conſtet, ita per præſentes, mea manu ſubſcriptas, meoque ſigillo obſignatas atteſtor. Romæ die 20. Iunii 1589. Ita eſt Alphóſus Cardinalis Geſualdus Epiſcopus Portuenſis.

Locus † ſigilli Tiberius Purignanus Secretarius de mandato.

Qua Iuriſdictione fundata in Nómini Domine Reuerendiſsimus D. Stanislaus Reſcius, ſecũdũ formã Iúris tã Iam informa ſcripta produxit comparitionem.

Coram vobis Illuſtriſsimis, & Reuerendiſsimis DD. Cardinalibus Sacrorum Rituũm.

Comparent & ſe perſonaliter præſentant, Illuſtriſs. ac Reuerendiſſ. D. Stanislaus Reſcius Internuncius Sereniſſ. Sigiſmundi Poloniæ Regis, & Venerabilis Magiſter Seuerinus diffinitor Prouinciæ Poloniæ ordinis prædicatorũ, & exponunt qualiter diebus proxime elapſis præſẽtarunt Sanctiſſ. D. N. quaſdã litteras Sereniſſ. Regis Poloniæ, Sereniſſ. Annæ Reginæ, Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Card. Raziuil, vniuerſorumq; totius Regni Poloniæ ordinum, quibus litteris ſupplicabant Sanctitati ſuæ, vt vellet mandare procedi ad vlteriora in negocio Canonizationis B. Hyacinthi Poloni dum uixit fratris ordinis prædicatorum. ꝙ alias coram aliis Pōtificibus prædeceſſoribus ſuæ Sãctitatis cęptum fuerit, denuoq; negotiũ & cauſã reaſumi, in ſtatu, & terminis in quibus repreſẽtabatur idemq; ipſi comparentes iuxta tenorem dictarũ litterarũ

ſupplicauerunt Sanctitati ſuæ, quæ receptis litteris, & petitione audita per ipſos comparentes factam cauſam, & negocium huiuſmodi ad Illuſtriſs. ſacræ congregationis ſacrorum Rituum, & ipſos comparentes remiſit; quamobrem iidem comparentes parēdo mandatis Sanctiſsimi omni ſtudio inſtāter, & humiliter petunt per Illuſtriſsimas, & Reuerendiſs. DD. VV. mādari ſupradictas litteras miſſiuas ad Sanctiſsimum D. N. directas, & per ſanctitatem ſuam ad congregationem tranſmiſſas. Reuerendiſsimo P. D. Anſelmo protonotario à S. D. N. principaliter, in hac cauſa deputato conſignari, & decerni negocium, & cauſam reaſſumi in ſtatu & terminis, in quibus reperitur, & recepi & admitti diuerſas ſcripturas, & iura ad cauſam facientia, quas, & quæ iidem comparentes exhibentes, & producentes, necnon mandari aperiri proceſſum clauſum, & diuerſis ſigillis ſignatum, dictaque iura, & ſigilla illorum recognoſci in forma eademque iura, & proceſſum diligenter legi ác videri, ac illis lectis viſis, & conſideratis, relationem de ſanctitate vitæ, & miraculis dicti Sancti Hyacinthi, de quibus creditur in eiſdem iuribus ſufficientes conſtare eidem Sanctiſsimo referre ad finem, & effectum, vt ad vlteriores actus dictę Canonizationis procedi poterit, & ita petierunt & inſtiterunt, non ſolum prædicto, ſed omni alio meliori modo, &c.

Inſtantia totius Ordinis Prædicatorum.

ILluſtriſsimi, ac Reuerendiſs. Cardinales, &c. Religio fratrum prædicatorū congregata in capitulo generali celebrato de ordine Sanctiſsimi pro feſto Sanctiſsimæ Pentecoſtes huius Anni 1589 gratiſsime auſcultauit petitionem factam coram pleno diffinitorio eiuſdem capituli per Venerabilem P. F. M. Seuerinum prouinciæ Poloniæ definitorem, qua nomine eiuſdem prouinciæ Poloniæ petebat inſtan-

inſtantiſsime, vt totus ordo Canonizationi S. Hyacinthi eiuſdem ordinis cõfeſſoris incumberet, coram Sanctiſs. & corã omnibus aliis ad quos munus hoc quomodolibet pertineret, qñ & proceſſus de illius mira ſanctitate extabant probatiſsimi, & indies miracula præclariſsima, in huius B. cõmendationem Diuina pietas ſperabatur, & olim ſub Anno Dñi 1571. in capitulo alio generali Barchinonæ celebrato ſimilis petitio, & inſtantia fuerit ordinata. Hac iuſta, ac pia petitione audita diffinitorium mihi Magiſtro Bartholomęo de Mirãda procuratori generali ſupradicti ordinis cõmiſit, & pręcepit, vt totius Religionis nomine de iſta re ſollicite tractarẽ, & humiliter ante Illuſtriſsimas D V. vti ſpecialiter in hac cauſa deputatos à S. D. N. poſtularẽ, quod hodierna die maiori quo poſſum animi affectu facio, & propterea inſtãter & ſuppliciter peto, vt DD. VV. Illuſtriſsimæ negociũ & cauſa ſuper huiuſmodi Canonizatione reaſumãt in ſtatu, & terminis, in quibus reperitẽ, & proceſſũ, ſiue proceſſus de vita, & miraculis S. Hyacinthi ſupra nominati his diebus tranſmiſſum, & de mandato S. D. N. Illuſtriſsimis. DD. VV. præſentatum aperiant, & ad vlteriora procedant. Id enim Deo ſanctorum Regi, & ſeruo ſuo Hyacintho gratiſsimũ erit obſequiũ, & familiæ Dñicanæ fauor eximius, ac perpetua gratitudine dignus.)

Hęc acta ſunt pręſentibus RR. PP. DD. Fratre Auguſtino Fiuizano S. D. N. Sacriſta, Franciſco Penia ſacri Palatij Apoſtolici Auditore, Antonio Maria Caballo prædictæ Congregationis ſecretatio, Curtio Franco, Franciſco Magantio ſacrarũ Cęremoniarum Magiſtro Syluio Antoniano nunc Cameræ S D. N. Clementis Papæ VIII. Magiſtro Marcello Francolino, Magiſtro Sãtes, de Monte S. Sabini ordinis heremitarum S. Auguſtini R. P. Benedicto presbytero regulari S. Silueſtri, qui nunc Epiſcopus eſt Caſertanus, & Claudio Nerio, & Anſelmo Dandino Ceſenateñ. ſignaturę S. D. N. Referẽdario, & protonotario Apoſtolico

huius cauſę Secretario,& aliis fide dignis. Atque dum hęc perfecta fuiſſent cum ſolemni apparatu ſericeo aureo capſulam clauſam Illuſtriſsimæ Congregationi præſentauimus, facto ſuper his digno Ceremoniarum ritu ea, quæ clauſis tenebantur ſigillis patefacta ſunt.

IV. Congregatio.

EXtitit 27. Menſis Iunij anno Dñi 1589. in qua fuerunt pręſentes Illuſtriſs. Cardinales Geſualdus, Paleottus. Mondouinus, Aſcanius Columna, & Borromeus cum eiſdem RR. PP. DD. ſupraſcriptis ſacri Palatii Auditoribus, atque dum ſic eſſent congregati Illuſtr. Sereniſsimi Regis Poloniæ, nuncius inſtitit, etiam ad hæc citato, & comparente Romanæ curiæ Fiſcali Mag. D. Io: Iacobo Panico quatenus omnibus de iure viſis, & auditis teſtimonio certo ea, quæ ſacræ Congregationi porrecta ſunt confirmarentur, medioq; corporali iuramento atteſtarentur, Quæ ſingula vtriuſque ſtatûs viri fide digni, & teſtes omni exceptione maiores, ſcilicet Mag. DD. Andreas Rogulski Sereniſsimi Regis Poloniæ ſecretarius, & Ioan. Snurski, RR. PP. Thomas Treterus Sanctæ Mariæ Tranſtiberim Canonicus, Martinus Kolaczki Canonicus Poſnañ. Holomûceñ Valentinus Sochaczeuieñ. presbyter, Martinus Vrobleuski Iacobus Naſsielski, coram ſacra prędicta Congregatione data per iuramentum fide, ita fuiſſe vera aſſeruerunt.

V. Congregatio.

FActa fuit 4. Iulii 1589. in qua fuerunt Illuſtriſs. quatuor Geſualdus, Paleottus, Môdouinus, & Borromeus Cardinales, in qua teſtificatio ſupradictorũ Dominorum Polonorũ fuit relata, & approbata, præſente Rom. Cur. D. Flaminio Fiſcalia ſubſtituto, & ex aduerſo informante.

V I. Congregatio.

FActa eſt 18. Iulii 1589. in qua preſentes fuerunt Illuſtriſsimi Cardinales Geſualdus, Paleottus, Mondeuinus, Aſcanius Columna, & Borromeus, qui ſic collecti Proceſſum Canonizationis S. Hyacinthi ex mandato Sãctiſsimi pia recordationis Sixti Quinti Papæ tribus S. Palatii Auditoribus RR.PP.DD Seraphino Oliuario Razalio Gallo Rotæ Decano D. Laurentio Blanchetto Italo, & Franc. Penia Hiſpano examinañ. & ſuper eodem conſilia ſua, & concluſiones deſcribeñ. publica authoritate tradiderunt.

VII. Congregatio.

EXtitit 17. Iulii in qua Cardinales Illuſtriſſ. iſti erant præſentes, ſcilicet Geſualdus Paleottus, Cremoneñ. Nicolaus Sphondratus (qui poſtmodum Papa Greg.xiiii. creatus fuit) Montis Regalis, & Aſcanius Columna, in quorum præſentia hora diei xiii. introducta eſt cauſa, ſeu commſsio ſuper Canonizatione B. Ludouici Beltrami de Valentia Hiſpaniæ ex ordine Prædicatorum Mag. D.Lauro Chatolici Regis Agente, & RR.PP.F.Bartholomeo de Miranda totius Ordinis Procuratore, & F. Ioan Biu della Magdalena Hiſpano Inſtantibus & cauſam promouentibus. In negotio autẽ S Hyacinthi iam Illuſtriſsima Congregatio nihil agebat, ſed tantum rellationem RR.PP.DD Rotæ Auditorum quam deuotiſsime præſtolabatur. Porro dum hęc ſic agerentur, cauſaq; Canonizationis Beati Hyacinthi ſub Iudicibus deliteſceret & annus integer præterlapſus eſſet Anno Domini 1590. Quinta Menſis Iulii, Illuſtriſsimus & Reuerendiſſ P.D. Bernardus Maczierouuský Epiſcopus Luccorieñ. Vir oĩ genere virtutum ornatiſsimus, fideiq; zelo præſtantiſsimus a Sereniſsimo Sigiſmundo Poloniæ Rege ad Sixtũ Quintum

Ponti-

Pontificem Max.ad præſtandam obedientiam orator miſ ſus, ſolemni apparatu Romam ingreſſus eſt qui peractis obedientiæ ritibus ſolertiſsimè, & vigillantiſsimè cauſam Sancti Hyacinthi cœpit promouere, ſibi in cõmiſsis ab eodem Sereniſsimo Rege datum fuiſſe declarando Cũ aſsiduis precibus, & pium Pontificem & vigilantem congregationem fatigaret, & ecce ſupra omniũ ſpem & opinionem, ſicut placuerat Altiſsimo, eodem Anno Menſe Auguſto 27.eiuſdem die, hora 23.nõn ſine magno omniũ priorũ Chriſti colarũ mœrore. Sixtus Quintus Pont.Max. ex hac luce ad Cœleſtem patriam eſt euocatus. Quantum vero detrimenti mors eius attulerit, res ipſæ quarum monimenta ad huc extant teſtificari poſſunt. In cuius locum & Sedem XV. Septembris (comuni totius ſacri Collegij Cardinalium conſenſu, Vrbanus ſeptimus, antea Cardinalis Caſtaneus Romanus tituli S. Marcelli dictus, ſucceſsit, qui dum eidem locus & ſolemnitas Inaugurationis, & Coronæ pararetur 27. eiuſdem Menſis pro Corona temporali, morte interueniente, Cœleſtem adeptus eſt. Poſt cuius mortem ſacrum Collegium Cardinalium in electione ſummi Pontificis maturè procedendo in Pontificẽ vnum ex Iudicibus Commiſſarijs Canonizationis Beati Hyacinti, nempe Nicolaum Sphondratũ Cardinalem Cremonen. communi voto elegerunt poſt cuius Incoronationem ſupradictus orator a Sereniſsimo Rege Poloniæ, nouiter electo Pontifici debitã preſtitit obedientiam 26. Ianuarij 1591. Anno. Statimq; pientiſsimus Antiſtes apud S.Sedem Apoſtolicã diligentiſsimè negotio Sancti Hyacinthi operã nauare cœpit commiſsionemq; RR.PP. DD. Rotæ Auditoribus in eadem cauſa ad vlteriora procedẽdũ ab eodem Pontifice impetrauit, qui accepta Commiſsione Relationem ſcripto exaratam eidem Sanctiſsimo vnanimiter concluſam, & ſubſignatam porrexerunt.

VIII.

VIII Congregatio.

Fuit 17. Menſis Ianuarij *1591.* in feſto S. Antonij Abbatis, cui interfuerunt Cardinales quatuor ſcilicet Illuſtriſsimus D. Geſualdus, Veronenſis, Aſcanius Columna & Borromeus, in hac igitur Cardinaliũ pſentia Illuſtriſsimus prædictus Orator Sereniſsimi Regis Poloniæ ſupradictam Commiſsionem produxit, quæ ſic ſe habet.

Beatiſsime Pater Alias fel. re. Leoni x. Clementi vij. Paulo iij. Gregorio xiij. Sixto v. & Vrbano Septimo S.V. Prędeceſſoribus pro parte bo. me. deuotiſsimorũ filiorũ Sigiſmũdi primi & Sigiſmũdi Auguſti, & Stephani Batorii Regũ Poloniæ, & RR. PP. DD. Archiepiſcoporum, Epoporum & totius Senatus eiuſdem Regni, nec no ex parte RR. DD. Magiſtrorum, & Procuratorum Generaliũq;, & Priorum Regni Poloniæ ordinis fratrum Prædicatorum expoſitum fuit, quod poſtquam alias ante trecentos triginta tres Annos in domo fratrum Prædicatorum in templo S. Trinitatis Ciuitatis Cracouien. bo: me: Hyacinthus de familia Comitũ odrouons: dicti ordinis frater ſacerdos olim! Beati Dñici diſcipulus, & ſocius religioſam uitam egerat, & ibidem poſt multorum operationem miraculorum, & plurium Monaſteriorum fundationem plenus dierum bonorum in Dño requieuerat, in tannta uitæ Innocentia & ſauctitatis opinione, & multis eius tàm viuentis quam mortui mundo meritis, & interceſsionibus pijs fidelium precibus, ſicut illuc pie credebatur exoratus altiſsimus plurima ad eius ſepulchrum miracula operari dignâbaiur, quibus Beatitudinis eius, ſignis religione ducta vicinorum, populorum multitudo ſaluberrimũ eius ſuffragium ſupplex uotis implorabat, ac propterea non indignus apparebat; qui ſanctorum Dei Cathologo adſcriberetur. Iidem igitur S.V. Prædeceſſores ad Inſtantiſsimas

tiſsimas preces præfati Sigiſmundi Primi, Et primo Leo x. per ſuas litteras in forma breuis RR DD. Cracouieñ. & Premisliēñ. Epiſcopis. & deinde RR. PP DD Epiſcopo, Laodieñ. ſuffraganeo Cracouieñ. & Iacobo Erdzieſlouū. Canc. Cracouieñ. ſuper inquiſitione, & examinatione vitæ & miraculorum præfati fratis Hyacinthi negotium commiſit atq; mandauit, qui iudices Cōmiſſarij vigore litterarum ſuper vita & miraculis dicti fratris Hyacinti formiter. & Iuridicè proceſſum formarunt. & informa Iuridica ſigillis clausū. & Notariorum manibus obſignatū ex Polonia Romam tranſmiſerunt tunc temporis in manus Fæ. me. Clementis vij qui poſtea RR. DD Seneñ Epo campegio Præsbitero, & Alexandro de Ceſarinis Dyacono. S R. E. Cardinalibus nec non RR. PP. DD. Paulo de Capiſucchis, & Chriſtophoro Panigarolæ Rotæ Auditoribus negociū commiſit. Deniq; poſt direptionem vrbis ad Inſtantiam prædicti Sigiſmundi Primi apud Paulum tertium ſupplicatum fuit, vt hoc negotium Canonizationis præaſſumptum, iterum reaſſumeretur. Quod prę fatus Pontifex precibus Sigiſmundi annuens Reuerendiſsimis DD. Epiſcopo oſtieñ. Cardinali Traneñ. & Io. Petro tituli S. Sixti Presbitero & Alexandro S. Mariæ in Vialata S R E Cardinalibus continuandum mandauit. Qui Reuerendiſsimi DD. Cardinales de nouo per ſuas litteras remiſſoriales RR. DD. Stanislao Borek Decano, & Gregorio Myſkouuski Archidiacono Cracouieñ. vt nouū proceſſum formarent, commiſerunt. Qui iudices ſubdelegati, ſuper vita, & Miraculis Fratris Hyacinthi proceſſum fecerunt & de Polonia Romam tranſmiſerunt; rerum bellorum tumultibus & ſummorū Pontificum, & Poloniæ Regum mortibus negotiū pręfatū intermiſſum fuerat, ꝙ ſimiliter Stephanus Battoreus Rex Poloniæ apud Gregoriū xiij. fel. re. ſupliciter expoſtulauerat, qui morte præuentus negociū Intermiſsit. Nouiſsime vero obediētiſsimus S. V. filius Sigiſmundus Tertius Poloniæ & deſignatus Suetiæ Rex cū toto ſuo ampliſsimo tā ſpiritualiū,

quã ſeculariũ vtriuſq; ſtatus Senatu piè mem: Sixto V. S. V. Prædeceſſori Anno proximè præterito humiliter ſupplicauit, quatenus idẽ ipſe Pōtifex negotiũ Canonizationis præfati Fris Hyacinthi ob cauſas præinſertas intermiſsũ iterũ reaſſumeret, & ad optatũ finẽ paterna miſeratione deduci cōmittere dignaretur, cuius ſupplicibus, & deuotis precibus, benigne, & miſericorditer annuẽs proceſsũ, ſeu proceſſus ſup prædicta Canonizatione Illuſt & Reuerẽdiſſ. DD. Alphōſo Geſualdo Epiſc. oſtieñ Vincentio Laureo tituli S. Mariæ in Mōtis via Regalis Veroneñ. Paleotto, Aſcanio Columnæ, & Borromeo S. R. E. Card. Cōgregationi ſacrorũ Rituũ Præfectis, & S. V. cũ ad huc in minoribus cōſtitutus eſſet, vt dictũ, ſeu dictos proceſſus aperirent, & ad oẽs actus legitimos, & neceſſarios pro expeditione negotij in cũbeñ procederẽt ad plenã, oĩ modũ & totalẽ eius negotii cognitionẽ viuæ vocis oraculo abſq; alio nouæ Commiſsionis decreto, & litterarum expeditione, aſſerens, & affirmãs, cōgregationẽ ipsã ſufficiẽti ad id facultate ex Cōſtitutione ſacrorũ Rituũ eſſe ſuffultã cōmiſsit atq; mãdauit Qui Reuerẽdiſſ DD. Card. ſup vita, & cōuerſatione fratris Hyacinthi eiuſq; miraculis multa decreta, & ordinationes fecerũt, & pro faciliori expeditioni huius negotij, idẽ Summus Pōtifex Prædeceſſor S. V. tribus RR. PP DD Seraphino oliuario, Laurẽtio Blãchetto, & Frãc. Pegna Sacri Palatii Apoſt. Auditoribus, & viuæ vocis oraculo, & expreſſo in forma breuis ad hoc reſcripto demãdauerat, & cōmiſerat, vt sũmariam ſup huiõi negotio Canonizationis pti fratris Hyacinthi informationẽ ſumerẽt, & oẽs pceſſus viderẽt, & quã primũ negotiũ expedirẽt, & terminarẽt, q mãdatis S. D. N. obtẽperañ. pceſsũ ſeu pceſſus pſos in terminis ĩ qbus reperti erãt reaſsũpſerũt & cauſę intendẽtes ea q̃ illis a S. S. cōmiſſa fuerãt, diligẽter & exactę perfecerũt paratti S. V. ea quæ hucuſq; egerunt referre, & debitam relationẽ facere. Verum Beatiſsime pater cũ eorumdẽ RR. PP. DD. Rotæ Auditorũ intercedẽte morte duorũ ſumorũ Ponti-

ficum Sixti v. Vrbani vij. *Prædeceſſorum* S. V. in hoc nego-
tio finiendo, & exequendo aliqualiter ceſſauerit facultas,
& Iuriſdictio, ne ullo vnquam tempore præinſertorum
RR. PP. DD. Rotæ Auditorum in hoc negotio præfa-
to de iuriſdictione, & facultate a prædeceſſore S. V. pri-
mitus conceſſa, & fundata dubitari valeat ſupradictus Si-
giſmundus Tertius Rex Poloniæ humiliter ſupplicat S.
V. quatenus dignetur præfatis RR. PP. DD. Seraphino,
oliuario Laurentio Blanchetto, & Franc. Penia Rotæ Au
ditoribus vt negocium eo: in ſtatu, & terminis in qui-
bus apud eoſdem RR. PP. DD. Rotæ Auditores reperi-
tur reæſſumere, & tam præmiſſa quàm cætera omnia ne-
gotium huiuſmodi concenentia finali executioni coniun-
ctim committere & demandare. Cum poteſtate Citandi.
& Inhibendi; & omnia acta proceſſus, inquiſitiones, pro
bationes, atteſtationes, aliaq; neceſſaria, de & ſuper præ-
miſsis videntur examinant ordinant decident, & S. V.
referent fineq; debito terminant alijsque facultatibus in
præmiſsis & circa ea neceſſarijs & opportunis acin ſimili-
bus concedi ſolitis; & conſuetis, contrarijs non obſtan-
tibus. quibuscunq; Staatu, & merita cauſæ; & negotium
huiuſmodi, nec non litterarum tentares, pro plenè & ſuf
ficienter expreſſos habendi. De mandato Santiſſ. D. N. PP.
Audiant prędicti Auditores, reaſſumant, citent, refe-
rant, procedant vt petitur Placet. N.

Præſentata R. D. Anſelmo Dandino Prothonotario
Apoſtolico ſexta Februarij feria quarta poſt quartam Do
minicam Epiphaniæ. Anno 1591. Per Curſorem Clau-
dium.

Qua humiliter ſuſcepta, & reuerenter Auſcultata
ſupradicti DD. Rotæ Auditores Relationem ſuper
Cancnizetione S. Hyacinthi factam, & authenticè de-
ductam coram ſacra Congregatione pręſentauerunt, quã
ſtatiam R. P. D. Anſelmo Dandino dictæ Cauſæ ſecre-

tario

tario Illuſtriſsimi Cardinales fideliter aſſeruandam conſignauerunt fiſcali Curiæ ad prædicta vocato. Verû enim uero, liceat ſummi Pontificis piam erga ſanctûm Hyacinthum & deuotam mentem huic hiſtoriæ adſcribere, orator ſiquidem prædictus Sereniſsimi Regis Poloniæ imaginem iſtius glorioſi Sancti accuratè depictas,& auro decoratum per me Patrem Seuerinum & P. Benedictû Regæſeum Sanctiſsimo D.N. præſentati, & donari procurauit, qua uiſa ſummus Pontifex depoſita Birretta, flexioq; genibus adorauit, & dilligentius Inſpecta dixit, vere Sancti hominis facies eſt, Deumq; eſt depræcatus quatenus illi Canonizandi iſtum Sanctum gratiam concedere dignaretur hoc factum eſt 2. Februarii 1591.

IX. Congregatio.

FActa eſt quinta februarii 1591. in Gua fueaunt Illuſtriſsimi Cardinales Geſualdus, Mondeuinus Veronenſis, Borromeus, Aſcanius Columna, in eademq; Relatio RR. PP. DD. Auditorum *Rotæ* de S. *Hyacintho* data eſt ad rubricañ. R.P.D. Benedicto theatino Presbitero S. Sylueſtri, nunc verò Epiſcopo Caſertinum, cui commiſſum eſt 12. concluſiones ordinare ex eadem rellatione, Ad eamdemq; Congregationem pię rec: Gregorius xiiij. miſsit R. P.D. Franciſcus Regna S. Palatii Auditorem rogans eos vt in negocio Canonizationis prædictæ ſe quamtocius expediant, tantum valuit Illuſtriſsimi D. oratoris prædicti apud S. Sedem Apoſtolicam authoritas, qui in tum ſancta cauſa ardentiſsime laborauit, & ſuæ tandem legationis honorificentiſsime functus officio Ad tres enim Romanos Pontifices ſcilicet Sixtum quintum, Vrbanum ſeptimum, & Gregorium decimum quartum, a Sereniſsimo *Rege* Poloniæ loculentiſsimus orator extitit) xvj. Februarij huius Anni Roma exceſ-

exceſsit atq; ad Regnum Poloniæ, ſedemq; Epiſcopalem ſuæ prouidentiæ com miſſam properauit.

X. Congregatio.

FActa eſt die *16.* Menſis Februarii In qua fuerunt Illuſtriſsimi Cardinales duo ſcilicet Geſualdus, & Paleottus, & ibi in illa Congregatione data eſt mihi *Pa*tri Seuerino cauſę Procuratori Relatio ſupradicta DD. Auditorum Rotæ ad deſcribendum.

XI. Congregatio.

EXtitit quarta Martii in qua preſentes erãt Illuſtriſsimi Cardinales quatuor. ſcilicet Geſualdus. Veroneñ. *P*aleottus, & Cardinalis Montis Regalis. Interuenerat etiam huic Congregationi Illuſtriſsimus D. Cardinalis Alexandrinus, ad fueruut quoq; omnes S. Palatii Apoſtolici Auditores huius cauſæ deputati, Iudices. & conſultores ſacræ Congregationis, quibus præſentibus in cauſa Sancti Hyacinthi eſt fundata Iuriſdictio. & ipſam ſacræ Congregationis *P*ræfecti Cardinales *S.* D.N. ad effectum eiuſdem cauſæ receperunt.

XII. Congregatio.

FVit *26.* Martii, cui interuenerãt Illuſtriſsimi Cardinales quinq; ſcilicet Geſualdus S. Collegii Cardinaliũ, & eiuſdem congregationis Decanus, *P*aleottus, Mondouinus, Veroneñ. & Aſcanius Columna. qua ſic facta conſtituerunt iam tractare de primo dubio in relatione RR. *PP.* DD. Auditorum Rotæ poſito pro ſequenti Congregatione die ab Illuſtriſsimo Decano. conſtituta.

XIII. *Congregatio.*

QVæ fuit facta ſecunda Aprilis, Ad quam conuenenerant Illuſtriſsimi Cardinales quinque, ſcilicet Geſualdus, Montis Regalis, Veronen. Paleottus, & Aſcanius Columna. quibus ſic præſentibus dubium primum in relatione ſupradicta eſt diſtributum, quod eſt tale.

Dubium Primum.

AN exemplis proceſſus ex Regno Poloniæ allatis, & Illuſtriſsimę Congregationi exhibitis ſit adhibenda fides, ſtantibus adminiculis & coniecturis, de quibus in relatione Dominorum Auditorum Rotæ ſatis luculenter eſt diſputatum, & in fauorem cauſæ, ſiue negoci eſt reſolutum. Quod quidem dubium, & ſi à prędictis dominis Auditoribus eſt ſtrenuè, & ſagaciter ventilatum, & diſcuſſum, placuit tamen Illuſtriſsimæ Congregationi penitius illud introſcriptum, & pro more Ritualium terminare. Ad quam maiori qua potuit fieri diligentia diſcutiendam, interuenerunt quamplures viri ſacræ Theologiæ, & Iuris prudentiæ peritiſsimi, informaueruntquoq; ſcripto, & dicto in facto. In iure autem ſecundum conſuetudinem Romanæ Curiæ, Magnificus D. Cynus Capanus Aduocatus Conſiſtorialis quam ſapientiſsimè, Interim opponente pro more magnifico D. Io. Iacobo Panico Procuratore fiſcalis, quas utiq; ſcripturas cùm ſint tantæ quantitatis, quòd à nobis breuitatis cupitæ modum excedant, ne faſtidium lectori pio afferant, prætermittendas eſſe duxi.

XIV. Congregatio.

FActa eſt die ultima Aprilis, cui Interfuerunt Illuſtriſſimi Cardinales quatuor, ſcilicet Geſualdus, Montis regalis, Aſcanius Columna, & Boromeus, quibus ſic coadunatis conſtitutum eſt, quod in futura Congregatione benè informata dubium propoſitum quàm diligentiſsime examinari debeat.

XV. Congregatio.

FActa fuit die 14. Menſis Maij, cui tamen duo Illuſtriſſimi Geſualdus, & Montisregalis Cardinales interfuerunt. quamuis verò plenus numerus Cardinalium defuerit ſerio tamen de cauſa Sancti Hyacinrhi eſt tractatum, & ne aliquid deſit quod iure noſtro faueret, ad maiorē veritatis inquiſitionē fiſcalis Curię Romanæ Aduocatus Tiberius Ceraſius petiit negotium ad quindenā prorogari, qui poſtmodum dicto, ſcriptoq; in contrarium oppoſuit, & ſacram Congregationem informauit, cuius oppoſitioni, id quod de more fuit, Magnificus D. Cynus Campanus Aduocatus Conſiſtorialis ſupradictus ſatis egregiè, & ſapientiſsime reſpondit quorum oppoſitiones & reſponſa ſuperuacaneum eſſet recenſere.

X V I Congregatio.

EXtitit 11, Iunij, Ad quam conuenerant Illuſtriſsimi Cardinales quinq; ſcilicet Geſualdus, Paleottus, Montisregalis, Veroneñ. & Aſcaninus Columna. & ibidem ſic auide, & diligenter de Canonizationis Sancti Hyacinthi negocio tractantibus interuenit nouus a Sede Apoſtoli ca fiſcalis curiæ inſtitutus. Magnificus

gnificus D. Natalis Rondaninus, *Prædeceſſore* ſuo vita functo, petijtq; ab illuſtriſsima Congregatione concluſioné dubii ad quindenam deferri, & ſcripturas ad hoc cõcerneñ. præſentari, & in cauſa per actores melius informari, quod ob veritatis indagandæ rationem libenter illi conceſſum eſt.

XVII. Congregatio.

XXV. Iunij Conuenerunt ſolummodo tres Illuſtriſſimi, ſcilicet Geſualdus, Veroneñ. & Montisregalis Cardinales, tempore, & loco ſolitis, ad quorum præſentiam introductus eſt R. P. D. Thomas Treterus, miſſus ab Illuſtriſsimo D. Cardinali Radziuil, qui ex nomine tam Sereniſsimi *Regis* quàm ſuo inſtanter petijt Canonizationem Sancti Hyacinthi diligentius eſſe promouendam, quo ſic audito continuis tribushoris diſputationem de primo dubio inſtituerunt, vbi etiam & oppoſitionem fiſcalis Curiæ, & reſponſa Aduocatorum diligentiſsime perpendeñ. rem grauiſsime conſiderarunt. Quoniam vero numerus Cardinalium vota ferentium non fuit completus, ad plenum omnium conſenſum diſtulerunt dubium repetendum.

XVIII. Congregatio.

IN hac Sacra Congregatione, quæ fuit die Iullij ſe repreſentarunt quinque Illuſtriſsimi Cardinales ſcilicet Geſualdus, Veronen. Montisregalis, Aſcanius Columna, & Borromeus, omneſq; *Prælati* ad dictum officium cocernentes, quibus ſic de Canonizatione Beati Hyacinthi tractantibus, & Ecce Illuſtriſsimus D. Cardinalis *Palleotus* per ſuum Capellanum ad Illuſtriſsimos

excuſationem ſuæ abſentiæ detulit, ſe quoq; ad cauſam tanti momenti pro hac uice accedere non poſſe, ſed ſe potius ad S.D.N. euocatum fuiſſe, rogauitq; obnixè deciſionem prædicti dubij ad aliam commodiorem temporis rationem eſſe differendam. et ſic Congregatio illa ob hanc cauſam ſuperſedere deliberauit,

XIX. Congregatio.

HAec die nona Iunlij dubij propoſiti complementum fecit; Namq; dum Illuſtriſsimi Cardinales ad hoc deſtinati ſcilicet, Geſualdus. Paleottus, Veronenſis, Montis regalis, Aſcanius Columna, & Borromeus tempore & loco ſolitis conueniſſent, magnamq; ſecum Prælatorum cateruam adduxiſſent, tandem diuino auxilio implorato poſt multã de prædicto dubio cõferentiam, unanimi voto, & aſſenſu dubium prædictum eſſe cenſuerut ſtatueñ. verum ſcripturis de partibus allatis fidem eſſe dandam concluſerunt, nemine diſcrepante.

X X. Congregatio.

EMenſi magnum pelagus primæ dubietatis ad vlteriora eſſe procedendũ ſtatuerunt Illuſtriſsimi Cardinales, Qui cum 23. Menſi Iulij conueniſſent huic ſiquidem, Geſualdus Veroneñ. Montis regalis, Aſcanius Columna, & Borromeus, abſente Palleotto, interuenerunt, felicioribus auſpicijs, ſecundum Relationis queſtionem ventilare ſtatuerunt, ſeilicet,

Du-

Dubium Secundum.

PRæſuppoſita reſolutione Illuſtriſsimæ Congregationis ſacrorum Rituum ſub die nona Iulij in hac cauſa facta, ſcilicet quod adhibenda ſit fides exemplis proceſſus exhibitis. An dictus proceſſus fuerit legitimè, & Iuridice formatus, in caſu & ad effectum de quo agitur Quibus ſic conſtitutis fiſcalis Curiæ dubio ſe oppoſuit, & dicto, & ſcripto (vt ritualia decent) contradixit minutatim omnes (ſi qui erant) defectus etiam verſuum, & dictionum in dicto proceſſu notando, & in facto, & in iure informando. Cui poſtmodum Aduocatus, & Procurator cauſæ ſolemniter ſcripto ſatisfecerunt, & non minus vere, quam ſapientiſsime Illuſtriſſimam Congregationem informarunt, quæ ſi ſingula in medium producenda eſſent, magnum volumen excreſceret, & deuoto lectori faſtidium generarent. Hoc autem dubium non paruam traxit moram, tùm propter Sereniſsimis Ducis Ferrariæ aduentum, proq; ſuceeſſore ſui Ducatus Inſtanti, tum etiam propter pijſſimi Pontificis ſanctæ memoriæ Gregorij xiij. mortem, qui in ea turbatione poſitus xv. Octobris relinquit mortalem, & cœleſtem vitam adeptus eſt, In cuius locum, non multis poſt diebus Illuſtriſsimus Cardinalis tituli ſanctorum quatuor Coronatorum Fachinettus Bononień. Patria, creatus eſt. & in Sede Sancti Petri ſuccedens Innocentij Noni accepit nomem. quo deinde Coronato, rebuſque Eccleſiæ ad quietem reductis Illuſtriſſima Congregatio cauſæ Canonizationis Sancti Hyacinthi locum dedit, informariq; curauit.

XXI. Congregatio.

HAec ſucceſsit die 12. Nouembris ad quam conuenerunt quatuor Illuſtriſsimi Geſualdus, Paleottus, Montis Regalis, & Veroneñ. antiquiores Cardinales quo ſic congregati diutiſsime de ſecundo dubio diſputatum eſt. Quoniam vero mors Summi Pontificis, vt dictum eſt, interceſſerat, & acta interturbauerat opere precium erat nouam Illuſtriſsimæ Congregationi de re preſenti informationem inſtituere. Itaq; & fiſcalis Curiæ oppoſuit, dicto ſcriptoq; informauit, cui non ſolum Aduocati, & Procuratores, verum etiam & Reuerendiſsimi Sacri Palatij Apoſtolici Auditores, ſolemniter reſpondentes ſatisfecerunt, & omnem dubietatem excluſerunt.

XXII. Congregatio.

EXtitit die 26. Nouembris, ad quam Illuſtriſsimi Cardinales quattuor, ſcilicet Geſualdus, Veroneñ. Aſcanius Columna, & Borromeus conuenere. At quia duo ſuper quos reſpectus habendus erat, Paleottus, & Montis regalis Cardinales defuere; id circo reſolutionem dubii uſq, ad aliam ſequentem congregationem diſtulerunt.

XXIII. Congregatio.

AT vero tertia die Menſis Decembris interuenit plena Illuſtriſsimorum Cardinalium ſupradictorum Congregatio, & in defectu Illuſtriſsimi Cardinalis Borromei, qui Mediolanum ſe contulerat ex ordine Sanctiſsimi Cardinalis Mendozza numerum abſentis ſuplleuit. In quo quidem Illuſtriſsimorum Conuentu, cum ſummo omnium gaudio & applauſu diſputatis vtrinq; diuerſis

propo-

propo nentium ſententijs, ſecundum dubium in fauorem S. Hyacinthi vnanimiter eſt concluſum: ſcilicet quod proceſſus in partibus fuerit legitime,& iuridice formatus. quo facto ſolutus eſt prędictæ ſacræ Congregationis conſeſſus . .

XXIV. Congregatio.

FVit decima die Decembris, cui Interfuerunt Illuſtriſsimi Cardinales quinq; ſcilicet Geſualdus, Paleottus Mondouinus, Veroneſi. & Mendozza Hiſpanus,cum cæteris quorum intererat præſenter ad fuiſſe Prælatis,in qua eſt propoſitum dubium quod eſt tale.

Dubium Tertium.

AN Beatus Hyacinthus ita fuerit ſanctus, vt propter Sanctimoniam vitæ,merito ſit Catalogo ſanctorum adnumerandus. Super quo vt rei veritas appareat,ad ſauorem cauſæ magnificus D. Natalis Rondanius fiſcalis ſatis ſolerter oppoſuit, cui oppoſitioni tā explena Aduocati Conciſtortalis, & Procuratoris cauſæ ſupradictorum in iure,& in facto informatione quam etiā ex ſummariis Hiſtoriarum a viris fide dignis diuerſarum nationum conſcriptis. ſatis decenter reſponſum eſt. quorum ſcriptorum in prohemio primi libri authoritas, & deuotio ſignificationem accepit, ad quos indagationis ergo diligentem lectorem remitto. Non defuit tamen tam ſancto & laudabili negotio legale impedimentum: nam dum hæc à ſacra Congregatione feruentiſsimo ſtudio tractarentur,ecce citra omnium opinionum, trigeſima die Decembris circa horam vndecimam mortuus eſt eſt magnę expectationis vir ſummus Pontifex Innocentius Nonus Papa, & in eiuſdem locus electus ſucceſsit trigeſima die Ianuarij Anno Domini 1592. Illuſtriſſ Cardinalis Aldobrandinus Florentiæ natus,poſtmodum Cle-

mens octauus dictus fœlicer modernus. Hinc coniјce ſtudioſiſsime lector quanto periculo,& quibus difficultatibus cxpoſitum fuerit iſtius glorioſiſsimi Sancti Canonizationis negotium, cum inter tractandum,& de eo differendum in ſpatio tredecim Menſium quinque ſummos Pontifices ſedes Apoſtolica honore dignata eſt, ad quos tam à ſereniſsimo Rege Poloniæ, quàm etiam ab ordine Sancti Dominici noua informatio, & ſedula Inſtantia neceſſario erat expedienda, Taceo motus bellorũ,qui quaſi per vniuerſum Chriſtiani orbis ſpatium ſuborti fuerant. Taceo Sereniſsimi Regis Poloniæ binum ex Regno Poloniæ diſceſſum.omitto infœlicem Imperatoris Turcharũ, cum centum quadraginta millibus in Regnum Poloniæ impetum,totiuſq; prædictæ Reipublicæ maximam nõ ſine diſpendio rerũ ſuarũ turbationẽ, atq; illius florentiſſimi Regni Galliæ pro tunc infellicißimum ſtatum. Quæ omnia ſummis Pontificibus Sedis Apoſtolicæ gubernacula tenentibus, nec non Illuſtriſſ. Congregationi,& Actoribus cauſam inſtituentibus, non mediocre negocium faceſſerant.

XXV. *Congregatio.*

POſt fœlicem inaugurationem S. D. N. Clementis octaui 18. Februarij 1592. indicta eſt Illuſtriſsimorũ Dominorum Cardinalium Congregatio, ad quam quinque ſe præſentarunt, ſcilicet Geſualdus, Veronenſis, Paleottus, Mondeuinus, Aſcanius Columna, quorum numero Illuſtriſsimus Cardinalis Franciſcus Maria de Monte tituli S. Mariæ in Aracœli, nouiter additus, acceſsit. in qua quidem congregatione concluſum eſt in negotio Diui Hyacinthi ſuper 3. dubio Illuſtriſſ. Cardinales ſpecialiter per Aduocatum,& Procuratorem cauſę oretenus informari debere; præſertim cum iam eos ſcripto informatos fuiſſe conſtitiſſet.

XXVI. Congregatio.

FActa igitur informatione vocali conuenerunt Illuſtriſſimi Cardinales quatuor, die 3. menſis martii, ſcilicet Geſualdus, Mondeuinus, Veronenſis, & Borromeus, quoniam vero Illuſtriſsimus Cardinalis Paleottus defuit, vt perſonæ dignitati defereretur, hac de re nihil effectũ eſt, verum ad ſequentẽ congregationẽ dubii dilata eſt reſolutio.

XXVII. Congregatio.

AD hanc Congregationem ſeptem Illuſtriſsimi ſcilicet, Geſualdus, Veronenſis, Paleottus, Mondeuinus, Aſcanius Columna, & de Monte Cardinales vnanimiter conuenerunt, quibus ex ordine S, D. N. Illuſtriſsimus Cardinalis Io: Ant. Facchinettus, tituli ſanctorum quatuor Coronatorum, fe: re: Innocentii Noni Pontificis, nepos, nouiter adiunctus eſt at vero Cardinalis Borromeus ad S.D.N. euocatus ſacræ Congregationi intereſſe non potuit. his tamen non obſtantibus, tertium dubium ſupradictum vnanimi voce, totius ſacræ Congregationis in fauorem S. Hyacinthi eſt reſolutum.

XXVIII. Congregatio.

FOeliciter igitur ſuccedentibus votis ad vlteriora eſt proceſſum, namque die 7. menſis Aprilis facto Illuſtriſſimorum conuentu (adfuerunt enim ſex numero, ſcilicet Geſualdus, Paleottus, Mondeuinus, Veronenſis, de Monte, & ſanctorum quatuor) viſum eſt ſacræ Congregationi quartum dubium proponere. Nam cum poſt ſanctimoniã vitæ, ad Canonizationem Sanctorum merito operatio miraculorum requiratur, ideo de miraculis quærendum erat.

Du-

Dubium Quartum.

AN probetur primum miraculum in relationeRR. PP. DD. Auditorum Rotę poſitum, de reſuſcitatione cuiuſdam Petri de Proſſouo ad effectum de quo agitur. Ad quam quidem dubii examinationem, cum omni reuerentia, & deuota conſideratione. Magnificus D. Iacobus Nerottus Fiſcalis nouus Curiæ pro more, & conſuetudine ritualium oppoſuit. At quia ex præcedentibus contra alios duos Fiſcales reſponſionibus obiectioni ſuæ ſatisfactum erat, id circo reſpondere, & de nouo contra ipſum informare in præſenti materia duxerat ſuperſedendum.

XXIX. Congregatio.

INdicta fuit prędicta ſeſsio 14. die menſis Aprilis, in qua præſentes erant Cardinales ſex, ſcilicet, Geſualdus, Paleottus, Veronenſis, Mondeuinus, de Monte, & tituli ſanctorum Quatuor Coronatorum. in qua licet diſtulerunt dubium vſque ad ſequentem congregationem concludendum propter noui Fiſcalis factam oppoſitionrm, tamen determinarunt, quod in alia proxima congregatione (ne res in longum protraheretur) ſimul & quintum dubium examinare deberent, ſcilicet de ſecundo miraculo in relatione RR. PP. DD. Auditorum Rotæ poſito quod eſt tale.

Dubium Quintum.

AN probetur miraculum ſecũdum de ſanatione vnius Dominæ Paraliticæ Iudka de Koſcielecz dictæ, meritis & precibus Sancti Hyacinthi ſanatæ, in caſu, & ad effectum de quo igitur. Super quibus dubiis, & oppoſitio-

ne

ne prædicti Fiſcalis Magnificus D. Fuluius Palottus. I. V. D. & Aduocatus Conſiſtorialis prefatus ſatis egregiè Illuſtriſsimam Congregationem, tam in facto, quàm in iure informauerunt, a quibus ſatisfacti Illuſtriſsimi Cardinales ſequentem in fauorem Sancti Hyacinthi indixerunt congregationem.

XXX. *Congregatio.*

FActa fuit 9. Maii, cui interfuerunt quinque Cardinales, ſcilicet Geſualdus, Veronenſis, Mondeuinus; De Monte, quorum cõſortio ex ordine. S. D. N. Illuſtriſsimus D. Cardinalis Duartes Farneſius tituli Sancti Adriani, & filius Sereniſsimi Ducis Parmenſis adiunctus hanc ſeſſionem ſua præſentia decorauit. itaque iuridice concluſum eſt duo præcedentia de miraculorum per Sanctũ Hyacinthum operatione dubia, ad effectum Canonizationis legitimæ eſſe probata.

XXXI. *Congregatio.*

FActa fuit 26. die menſis Maii, in qua fuerunt præſentes Illuſtriſsimi quatuor ſcilicet Geſualdus, Veronenſis, Mondeuinus, & de Monte Cardinales, quibus placuit ſuper tribus aliis miraculis à S. Hyacintho perpetratis ſextum dubium diſtribuere, ſub tali verborum forma.

Dubium Sextum.

AN probentur tertium, quartum, & quintum miracula in relatione RR. PP. DD. Auditorum Rotæ in ordine poſita in caſu, & ad effectum, de quo agitur. ne vero ambiguitati relinquatur locus iſta eſſe miracula, ſciendum eſt tertium, ſiquidẽ in relatione eſt poſitum, qualiter

Sanctus

Sanctus Hyacinthus ſuper Vuandalum ſiue Iſtulam fluuiũ apud Vuiſſogradum vrbem prꝫterfluentem, ſicco calcaneo ambulauit, fratresque ſequentes ſuper cappam ſuam eorũ veſtigia fulcientem, in alteram ripam cum omnium admiratione præſentium traiecerit. Cui etiã miraculo, ab eiſdẽ Dominis ſacri Palatii Auditoribus in dicta relatione adiectum eſt, qualiter S. Hyacinthus apud Kyouiam Ruſsiæ vrbem propter Inuaſionem Tartarorum accepto ſecum ſacratiſsimo Euchariſtiæ Sacramento, & imagine Alabaſtrina glorioſiſsimæ Virginis Mariꝫ magni ponderis onus habente per Boriſthenem fluuium rapidiſsimum cum fratribus ſuis ſicco pede tranſierit, & tanti miraculi ſuper aquas perpetuum ſignum reliquerit. quartum vero miraculum de Segetibus grandine percuſsis, & pœnitus deletis, ac per merita S. Hyacinthi ad propriam formam reſtauratis Placuit ſacræ Congregationi ventilare quintum vero, de cuiuſdam Domicelli nomine Zegota equo agitati, & toto corpore colliſi, atque defuncti reſuſcitatione, & perfecta ſanatione. Super quo dubio miraculis in eodem recenſitis, ob reuerentiam S. Hyacinthi dans honorem diuinæ potentiæ, Fiſcalis curiæ non oppoſuit, nec amplius in hac cauſa opponere voluit, nihilhominus tã procurator cauſæ, quam Aduocatus Conſiſtorialis ſacram Congregationem ea, qua potuerunt maiori reuerentia informauerunt.

XXXII. Congregatio.

HÆc Congregatio ſuccesſit nona Iunii, in qua fuerũt Illuſtriſsimi ſex ſcilicet, Geſualdus, Paleottus, Veronenſis, Mondeuinus, de Monte, & Aſcanius Columna Cardinales, quibus ex ordine Sanctiſsimi Illuſtriſsimus D. Cardinalis Alexander Medices Florentinus tituli S. Petri ad Vincula, nouiter eſt adiunctus, quoniam vero recenter ad-

ditus prædictus Cardinalis in huiuſmodi negocio S. Hyacinthi Canonizationis erat nouitius, id circo in eo ſtatu in quo reperit cauſam, diligenter erat informandus, placuit ſacræ Congregationi ad aliud tempus dubij differre deciſionem.

XXXIII. Congregatio.

Conuenerunt igitur trigeſima Iunii Illuſtriſsimi Cardinales ſeptem ſcilicet, Geſualdus, Paleottus, Mondeuinus, Florentinus, Aſcanius Colũna, de Monte, & Cardinalis ſanctorum quatuor Coronatorum: in qua etiam Congregatione reſoluerunt duo miracula, ſcilicet de ambulatione S Hyacinthi ſuper aquas, & de ſegetibus à tempeſtate concuſſis, & orationibus eius excitatis, tertium autem, ideſt quintum in ordines reliquerunt propter ſcrupulum in eo exortum, ſed ex eo dubium ſeptimum formaliter propoſuerunt cuius tenor eſt talis.

Dubium ſeptimum.

An probetur quintum miraculum de ſuſcitatione mortui cadentis ex equo, & colliſi in relatione Auditorum Rotæ poſiti, in caſu, & ad effectum de quo agitur, Dubii autem iſtius ratio talis fuit, Placuerat RR. PP. DD. Auditoribus examinando feciſſe caſus ſiue colliſionis, & ſanationis, nõ autem mortis, & reſuſcitationis, ſuper quo paſſu Illuſtriſs. Card. Congregationis ſacrorum Rituum animaduerterunt magnũ exinde proceſſus per ipſos firmati, & authenticati periculum & iacturam fore: Siquidem in antiquiſsimo libello fide ab ipſis donato de hoc iuuene expreſſè dicitur, quod ex equo ceciderit cõfractus & colliſus

mem-

membris omnibus expirauerit, & defunctus per amicos & parentes ad Eccleſiã S. Trinitatis Cracouiæ portatus fuerit ad contactum corporis Sancti Hyacinthi eodem die etiam de mortui reuixerit, & ſe cum S. Hyacintho in Paradiſo fuiſſe, ac mirabilia Dei vidiſſe aſſeruerit. præcauens igitur ſacra Congregatio ne hiſtoricæ veritati, & fidei proceſſus aliquot præiudicium fiat, ſuper his diligentem ſecere inquiſitionem. itaq; procuratores, & Aduocati cauſæ pro eo dubio quam diligentiſsime, & fideliſsime informauerunt, quorum informatione omiſſa placeat condido lectori Auditorum Rotæ ipſorum determinationis pulcherrimam, & luculentam legere informationem.

Informatio RR. PP. DD. Auditorum Rotæ ſuper quinto dubio.

CIrca quintum miraculum in articulo xv. articulatũ, & in vetuſto libro vitæ S. Hyacinthi narratum, quod Rotæ Auditores huic negocio deputati, verum miraculum, & legitime probatum eſſe poſuimus, dubitant aliqui ex Illuſtriſsimis Dominis Cardinalibus præfectis Congregationis ſacrorum Rituum, quomodo Auditorum relatio cum præfato libro conueniant: nam in libro vitæ Sancti Hyacinthi ſcriptum eſt iuuenem illum Zegotam agitantem equum in campo Sancti Floriani, caſu grauiſſimo cecidiſſe, & expiraſſe. & eadem die, quo Sanctus Hyacinthus obiit ad eius ſepulchrũ delatum vnius horæ ſpatio defunctum iuuenem ſanum ſurrexiſſe, & nullum dolorem, nec veſtigium colliſionis ſenſiſſe. Auditores vero omiſſo reſuſcitationis miraculo, ſolum aſſeruimus illum iuuenem toto corpore colliſum meritis Sancti Hyacinthi perfecte fuiſſe ſanatum; vt iſta dubitatio diluatur obſeruandum eſt nõ ſolum in hiſtoriis illorum, qui Martyrum,

&

& aliorum ſanctorum verita conſcripſerunt, ſed etiam in ſacris ſcripturis veteris, & noui teſtamēti ſub vna ſerie verborum in vno eodemq; facto, ſępe duo, aut plura miracula contineri, & nihilominus Doctores vnū tm̄, vel quod certius, & euidentius, vel quod illuſtrius miraculum eſt, ſolitos eſſe notare, cætera tamen neque negare, neque ſubuertere, ſed pro prudentum iudicio conſideranda relinquere.

Libro quarto Regum cap. 6. ferrum ſecuris cedentis ligna prope Iordanum in flumine cecidit, Eliſeus oratione ad Deum præmiſſa lignum præciſum in flumine immiſit, & ſtatim ſecuris ferrum ſuper aquas natauit. duo hic ſaltem fuerunt miracula, vnum quod recta manubrium incidit in foramen ferri ſub aqua latentis, alterū quod manubrium fecit naturæ ferrum contra naturam ferri. cæterum Doctores ſacri communiter vnum ſolum illud poſtremū deſuper natatione ferri notant miraculum. Sanctus Ambroſius lib. 3. Exameron. cap. 2. ita habet. Sed diſcant naturam poſſe conuerti quando petra, & aquas fluxit, & ferrum aquæ ſupernatauit quod vtique Eliſeus orando facere meruit non imperando, hæc ibi. Item Ambroſius in libro de his, qui initiantur myſteriis cap. 9. ſic habet de eodem miraculo, miſit Eliſeus lignum in aquam, & ferrum natauit, vtique & hoc præter naturam factum eſſe cognoſcimus, grauior eſt enim ferri ſpecies quam aquarum liquor; hæc ille. Idem Ambroſius lib. 4. de ſacramentis c. 4. cæciderat inquit ferrum ſecuris in aquas, quaſi ferrum ſua conſuetudine demerſum eſt miſit lignum Eliſeus, ſtatim ferrum eleuatum eſt, & aquis ſupernatauit, vtique conſuetudinem ferri eſt enim materies grauior, quam aquarum eſt elementum, & ille in omnibus iſtis locis vnum tantum Ambroſius expreſsit miraculum, nempe illud, quod erat euidentius, & principaliter vt fieret intenttaum.

Accidit aliud exemplum in Exodo. cap. 14. Exercitus

Pha-

Pharaonis filios Iſrael perſequebatur venerunt ad mare Rubrum Moyſes virga tetigit mare, & diuiſa fuit aqua, & ingreſsi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris, erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum,& leua. Multiplex continetur ſub iſta ſerie verborum, miraculum: Primum quod Moyſis virga ſeparauerit aquas, quas ſua natura ſeparare non poterat. alterum quod aquæ ſua natura fluidæ, colabiles, quaſi murus ſtabiles perſtiterunt. tertium quia profundum Maris tam breui tempore ſiccum effectum ſolidum præbuit Iſraelitis tranſeuntibus iter. Sancti tamen patres vnum vt plurimum recenſent miraculum de diuiſione aquarum. Sanctus Ambroſius lib. 4. de ſacramentis cap. 4. ita habet, vrgebatur populus Iudæorum ab Ægyptiis interclusus erat mari, diuino imperio virga Moyſis tetigit aquas, & ſe vnda diuiſit, non vtique ſecundum naturæ ſuæ conſuetudinem, ſed ſecundum gratiam cœleſtis Imperii, hæc ille.

Sit præterea tertium exemplum Exodi cap. 15. filii Iſrael profecti per deſertum venerunt in Mare, nec poterant bibere aquas Maris eo, quod amaræ eſſent. Moyſes de arbore, quam ſibi D. oſtenderat, ramum præcedit, & proiecit in aquas, & dulces factæ fuerunt. Hic quoque multiplex efficit miraculum vnum, quod paruum lignum, quod Moyſes manu apprehendere, & in aquas mittere potuit, tantam aquarum molem dulcem reddiderit. alterum quia vt ex ſententia Hebræorum Eccleſiaſtica refert hiſtoria, & Franciſcus Valleſius in libro de ſacra Philoſophia cap. 15. ſi credere dignum eſt, illud lignum, ne dum fuit amariſsimum, ſed etiam mortiferum. Tertium quod aquas dulces efficiens potui reddiderit aptas. Doctores tamen ſacri, vnicum miraculum, de ſublata amaritudine notant: nam cæteris nunc omiſsis, quorum idem videtur ſenſus, Sanctus Ambroſius lib. 4. de ſacra. c. 4. de hoc miraculo ita ſcribit, ſitiebat populus, veniebat ad fontem, amarus erat fons,

ſons, miſit lignum S. Moyſes in fontem, & factus eſt dulcis fons, qui erat amarus, hoc eſt mutauit conſuetudinem naturæ ſuæ, accepit dulcedinem gratiæ. Hactenus ille.

Poſtremo in illa mirabili Lazari ſuſcitatione, multa quoque inſigna miracula contingerunt, quod ex hiſtoria diuina apud Ioan. cap. 11. colliguntur obierat Lazarus, illatus fuerat inſepulchrum, in quo iam quatriduanus, & fetens iacebat. Ieſus acceſsit ad Monumentum, & cum magna voce clamaſſet, Lazare veni foras, ſtatim prodit, qui fuerat mortuus, ligatus pedes, & manus, & facies illius ſudario erat ligata, &c. quo die audiuimus vnicum miraculũ in dicti Lazari ſuſcitatione, plura tamen fuerunt, vnum, quoniam Cadauer fetidum, quod ſanie taboque diffluxerat. Chriſtus ſanauit, & priſtine ſanitati reſtituit. Alterum quod Lazarus viuus prodiit de ſepulchro tertium, quod mirabiliter reſtituta corpori anima ad vitam fuerit reuocatus, vnde theophilactus apud Ioan. lib. 10. Egreſſus eſt, inquit, qui mortuus erat obuinctus manus & pedes, & non minus enim videtur eſſe mirabile uinctum egredi, quam ſuſcitari, & miraculum erat vere uinctum moueri coniunctum miraculo reſurrectionis, hæc ille.

De cæteris operibus miraculo patratis. Idem eſt iudicium omnia enim fere ſecum habent annexa alia quædam minus patentia miracula quibus ommiſsis Doctores illuſtriora, & potentiora commemorant, quos Rotæ Auditores in iſto miraculo imitati, licet duo miracula narrata fuiſſe inſpexerimus, nempe mortui ſuſcitationem, & perfectam ſanitatem toto corpori reſtitutam cum ex collapſu totum colliſum extiterit, hoc poſtremum, quod erat patentius aſſeruimus, alterum non negauimus, immo precibus Sancti Hyacinthi contigiſſe etiam piè credimus, vtrumque enim miraculum ponit articulus 15. & vtrumque narrat liber antiquus vitæ

S.Hyacinthi, & comprobant teſtes de publica voce & fama, vtrumque ſi Illuſtriſsimi Cardinales admiſerint conſentiemus, quo autem conſilio in noſtra ad Sanctiſsimũ conſultatione retulerimus ſuperiori demonſtrant.

Sed omnis difficultas ceſſabit, ſi vno verbo Illuſtriſsimi Domini decreuerint cenſere; ſi miraculum in relatione Auditorum Rotæ quinto loco poſitum, verum eſſe miraculum, ſicut in articulo 15. & libro Sancti Hyacinthi deſcribitur, illudque probare, quemadmodum Auditores exiſtimauerunt, idem enim eſt noſter ſenſus, eademque plane ſententia. &c.

XXXIV. Congregatio.

DAta informatione Auditorum Rotæ inſtituta eſt prędicta ſeſsio 14. Iulii, in qua fuerunt Illuſtriſsimi Cardinales ſeptem, ſcilicet Geſualdus, Paleottus, Veronenſis, Mondeuinus, Florentinus, Aſcanius Columna, & de Monte. & bene examinata prædicta informatione concluſerunt quintum miraculum, vt eſt in libello viridi, & artic. 15. in proceſſu deſcripto conſentientibus etiam DD. Auditoriqus Rotæ, & reliquis Prælatis pro tunc exiſtentibus & ſic ſoluta eſt Congregatio.

XXXV. Congregatio.

INſtituta fuit 28. Iulii in qua fuerunt Illuſtriſsimi Cardinales ſeptem, Geſualdus, Paleottus, Veronenſis, Mondeuinus, Florentinus, de Monte, & Aſcanius Columna, qui ſic conuenientes dubium vltimum formauerunt, quod eſt tale.

Du-

Dubium Octauum.

AN probentur ſextum, ſeptimum, & octauum miracula in relatione Dominorum Auditorum Rotæ poſita, in caſu & ad effectum de quo agitur.

Vt autem diligens lector ſciat de quibus agitur, miracula attendat, Sextum miraculum de pucro abortiuo mortuo nato, & poſt vota facta ad tumbam S. Hyacinthi vita & anima donato, referre. Septimum vero miraculum de quadam matrona Vrſula Adamouua Cracouien. grauiſſima infirmitate oppreſſa, & per vota ad Sanctum facta, ſubito perfectè ſanitati reſtituta narrat. At miraculum vltimum recéſet ſanationem cuiuſdam Barbaræ Paſternakouua hydropicæ. ſuper quibus miraculis, licet Fiſcalis curiæ non opponeret, tamen Claudius, Nerius Fuluius Palottus, Valentinus Ceſar, & Cinus Campanus Aduocatus Conſiſtorialis, vt diligentiſsime, ita etiam deuotiſsime informationes ſuas ad ſacram Congregationem porrexerunt.

XXXVI. Congregatio.

FVit II. Augusti cui præſentes interfuerunt Illuſtriſſimi Cardinales ſeptem, ſcilicet Geſualdus, Paleottus, Veronenſis, Mondeuinus, Florentinus, Aſcanius Columna, & de Monte, Qui prehabita matura deliberatione, cum magno gaudio nemine diſcrepante concluſerunt vltima tria miracula in relatione Auditorum Rotæ poſita, eſſe veriſsima, & Sanctiſsimum Dominum Noſtrum ex approbatione dictæ relationis, & ſacræ Congregationis iudicio, ſecura, & tuta conſcientia abſque omni tergiuerſatione ad Canonizationem Sancti Hyacinthi poſſe

 accedere,

:cedere,itaque per Dei gratiam hac die in ſapientiſsimo
luſtriſsimorum Cardinalium iudicio, cauſa & negocium
anonizationis prædicti finem, accepit. Ab hac igitur tri
ſima ſexta congregatione, totum negocium ſuſpenſum,
dilatum fuit vſque ad Aduentum oratoris Sereniſsimi
oloniæ, & Sueciæ Regis, qui & obedientiam S.D.N. Cle
ente Octauo, & Canonizationem S. Hyacinthi nomine
uſdem Regis erat facturus, propterea ab 11. Auguſti
592. vſque ad 21. Ianuarii Anni 1594. nihil actum eſt de
oc negocio. Cur autem Sereniſsimus Rex Poloniæ ora-
orem ad ſedem Apoſtolicam mittendum diſtulerit, cui-
bet, qui Reipublicæ Regni Poloniæ nouerit diſpoſitio-
em notum eſſe poteſt: magnam enim Regno Poloniæ,
m etiam Sereniſsimo Regi mors Sereniſsimi Patris eius
annis Hoſtaus Regis Sueciæ intulit turbationem, & di-
endium. acceſsit ad hoc quod pientiſsimus Rex propter
peſſendum Regnum Sueciæ exceſſum à Regno Poloniæ
mauerat. ne vero pientiſsimus Rex ſacræ ſedi Apoſtoli-
æ hac occaſione obedientiæ iugum excutere, vel ſibi ipſi
patrocinio glorioſi S. Hyacinthi (præſertim cum peri-
ila plura, mari, terraque erant ſubeunda) deeſſe videre-
ir ad S.D.N. Clementem Octauum fæliciter modernũ.
luſtriſsimum D Stanislaum Minski Palatinum Neocien
m Regni Poloniæ Senatorem virum non ſolum ſcientia
nguarum, peritia & rerum gerendarum experientia, vir-
ite, fama, opibus, clariſsimus amicis, & conſanguineis, ac
æteris omnibus, quæ in homine virtutibus prædito deſi-
erari poſſunt abundantem, verumetiam pietate deuotio-
e, animi excellentia, diuinoque cultu religioſiſsimum
æſtandæ obedientiæ, & terminandæ Canonizationis prę
tæ cauſa ſolemni cultu, & regali ſplendore, vt par eſt,
ratorem deſtinauit; ingreſſus eſt ergo Romam ſecretò
cundum conſuetudinem oratorum ad ſedem Apoſtoli-
m venientiũ prædictus Illuſtriſsimus orator 15. Ianuarii
in

in vinea Illuſt. D. Marchionis de *Riano* aliquot diebu perſiſtens, ſplendido apparatu vigeſima quinta Ianuar publicum pro more ingreſſum fecit, obedientiam vero vigeſima ſeptima eiuſdem menſis præſtitit.

XXXVII. Congregatio.

PORrò audito Illuſt. oratoris Regni Poloniæ cum ſolemni apparatu ingreſſa ſacra Congregatio 21. menſis Ianuarii Anno 1594. determinauit inuicem conuenire. interfuerunt ergo Congregationi Illuſtriſsimi Cardinales octo, Geſualdus *Paleottus*, Veronenſis, *Florentinus*, Borromeus, de Monte, Farneſius, & Facchinettus, vbi propoſita fuit cauſa S. Hyacinthi, ſcilicet an, & qualis ſit relatio facienda coram Sanctiſsimo, & reſolutum eſt vnanimiter, quod fiat relatio coram Sanctiſsimo, & nihil innouandum eſſe, ſed ad vlteriora procedendum.

XXXVIII. Congregatio.

TAndem octaua Februarii conuenerunt ſupradicti Illuſtriſsimi Cardinales octo, mandaruntq; ſibi præſentari, & legi mādatum Illuſtriſsimo D. oratori à Seren. Rege Poloniæ datum pro canonizatione S. Hyacinthi facienda, & licet ſuper eodem multa controuertebantur, tamen ſacra Congregatio concluſit mandatum eſſe legitimè factum, vlteriusque eſſe procedendum in cauſa, & nihil morandū: debere tamen prædictum D. oratorem (interim dū ea, quæ Canonizationis ſunt pararentur) mittere litteras, ad oēs, ſiue ſingulos eos, qui primā ꝓdicta Canonizatione inſtantiam fecere, vt ſecundam ſuis litteris pręcariis apud

Sanctam ſedem Apoſtolicam fulciant inſtantiam, eamque eſſe.S.D.N. voluntatem denunciando, miſſaque inſcriptis ad dictum D. Oratorem S. Congregationis informatione ab eodem reſponſum auidè expectabat, qua lecta idem orator poſt multos de hac re tractatus, deliberauit per ſcriptum ad ſacram Congregationem venire, & rationes ſic oppoſitas reſoluere. Porrò dum hæc agerentur, Illuſtriſsimus D. Cardinalis Geſualdus, vtpote Congregationis Decanus informationem breuiſculo deſcriptam. S. D. N. pro Canonizatione facienda 26. Februarii præſentauit, eamque ſummus Pontifex lectam, & remiſſam ſupradicto D. Oratori videndam tranſmiſit, quam hic inſerere nolui, quoniam cum relatione, quam idem Illuſtriſsimus Decanus in ſecreto Conſiſtorio recitauerat maximam conformitatem habet.

XXXIX. *Congregatio.*

CONuocatis igitur Illuſtriſsimus Cardinalis Geſualdus omnibus ſupradictis Cardinalibus, qui ad hanc Congregationem pertinebant 1. menſis Martii, Oratoris aduentum, vt promiſſum fuit præſtolabatur, qui quam libentiſsime in tam ſancto negocio occupatus multa comitatus Polonorum nobilium & prælatorum caterua, ſe ſacræ Congregationi præſentauit, & ad acta Canonizationis, certas à Sereniſsimo Rege Poloniæ datas in hac cauſa ſcripturas produxit, & oretenus reſpondit ad omnes difficultates à ſuperiori Congregatione ſibi propoſitas, & ſatisfactione data ad ſua remeauit ſcripturarum autem, quas produxit tenor eſt talis.

Mandatum.

NOtū ſtatumque facimus præſentibus litteris noſtris vniuerſis, & ſingulis, quibus intererit. Cum Sancti Hyacinthi Canonizatione in multo ante tempore DD. Deceſſoris noſtris Sereniſsimis Poloniæ Regibus efflagigitantibus tractatam, hoc tandem S. D. N. Clementis Octaui Pontificatu feliciſsimo perfectam iri ſperemus rebus iam omnibus, quæ ad probandam inſignem illius viri ſanctimoniam pertinebant recte, & ordine examinatis, ac cæteris, quæ in talibus negociis permitti ſolent rite peractis; neque vero minori deſiderio, quàm DD. Deceſſores noſtri olim nos ipſi expectamus, vt Sancto Hyacintho diuorum honores Apoſtolica authoritate decernatur, po teſtatem nos plenam Illuſtri Stanislao Minski Palatino Lencicicn. ex primariis Regni Noſtri Senatoribus noſtro ad S. D. N. oratori dediſſe, vt diligenter noſtro nomine à Sanctitate ſua petat. quo tandem ea res perfici poſſet, ac vbi quod maximo opere deſideramus ipſa iam Canonizatio fuerit inſtituta eidem pro nobis aſsiſtat, atque omnia quæ ipſi ex inſtituto, & conſuetudine ſacroſanctæ Eccleſię competent peragat, & exequatur. Quemadmodum quidem plenariam ad ea omnia, quæ huius negocij rationes requirent tractan. perficien. facultatem damus, & conferimus patentibus hiſcæ litteris noſtris. In cuius rei fidem præſentes manu noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo Regni noſtri conſignari mandauimus. Datum Varſouiæ die 3. menſis Auguſti Anno Domini 1593 Regni vero noſtri Anno Sexto. Sigiſmundus Rex loco ✝ Sigilli. Langemburchi.

Inſtructio Regis, & totius Regni Poloniæ in comitijs Vuarſouien. Illuſtriſsimo oratori pro Canonizatione Sancti Hyacinthi data. eunti ad Ponif. Max. Clementem Octauum die 2. Menſis Auguſti Anno Domini.

1593.

CVm eo tempore, quo legatus noſter in Vrbe Romana verſabitur negocium Canonizationis Sancti Hyacinthi perfectum iri ſperamus, operepretium erit, vt idem re communicata cum iis, qui illud hactenus iſtic tractarunt, ſtatuque eius cognito, ſi adhuc fuerit neceſſe apud Reuerendiſsimos Cardinales, quibus cōmiſſum eſt promoueat, ſi uerò iam omnia expedita ſint ſacræ illi apotheoſi, totique ceremoniæ noſtro nomine adſit, ac omnia obeat quæcunque in illa ſolemnitate ab eo obiri more, atque inſtituto ſacroſanctæ Eccleſiæ oportebit.

Oſtendet aut Sanctiſsimo Domino Noſtro maximo nos perſuſos eſſe gaudio, quod res, quam tanto tempore primo maiores noſtri deinde nos ipſi à ſanctitate ſua Dominis Deceſſoribus Pontificibus Maximis expetiuimus tandem ſanctitate ſua ſanctam Eccleſiam gubernante perfecta ſit, vt quę Regnum noſtrum, ac nos ipſos a grauiſsimis inimicis, ac diuturnorumque bellorum periculis mira prudentia, auctoritate, felicitateque vindicauit, quæque cum nos ipſos Regnum ipſum noſtrum paterna peculiari quodammodo charitate complectitur; ac plurimis exornat beneficiis eadem etiam ad tutelares Regni iſtius Diuos nouum patronum adſcriberet, itaque & huius ſanctitatis ſuæ beneficiis in Regnum noſtrum collati prædicatio per totum Chriſtianorum orbem per-

petuo

petuo vigebit, & factum id diuino quodam conſilio videtur ut ille Sanctus qui in Regno noſtro natus ibidem plurimis claruit miraculis ab hoc potiſsimum Pontifice honorem hunc in terris expectaret qui tantos etiam pro Regni noſtri tranquilitate labores ſuſcepit, ac illud tot iam beneficijs affecit, referet itaque idem ipſe Sanctus Sanctitati ſuæ gratiam, rependet Deus ipſe immortalis qui tanto opere ſanctorum ſuorum honore delectatur. Nos item ac noſtri Populi, qui iam Eccleſiæ Sanctæ auctoritate Sancti Hyacinthum colent inter diuos, ac inpatroni loco habebunt, eodem ipſo Interceſſore pro Sanctitatis ſuæ diuturna valetudine, fælicíſsimaq; gubernatione Eccleſiæ Deum optimum maximum pręcari non deſinemus, ac pro Sanctæ Sedis Apoſtolicæ, ipſiuſq; Sanctitatis ſuæ dignitate ſumma alacritate omnia faciemus.

Hic & in eam ſententiam pluribus ſi ita res poſcet commemoratis, reliqua omnia, quæ in illo negocio ab illo pręſtanda erunt, ita peraget, vt illius ritus, ac ceremoniæ dignitatiſq; noſtræ ratio poſtulabit.

Loco † ſigilli.

XXXX. *Congregatio.*

AT vero ad rem iam præſentem propius accedendo Illuſtriſsimi Cardinales ſeptem ſcilicet Geſualdus, Palleottus, Florentinus, Borromeus, de Monte, Sanctorum quatuor, & Farneſius in hoc conſeſſu quem 8. Martij habuerunt, Admodum R. P. F. Io. Vincentium Aſturicenſem S. Theologiæ Magiſtrum, & totius ordinis Prædicatorum Vicarium, & Procuratorem Generalem, vna mecum ad ſacram Congregationem

vocauerunt, nobiſq; præſentibus tractauerunt quid de apparamentis ſuggeſtu ſiue palchone, de tempore & loco Canonizationis ſtatueñ, eſſet & commiſſum eſt nobis, vt cum diligentia cuncta neceſſaria pro feria 3. Paſchæ, vel quando ſuæ placuerit ſanctitati præparentur. At vero die xj. eiuſdem Menſi ſex ordine S, D. N. ſummarium informationis pro Canonizatione facienda, & in futuro ſecreto Conſiſtorio tractanda mihi tranſmiſſum eſt atq; ſerio de mandatum, vt ſingulos Cardinales Romæ præſentes adirem, illudq; ad manus proprias ſingulorum conſignare quod libenter, & ſedulo ſum executus, ſummarium verò breuitatis ergò relinquo ne ſępius repetendo ingenerem lectori faſtidium.

Conſiſtorium Secretum.

IAm ſic bene, & accurate Sacro Illuſtriſsimorum Cardinalium Collegio informato S. D. N. indixit Conſiſtorium ſecretum illudq; xiiij. Martii die celebrauit, in quo Illugriſsimus D. Geſualdus Decanus ſacri Collegij præſente. S. D. N & 47. Cardinalibus quam loculentiſsime clara voce perorauit in hæc verba.

Relatio.

BEatiſsime Pater Sanctitas veſtra mandauit in hoc ſacro loco referri quid hucuſq; actû ſit in Cõgregatione ſacrorum Rituum de Canonizatione Beati Hyacinthi Poloni ordinis Prædicatorum. Hoc ego quamuis melius præſtare poſſe exiſtimem, quemlibet ex Reuerendiſsimis DD. meis Collegis, tamẽ vt obedientiam maiore qua potero breuitate referre conabor. At primum de actis Canonizationis cuius cauſa per multos iam Annos imtermiſſa fuit, tum de eiuſdem Beati vitæ excellentia, & Sanctita

te ac fidei puritate, quæ ſi bene probata, & digna ſanctificatione a Santitate Veſtra de conſilio Reuerédiſsimorũ DD. meorũ Cardinaliũ iudicabuntur, mox ad narrationẽ miraculorum procedam. Sigiſmundus primus recol. me. Poloniæ Rex Anno Domini 1518. humiliter ſupplicauit ſe. me. Leoni x. S. V. Prædeceſſori, vt B. Hyacinthũ, fama Sanctitatis, & miraculorum copia in vniuerſo Polonię, Regno iam clarum in ſanctorum numerum adſcribere dignaretur. Pontifex pio deſiderio Regis annuens, Ioanni Epiſcopo Laodicenſi, & Iacobo Canonico Cracouienſi inquiſitionem ſpecialem de vita fama, côuerſatione & miraculis eiuſdem Beati Hyacinthi delegauit. Qui mandatis Apoſtolicis obtemperantes proceſſum confecerunt, illumq; ſe. re. Clementi vij. ſimiliter S. V. Prædeceſſori in Conſiſtorio ſecreto die 17 Decembris Anni 1526. præſentandum curarunt. quo proceſſu permotus idem Pontifex Anno ſequenti eodem Rege inſtante, fratribus ordinis *Prędicatorũ*, illius Regni facultatem conceſsit, vt feſtum B. Hyacinthi die poſt Aſſumptionem Beatiſsimæ Virginis, & officium, ac Miſſam celebrare, atq; etiam Imagines, & Altaria erigere, in omnibus Eccleſiijs prædicti ordinis, in Beati honorem poſſent. Quã facultatem idem Pontifex præfato Rege ſupplicante Anno 1530. ad oẽs illius Regni Cathedrales Eccleſias extẽdit, donec ad actũ Canonizationis deueniretur. Cauſa ob varias dificultates, & impedimenta intermiſſa fuit Anno 1539. Epiſcopi Poloniæ in Synodo Petricouienſi legitimè Congregati, litteras ad ſe. re. Paulum 3. itidem S. V. Prædeceſſorem dederunt ſupplicantes, vt cœptum opus ad optatum finem perduceretur. Quorum ſupplicationibus motus Pontifex eam tribus Cardinalibus tunc in ordine prioribus commiſit, qui eodem Sigiſmundo Rege & Prouinciali ordinis Sancti Dominici in Regno Poloniæ inſtantes, vt de Miraculis Beati Hyacinthi

tum fuerat, vtraq; ſibi inuicem conuenientia, ea omnia fiſci Procuratore citato admiſſa fuerunt, & plene recognita. Tunc Pontifex tres Rotæ Auditores deputauit, qui prædicta Iura, & proceſſus exempla diligenter inſpicerēt, & concluſiones de more deſumerent. Quam in rem, cum ipſi accurate incubuiſſent, tandem ſe. re. Gregorio xiv. de ſcripto retulerunt iura producta fidem & probationē facere, proceſſumq; legitimè, & Iuridice confectum eſſe, atq; ex eo tam B. Hyacinthi vitæ Sanctitatē, quam eiuſdem miracula, ex quibus octo præcipue delegerunt examinanda, concludenter probari. Relatione Auditorum ipſius Pontificis iuſſu ad eandem Cardinalium Congregationem tranſmiſſa, vt de re tota mature conſiderata, ſententiam ſuam dicerent. Reuerendiſsimi DD. mei ſigillatim, & accuratè examinantis. Auditorū concluſionibus fiſci Procuratore ſupercitato, & audito, nec non ſeruatis ſeruandis cenſuerunt, & ipſi Iura iuxta eorundem Auditorum ſententiam ſcripturis, Iuribus, & proceſſus exemplis exhibitis plenam fidem adhibendum, probationeſque de vitæ ſanctitate, & præclaris Beati Viri Miraculis, legitimas eſſe, & concludentes. Accedit ad hæc nouiſsima Sigiſmundi tertii Poloniæ, & Suetiæ Regis inſtantia, qui Illuſtrem Stanislaum Minski oratorem ſuum ad S.V. pro conſueta obedientia mittens, ſpeciale ipſi mandatum dedit, vt Canonizationem B. Hyacinthi inſtantiſsime petendo ei aſsiſtat, ac Maieſtatis ſuæ nomine omnia peragat, exequatur, quæ ex ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Inſtituto fieri conſueuerunt. Hæc de actis Canonizationis. Nunc de vitæ Excellentia, & ſanctitate, ac fidei puritate. Beatus Hyacinthus ortus eſt in villa Camienſi, diœceſis Vratislauiē. ante Annum Dñi M.CC. ex nobilibus, & Chriſtianis parētibus ſed qui vitæ ſanctitate virtutum ſplēdore, & miraculorū dono lōge

nobi-

nobilior atq; Illuſtrior euaſerit. Litteris operam dedit præſertim Sacræ Theologiæ, ac Iuri Canonico, deinde Cracouienſis Eccleſiæ Canonicus veluti lucerna ardens inter alios præfulgit. Quẽ poſte a Iuo Cracouienſis Epiſcopus eius patruus Romam proficiſcens ſecum adduxit, eumq; cum Ceslao eius conſanguineo, & Hermano theuthonico familiari ſuo Beato Dominico tunc Romæ commoranti erudiendum, ac eius regularibus inſtitutis imbuendum tradidit. Quibus breui tempore optime inſtructus, ſuſceptoq; habitu Beati Dominici manibus, ac profeſsione regulæ emiſſa in Poloniam cum ſocijs remittitur. Cumq; ad Ciuitatem Frizacenſem perueniſſet, ibi verbo & exemplo tantum profecit, vt intra ſex Menſes Monaſterium eiuſdem ordinis multis fratribus refertum erexerit, fratre Hermanno eidem Præpoſito. In Cracouiam deinde profectus aliud ibi ſui ordinis Monaſterium ſua Inuocatione Sanctiſsimę Trinitatis extruxit. Poſtea ad alia eius Regni loca progreſſus Verbi Dei prædicatione, & exemplis admirabilem ſe prebuit alijs quatuor eiuſdem ordinis Monaſterijs ædificatis. Quam a Sancto Dominico originali fonte uitæ moderationem hauſerat eandem perpetuo coluit. Inerat in eo cordis humilitas, eximia virginalis puritas, candidiſsima Dei proximiq; charitas feruentiſsima. Carnem adeo macerabat vt ſingulis noctibus Corpus ad effuſionem vſq; ſanguinis affligeret. Abſtinentia erat ſumma, præſertim vero ſingulis ſextis ferijs, vigilijs Beatiſsimæ Mariæ Virginis, & Apoſtolorum in pane, & aqua ieiunabat. In oratione vero adeo frequens erat, vt ſępiſsime in Eccleſia pernoctaret & mẽbris inædia & ſopore Laxatis, ad altare ſuper lapidem aut nudam terram paululum reclinato capite quieſceret. Si quando ab oratione vacabat, aut ſtudendo, aut prædicando, aut confeſsiones audiendo aut infirmos viſitando Deo ſeruiebat, & proximum iuuabat. Quibus uirtutibus

tibus

tibus præfulgens Cœleſtis potiuſquam humanus vir apparebat, ac propterea Sanctitatis eius fama excreſcente multi ſe eius orationi commendantes gratias ab eo diuinas impetrarunt, nam & mortuos ſuſcitauit, & alia multa edidit miracula, de quibus poſtea dicam. Cumq; Prouinciam quadraginta circiter Annos rexiſſet, cupiens diſſolui iam, & eſſe cum Chriſto in Vigilia Aſſumptionis Beatiſsimæ Mariæ Virginis, conuocatis fratribus Monaſterij Sanctiſsimæ Trinitatis Cracouienſis mortem ſuam prædixit, eoſq; amantiſsimis verbis ad omnes Chriſtianas virtutes adhortatus eſt. Sequenti vero die abſolutis horis canonicis. & ſacramentis Eccleſiæ perceptis pronunciato illo verſu: In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum animam Deo reddidit. Anno ſalutis 1257, Hæc omnia præter publicam, & conſtantem famam probatam per teſtes ſupra quadringentos, probantur etiam per ſupradictum antiquiſsimum librum ante CC. Annos, a fratre Stanislao Cracouienſi ordinis Sancti Domioici conſcriptum, & in Theſauro Cracouienſis Eccleſiæ diligentiſsime aſſeruatum, cui tam dicti Auditores quam Congregatio adhibendam eſſe fidem cenſuerunt. Et confirmantur etiam per multos hiſtoricos ſcribentes, partim de rebus Poloniæ, partim de Religione Sancti Dominici & de Viris illuſtribus, qui in ea floruerunt. Eius Corpus in Eccleſia prędicti Monaſterii Sanctiſsimæ Trinitatis ſepultum magna totius Regni frequentia colitur, & veneratur. Hæc ſunt Beatiſsime Pater quæ de Beati Hyacinthi vitæ Excellentia & Sanctitate, ac fidei puritate mihi dicenda erant. Nunc S. V. ſtatuat an plene probata ſint, & digna ſanctificatione.

Pontifex hic exquirat vota.

BEatiſsime Pater innumera miracula narrantur, quæ Glorioſus Deus in Sanctis ſuis per Beatum Hyacinthum operare dignatus eſt. Exquibus octo tantum ſuffi- cere uiſa ſunt Auditoribus Rótæ, & Congregatíoni, quę præcipuè examinarentur & probata ad S. V. referrentur quatuor in vita, vnum in die obitus, tria poſt obitum. Quorum Primum eſt reſuſcitatio cuiuſdam Petri de villa Proſſouo qui rapido fluminis impetu equo derectus ad alterum diém in aquis ſubmerſus Beati Hyacinthi precibus ad uitam reuocatus fuit. Secundum, loquendi facultas reſtituta cuidam mulieri nomine Iudith, quæ paralyſis morbo grauiter affecta, neunum quidem verbum formare poterat, ea poſt remedia multa, a medicis fruſtra adhibita Beati Viri precibus priſtinum linguæ vſum ſtatim recuperauit. Tertium Ad prædicandum Dei vrbem proficiſcens, cum ad flumen Vandalum Viſſogradum Maſſouiæ vrbem, ob aquarum copiam rapidiſsime præterfluens perueniſſet, nullo ibi nauigio nec Nauclero inuento, fuſis ad Deum precibus, ſignoq; Cuius facto, ad ſocios quos habebat comites conuerſus, Eia inquit, filij, ſequimini veſtigia mea in nomine Chriſti, moxq; cœpit ſuper aquam ſicco pede ambulare. At illis Beatum virum ſequi præ timore detrectantibus expandens ſuper aquas pallium, Agite, inquit, filij cariſsimi ſit iſte nobis Pons Ieſu Chriſti, per quem in nomine eius tranſeamus, ſicq; magna omnium admiratione, flumen illud altiſsimum, & rapidiſsimum cum ſociis incolumis mirabiliter traiecit. Quartum. Segetes in Campis villæ cuiuſdam Cracouienſis diœceſis grandine proſtratas, ac deletas B. vir pauperum incolarum miſericordia commotus in ſequenti noctę, in priſtinum reſtituit, eaſq; incolæ poſtero die

letas,

Lætas, & integras, ac ſi nulla vnquam grandine tactæ fuiſſent, adinuenerunt. Quintum, Die quo obijt ipſius meritis reuocatus eſt ad uitam nobilis Vir Zegota qui ex equo, quem agitabat graui caſu deiectus, colliſis membris interierat. Is à parentibus ad Beati Hyacinthi ſepulcrum perductus ijſdem pro eo orantibus vnius horæ ſpatio ſurrexit ſanus abſq; ullo colliſionis ſigno. Sextũ ſuſcitatio Infantuli quem Mater mortuum ediderat, qui à patre ad Beati Viri Monumentum allatus, ſtatim facto voto viuere cœpit. Septimum. Sanitas illico reſtituta cuidam Vrſulæ, quæ tam graui, & læthali morbo biennium laborauerat, vt per octo hebdomadas, nullo cibo, ſed aquæ tantum potu, & electuarijs vti potuerit. Ea omni iam ſalute deſperata exuoto Agnetis filiæ, matrem Beato Hyacintho cõmendantis ſanitatem ſubito recuperauit. Octauum Repentina etiam ſanatio cuiuſdam Barbaræ Cracouienſis, quæ cum ex partu grauem idropiſis morbum contraxiſſet deſtituta iam a Medicis, & morti proxima, cum primum ſe Beato Viro cõmendauit, ſtatim conualuit. Ex his octo Miraculis, quinque probantur per teſtes complures, de publica voce & fama deponentes, & perdictum librum antiquiſſimum fratris Stanislaij, ac prædictos Hiſtoricos. Tria poſteriora per teſtes de uiſu quiq; in ſe ipſis ea experti ſunt, quibus propterea plena fides eſt adibenda. Accedit ad confirmandam veritatem ſanctitatis uitæ & miraculorum eiuſdem Beati Viri. Quod ſupra trecentos Annos, omnes Poloni perpetuam, magnamq; deuotionem, & venerationem habuerunt, & habent in dictum Beatum, vti Deo gratum & Cœleſti patria perfruentem, eius ſepulchrum frequenter viſitando, eius opem apud Deum implorando, multaq; donaria illuc conferendo, ac tabellas gratiarum obtentarum indies appendendo. Quod præterea per tot Annos de Sedis

Apoſtolicæ licentia, officium & Miſſæ in eius honorem celebrantur, Altaria eriguntur, Imagines proponuntur. Denique, quod tot Reges, Cardinales, Archiepiſcopi, tot Proceres Poloni de Sanctimonia, & Miraculis eius teſtimonium dederunt, ac tantum pro illius Canonizatione celebrarunt, vt procul dubio, credendum non ſit Deum paſſurum fuiſſe tot populos de fide Catholica benemeritos tam diu decipi. Quamobrem, vno omnium voto Congregationi viſum eſt ad Sanctitatem veſtram referendum omnia probata eſſe, quæ pro Canonizatione ex ſanctæ Matris Eccleſiæ præſcripto neceſſaria ſunt. & propterea Sanctitatē Veſtrā ad vlteriora procedere poſſe. Nos autem ſententiam noſtram, ea qua decet reuerentia, & humilitate ſapientiſsimo Beatitudinis veſtræ Iudicio Submittimus.

XXXXI. *Congregatio.*

FVit die xv. Martij in qua fuerunt Illuſtriſsimi Cardinales quinque ſcilicet, Geſualdus, Veronenſis, Florentinus, de Monte, & Sancti quatuor. Ad quam Congregationem Illuſtriſsimus D. Stanislaus Minsky Palatinus Lencicień. Sereniſsimi Poloniæ & Suetiæ Regis ad Sedem Apoſtolicam orator, Magnificum D. Stanislaum Niegoſſouosky Nobilem Polonum miſsit, vt nomine Sereniſsimi Regis & ſuo gratias referret Illuſtriſsimo D. Cardinali Geſualdo, ac toti Sacræ Congregationi, pro relatione, & labore, quem in hoc negocio hucuſq; ſuſtinuerunt; ſimiliter R. Pater Vicarius Generalis ordinis vna mecum in eadem congregatione fecit poſtulauitq; relationem ad acta Sacrorum Rituum ingroſſari, & ſolemniter Introduci, quod vtiq; impetrauit, ibidemq; tractabatur, vtrum in noua, vel veteri Eccleſia Sancti Petri Canonizatio ſit celebranda, & nihil eſt reſolutum, ſed tantum ad S.D. N. refereń. putauerunt.

Publicum Conſiſtorium.

HIs ita optime rebus conſtitutis S.D.N. in diem xiv. Menſis ſupradicti publicum celebrari indixit conuentum in Aula, quę ab antiquo Imperatoribus, & Regibus,eorumq; oratoribus publicum concedit,legationis, vel obedientiæ præſtandæ ingreſſum, & vulgo, Sala Regia nuncupata. Ad quam S.D.N. in uocato primum diuino auxilio, in Mitra, & Pontificalibus ſolemni apparatu & omnium Illuſtriſsimorum Cardinalium præſentium comitatus numero, pro tribunali Sedit, acceptaq; ex more obedientia ſe ad ritus pro Canonizatione Sancti Hyacinthi faciendos attentiſsime preparauit, oratoribus Regum, & Ducum pro ſua vniuſcuiuſq; dignitate,& ordine aſsiſtentibus. Tunc in medium conſurgens magnificus D. Cynus Campanus Aduocatus Conſiſtorialis, & cauſæ Beati Hyacinthi, in fauorem Canonizandi, longam & exquiſitam fecit orationem, in hac ſerie verborum.

Beatiſſime Pater.

DE Admirabili vita Beati Hyacinthi, de Cœleſtibus virtutibus, de ſtupendis eius miraculis, iuſſu V. S mihi verba facturo, hæc dies præceteris aliis vitæ meæ curſus illuxit, certe lætiſsima, tum quod tantæ mihi contigerit ſeruire fęlicitati, tum multo magis, quod tibi Pater Sancte huic Auguſtiſsimo ſenatui Sigiſmundo 3. Poloniæ & Suetiæ Regi de Ieſu Chriſti fide & de hac Sancta Sede benemeriti huic vrbi vniuerſæ deniq; Catholicæ Romanæ Eccleſiæ ob tantum additum decus, ob nouum hoc in cœlo patrocinium ſperem imo liquido

perſpiciam fore fœlicisſimam. Hæc ſacra Area, quæ mihi alias de arduis rebus agenti viſa eſt apprime ſplendida ad referendum amplisſima, ad agendũ ornatisſima, hodie cũ de morum fulgore, ac eius Beati viri ſanctitate referendum ſit longe quidem amplior, lõge ornatior, atque ſplendidior apparet. Conſpectus hic veſter, qui mihi & omnibus, qui lucem amant fuit ſemper admodum venerandus, ac periucundus, hodie magis atque magis venerandum, ac omnis iucunditatis plenum contueor, ſiquidem vos contemplor, non ſolum de more magno, & erecto animo eſſe, ſed adeo alacri, læto, & ingens cordis gaudium ob excelſas, quas expectatis de Beato Viro audire virtutes præſeferenti, vt ego qui ingenii tenuitate, imbecillitate memoriæ propter rei magnitudinem valde deterrebar hoc veſtro grato, atque hilari aſpectu totum me ſentiam recreari. Enimuero ob nouam magnam fulgentem Hyacinthinam gemmam Auream Sanctæ Matris Eccleſiæ coronam vna cum cæteris illuminantem magnopere cunctis Chriſti fidelibus lætandum eſt, ſed tibi in primis Pater Beatisſime vehementer gratulandum, quod cum turbulentisſimis Sarmatiæ interregni temporibus (dum eſſes in minoribus) difficillima illa apud hyperboreas gentes, Poloniæq; Regnum eiuſdem Sancti Hyacinthi patriam, & ſuarum virtutum, operumque admirabilium theatrum ſpectatisſimum legatione fungeris, optime noueris qualis ille fuerit, quæ vniuerſis illis regionibus, & aliis propinquis erga eũ Beatum Virum veneratio, ac deuotio, qui in animis in omnium illarum partium populorum voce de ipſius laudibus concentus, quæ inſignia atque Illuſtria, tam in vita, quàm poſt obitum ediderit, edatque indies miracula, fidem indubiam præbentia in conſpectu altisſimi inter beatisſimos ſpiritus locum obtinere fęlicisſimum, ſubindeque huic Beato Viro fęlicis tuo Pontificatus tempore tibi ſit

à Deo

a Deo datum ſanctitatis triumphum, ac lauream miro, cum omnium ordinum gaudio eidem decernere. Eſt & inſuper Pater Beatiſsime non leuis tibi gratulationis occaſio, quod huiuſcæ futurę (vt ſperatur) fęlicis Canonizationis tui eiuſdem nominis, & ex eadem Florentiſsima Patria orindus. fe: rec: Clemens Septimus principium fuerit auſpicatus cum diligenti habito proceſſu. Sigiſmundo Primo Polonię Rege vehementer expetente, Primatibus Regni ſummis precibus obſecrantibus conſulto decreuerit. Beatum Hyacinthum in Poloniæ tantum Regno eſſe venerandum, & pro Sancto colendum, deſuperque Pontificios codicillos in forma breuis ſub annulo piſcatoris exarrauerit, ac publicauerit, quod decretum Clemens Octaue. Pont. Opt. Max. & fęliciſsime, nunc Sigiſmundus Tertius Poloniæ, & Succiæ Rex & ſuo nomine Stanislaus Minski eiuſdem Regis Legatus hic præſens abs te poſtulat atque orat, vt non ſolum digneris extendere, & ampliare, vt vniuerſus Chriſtianus orbis eundem Sãctum Hyacinthum veneratur & colat, eundem Beatum merito Canonizationis decreto condecorare.

Sed quoniam hoc ipſo celeberrimo actu nullus inter mortales pene maior, nullus ſane illuſtrior fieri, excogitarique poteſt, cæteri namque qui ab hominibus honores tribuuntur, cito tanquam fumus, vel vmbra recedunt, & vna cum homine funditus intereunt. At hic honos, qui prius datur in cœlo & poſtea per eius Vicarium confertur, & renouatur in terris quamuis cœlum & terra mutentur, vt æquum eſt in æternum in gloria duraturus. Cum itaque decus hoc immortale à Sanctiſsimo, & integerrimo S. Matris Eccleſiæ iudicio non ex liberalitate largiendum ſit, ſed iure ipſo, & per iuſtitiæ tramites tribuendum pro honore huiuſmodi, quantum maximo decernendo æquum & iuſtum eſt, vt huius Beatiſsimi Viri inſignis vitę

æternorum qualitates referantur non quidem quot & quã maxime, nam hæ captum humanumexcedunt ; nam ut Diuus Hieronymus in uita S. Paulę Matronæ Romanæ ait ; ſi omnia membra conuerterentur in linguas, ſi omnes nerui vocem humanam reſonarent, ne minima quidem pars eius qui eſt ampliſsimorum meritorum ſuorum ſplendor & celſitudo recenſeri valeret. quid ergo mihi in tam ingenti admirabilium rerum copia agendum erit, qui, nec ingenio, nec memoria, nec facundia valeam ſolum obſequendi, ac tuo Pater Beatiſsime parendi deſiderio audeam. Imitabor igitur eos, qui ad verum fontẽ ſitientes accurrunt, non vt vniuerſos perpetuo ſcaturiẽtes latices hauriant, nam id inſipientium eſſet conari, ſed vt ſitim leuẽt, & vaſculum quod ſecum gerunt quantum capere poteſt abunde repleant.

Sed quia non me tali dignor honore, vt liquidiſsimis ſuarum virtutum fontibus mea hæc inmunda proluam labra. Tu Beatiſsimæ Hyacinthe, qui elingues pene factos, & nullum verbum ui morbi ingraueſcente proferre valentes diuino inuocato nomine ad loquendi facultatem reuocaſti, & linguę modulos ægritudine depulſa reſtituiſti, ſupplex oro, per eam quæ in te ſingularis, dum in humanis ageres fuit charitas, & hodie multo magis hac ipſa coram ſole pietatis æſtuas, vt noningentis aliis per te præſtitis miraculis, hoc ipſum addere digneris, vt balbutientem linguam meam exolui & labra mea aperiri a perenni gratiarum fonte impetres, quo aliqua ex preclaris bene ſanctaq; ante actæ vitæ tuæ geſtis, ac ingentibus miraculis ad omnipotentis Dei gloriam, tuamque laudem valeam recenſere.

Ortus eſt igitur Beatus Hyacinthus ex nobiliſsima familia Odrouons Patria Polonus Anno, vt potui ex uarijs ſcripturis colligere a Natiuitate Dñi noſtri Ieſu Chriſti 1183. in qua familia præter Generales exercituum ductores &

res. & de Barbaris,& Chriſtiani nominis hoſtibus magnificos triũphatores plures floruere Eccleſiarum Antiſtites, Epiſcopi & Archiepiſcopi eidem, etiã familię magnũ deinde additum eſt ornamentum. qui ex materno eiuſdẽ latere prodiit ampliſsimi huius ordinis Cardinalis Radziuil, vita, moribus,& virtute ab illuſtribus anteceſſoribus minime degener. Habuit autem Beatus Hyacinthus patrem Comitem Heroem præſtantiſsimum, Patruum Iuonem de Konskie Cracouiæ Epiſcopum de cuius uitæ ſanctimonia egregijs animi dotibus,& cunctarum virtutum corona, ſi hic ſuus eſſet locus, mea quidem oratio facile principium inueniret exitum vero perdificilem, fuit etiã ſuis parentibus Deum timentibus in uia Domini alitus, educatus atq; inſtitutus, poſt puerilia autem rudimenta, & audita oratoriæ artis præcepta, cum eſſet in primo adoleſcentiæ flore, cœpit Ciuilibus, & Canonicis ſtudiis, his ſacræ etiam Theologię accurate vigilantiam adiungens in Ciuitate Bononiæ iugiter operam dare, Inde Poloniam rediens Iuoni Epiſcopo Cracouienſi patruo ſuo, qui quemadmodum dignitate, ita etiã uitæ Innocẽtia tanquam fax in alto poſita diuino amore accenſa aliis mirifice prælucebat libentiſsime adhęſit. quo in dies magis illius exemplo excitatus in Dei ſeruitio proficeret, & in ſemita recte ſanctęq; viuẽdi firmius veſtigia figeret Quod profectò ſicut optabat fęliciter ſibi vſu venit, quandoquidem patruus ille perprudens cognito generoſo Iuuenis animo nil aliud prorſus affectanti, quam, vt diuino cultui penitus vitam addiceret in Canonicorum numerum qui hoc magnopere optabant adſciri permiſit, Quo in ordine ita egregie, & per omnia ſe geſsit morum ſuauitate, humanitate, charitate refertus, quam indefeſſa ſedulitate Eccleſiæ inſeruiens, vt nullus ex collegis exiſteret, qui de admirandis eius uirtutibus ac meritis paſsim non prædicaret. Interea cum emineret Vir Beatus eo in ordine,

non ſolum vt in corona, ſed tamquam in regio diademate fulgidiſsimus Hyacinthus, Ecce Deus illum ad maiora vocauit, Iuonem namq; Epiſcopum Romam euntem ſecutus cum Sanctum Dominicum magno cum animi ardore, & intimis charitatis viſceribus audiret verbum Domini frugiferè in vrbe prædicantem, & verba illa referentẽ,& diuinitus explicantẽ: ſi uis perfectus fieri, vade, & vende omnia quæ habes, & da pauperibus, ſummo flagrans deſiderio diuino parendi conſilio,& iam ſibi cõſtaret ſectari Beati Dominici ueſtigia, Iuoni,quem vt dominum reuerebatur, certum fixumq; propoſitum aperit, illico Patruum, vere tanti nepotis amantiſsimum, cui non caro, non ſanguis reuelabat, ſed ut erat præſul religioſiſsimus, æternamq; gloriam huius mundi breui, & inanĩ anteponens ſanctus Spiritus inſpirabat incredibili perfuſus lętitia cœleſtem potiuſquam humanam Nepotis deliberationem amplectitur, & occaſione data Honorio 3. tunc temporis Pontifici Maximo, qui cum eo,dum ambo ſtudiorum cauſa Pariſijs verſarentur ſolidam contraxerat amicitiam, communicat. Honorius qui Beati Hyacinthi doctrinam, & ingenium quale eſſet non ignorabat, & laudatiſsimi,qui eſſent eius mores a multis audierat vaticinatus eſt, nec eum iudicium ſefellit ſi Beatus Hyacinthus Diui Dominici alumnus ac ſocius efficeretur, apud latas arcturi, & ſeptentrionis plagas magnam Catholicæ fidei lucem ac ſplendorem eſſe allaturũ, accerſito itaque Beato Dominico, eique Beati Hyacinthi firmiſsima deliberatione oſtenſa vti filium commendat. At is vbi diuum Dominicum libenter annuere intellexit, ſtatim ſumma cum deuotione, & humilitate animo tamen letiſsimo Dominicanæ Religionis habitum, & indummentum in Eccleſia Sanctæ Sabinæ Immortali Deo ducente ſuſcepit, ac per id temporis

dum

dum Romæ fuit nunquam à ſacro Dominici latere diſcedit, ita viuens vt non ſibi, ſed Chriſto viuere videretur, ſed poſtquam velut alter Eliſeus hauſit ab Elia ardoris diuini ſpiritum quippe quo Diuus Dominicus erat inflammatus eiuſdem placito, & benedictione, tribus cum ſociis, quibus cum fuerat religione initiatus Ceslao, ſcilicet; Hermanno, & Henrico tribus quaſi ſtellis, ſpe, fide, & charitate comitantibus, Alpes ſuperat Carinthiam peruenit, vbi ciuitatis Frizacēſis populo, verbi prę dicatione commoto; & ad cultus diuini ſinceritatem incenſo prima ibidem prædicatorum ordinis magno cum omnium applauſu fundamenta iecit nobile monaſterium erexit, atque inſtituit. relicto autem in eis partibus Hermanno, quod theutonici ſermonis peritus cenſeretur, Cracouiam veniens, quamuis ab omni popularis auræ honore, quæ ſua erat ſingularis humilitas aborreret tamen quaſi ouãs à toto clero ab vniuerſo populo nil tale cogitans honorificentiſsime recipitur, augentur honores vbi eius eloquio, ac doctrina, & vitæ in primis ſanctimoniam ſentiunt, ſe inflammari, & indies magis Chriſtianis illius operibus grandibus, & inſignibus ex intimo corde commoueri. Quare nullum fuit illi negocium in ea principe Regni ciuitate monaſterium in honorem Sanctiſsimę Trinitatis ordinis prædicatorum erigere, quod tanquam maximum, & munitiſsimum Catholicæ fidei propugnaculum fæliciter poſuit, atque inſtruxit. Sed cum eiuſdem Sancti viri fama in vniuerſum Regnum, proximaſque prouincias diffunderetur, & in dies magis illuſtriorum factorum ſuorum rumor increbreſceret, & à cunctis populis maxima in veneratione haberetur. Erãt namque iam vbique illarum gentium notę ipſius, pietas, charitas, manſuetudo, continentia, humilitas, patientia, ieiunia, vigiliæ, orationes, incredibileſque aliæ ſingulares, quæ ſicut alterũ ſolẽ ipſumDei ſeruũ ſplendeſcere faciebant, quibus

fiebat, vt quodcunque opus ad honorem Dei moliretur, quam celerrime ad fęlicem exitum perduceret, facile pręterea ſibi fuit in ciuitate Prageñ. per Cesla͂u ſocium ſuum ſub nomine S. Clementis, & Vuratislauieñ, alterum nobili monaſterium ſub inuocatione S. Adalberti Martyris, & Pontificis erigere, qui etiã miraculis clarus ibidẽ obiit, & alia complura breuitate tẽporis prętereunda, quæ in Bohemia, Maſſouia, Sileſia, Morauia, Pruſſia, Ruſsia, atq; in tota germania eiuſdẽ prędicatorii ordinis multa cũ religione, & populorũ deuotione, cultuſque feruore Monaſteria partim ipſe conſtruxit atq; ſtabiliuit, partim poſt eius obitum adhuc ſanctæ eius memoriæ vigore, a fundamentis erecta, Illud ſolum referre liceat, nimirũ cũ S. Hyacinthus à magno Cruciferorũ magiſtro inſulã impetraſſet, & Eccleſiam atq; conuentum eiuſdẽ ordinis in honorem D. Nicolai ędificaſſet, & magnus fuiſſet factus eo religioſorum concurſus, cum locus atque inſula eſſet minime capax, vtpotè piſcatorum refugium, Deo volente poſt multa tempora Maris fluctus ſeſe vltra quinquaginta millia ſtadia retraxerũt anſamque dedere non ſolum ad monaſterii cõmoditatem, & amplitudinẽ, verum vt ibi poſtea ciuitas Genadẽſis poneretur cum portu pulcherrimo, atq; tutiſsimo. memoratu autẽ illud dignum eſt, & a meritis S. Hyacinthi non alienum, vt quamuis Monaſteriũ pluries ipſius ciuitatis hæretici inuaſerint nunquam tñ dictum monaſteriũ occupare potuerunt. De progreſſu ſanctiſsimarũ ſuarũ actionum hactenus, nunc de moribus breuiter dicendum eſt, de quibus vnum illud dicere ſufficeret fuiſſe Diui Dominici alumnum, & ſocium, & illi perſimilem vterque enim pro Catholica fide làbores ingentes exantlauerat, alter in Italia, in Hiſpania, & in Gallia, alter inter nationes ſub Septentrione poſitas. Erat denique Sanctus Hyacinthus quemadmodum Diuus Dominicus rutilante virginitatis flore ornatus, pretioſo vt ille profundæ humilitatis

tatis theſauro dotatus toto corde, tota anima erga Deum intentus in continuis orationibus lectionibus, confeſsionibus, ſacrificiis, officiis aliiſque piis peragendis operibus perpetuo occupatus, & vt contemplationibus aliquot tempus ſupereſſet nō in thalamo, & cubili, ſed in Eccleſia pernoctare ſolebat, corpuſque nodoſis cordis, vel vt vulgo vocatur, diſciplinis afflictum ieiuniis per ſingulas ſextas ferias in honore Sanctæ Virginis, & ſanctorum Apoſtolorum vigilias in pane, & aqua maceratum, ſuper nuda terra, & caput ſuper lapide, vbi ſomno cedere cogeretur, ante altare declinabat, quo perincommode parum quieſcens iterum ad nouas vigilias, contemplationesque & orationes facilius excitaretur, memor verborum Domini ad diſcipulos in horto recumbentes, non poteſtis vna hora vigilare mecum, & quæ ſequuntur, &c. Quantum vero, ſpe, fide, & charitate valuerit, quæ ſunt noſtrę ſalutis propugnacula munitiſsima ex eius operibus cognoſcite, nam charitatis illud fuit ſignum euidentiſsimum, cum is ex nobiliſsima familia oriūdus, cunctas opes, quibus affluebat in pauperes alendos diſpergeret, in Eccleſias, in Monaſteria conuentus ad gloriam Dei extruendos erogaret, cumque nil amplius haberet, quod ęgenis largiretur, totis commotis miſeratione viſceribus, ad lacrymas, ad orationes confugiebat, vt miſeris ſolamen, auxiliumque à largitore Deo imploraret.

Qua vero ſpe fultus fuerit, ex eo perſpicite cum audacter poſſet vna cum Chriſti diſcipulis dicere. Ecce omnia relinquimus, & ſecuti ſumus te, nec ſolum diuitias, tanquam acutiſsimas ſpinas, ſed cunctos honores à ſe abdicauerat, & ne rebelles eſſent ſenſus incredibili humilitatis calcare deuicerat, & in chamo, & freno maxillas eorum conſtrinxerat certiſsima ſpe fretus æternum ſibi ſolatium in cœlis iri præparatum. Qua vero fide vti ſcopulo firma, & cōſtanti aduerſus tentationum mare extiterit,

non

non ſolum ex paulo ante dictis, ſed ex innumeris Chriſtianis operibus, quæ temporis breuitas ſub inuolucro ſilentii contegi iubet, nec ſi ſineret poſſem tantam copiam tam puſilla langueti memoria mea complecti, ſed ad quid laborandum? Nam ſi ſumma, & excelſa fide, vel vſque vltra granum ſinapis præditus non fuiſſet non omnia commoda abieciſſet, non per tot labores ſeſe commiſiſſet periculis, non tot tantaque Eccleſiarum, & Monaſteriorum moles in variis prouinciis, quæ magna ſuæ fidei, ac pietatis adhuc extant monumenta condita à ſe fuiſſent; per eum muti loquuti eſſent, ceci vidiſſent, membra concuſſi ambulaſſent, mortui ſurrexiſſent, ſiccis pedibus, & rapidos fluuios tranſmitteret, quomodo ille conuulſas ſegetes in priſtinum reſtituere potuiſſet? Quę admiranda, & ſtupenda miracula non niſi à ſingulari, & immobili fide præditis poſſe fieri, & ab omnipotenti Deo iis datum eſt. Quæ quidem miracula cum Sanctum Hyacinthum feciſſe legitimis ventilatis probationibus, & ſacræ Rotæ Auditoribus, & Eccleſiæ ampliſsimorum Cardinalium Sacrorum Rituum Congregationi conſtiteret, quam potero breuiter ex ingenti cumulo pauca recenſebo. Primum igitur illud eſt, Dum proficiſceretur Cracouiam propter feſtum Sancti Stanislai Regni Poloniæ patroni celebrando in Ripa Iſtulæ fluuii, quem erat tranſiturus magna comperta hominum multitudine. Ecce ex ea prodiens nobilis mulier Flauislauia, quæ notam habebat S. Hyacinthi ſanctitatem, & charitatem, ſingultibus, & vlulatibus omnia complens ad eius pedes procidens orabat ſupplex & gemens, vt Petrum de Villa Proſſouuo vnicū filium ſuum heſterna die in flumine obrutum, & in ripa mortuum exiſtentem, ſuis porrectis Deo precibus in vitam reuocaret, Vir Beatus miſericordia motus, & non ſine lacrymis ſeorſum humiliter Deum prȩcatus ad cadauer veniens, & illius ex

animi

animi manu apprehenſa, ita omnibus audientibus obteſtatus eſt. Petre. D. N. Ieſus Chriſtus cuius veram gloriam ego prædico per interceſsionem Beatæ Mariæ Virginis te in priſtinam vitam reſtituat, ille ſtatim viuus ſurgens gratias egit Deo, Beatiſsimę Virgini, & S. Hyacintho tam ſingularis gratiæ pio miniſtro. Idem operatus eſt, vt patet in vita eiuſdem ſancti per Fratrem Stanislaum S. Theol. lectorem fideliter ſcripto in vnico filio, alterius nobilis viduę nomine Pribislauę Dominæ Caſtri Serniki, qui filius à matre miſſus cum ſuo armigero Cracouiam vt inuitaret Sanctum Hyacinthum ad prædicandum in die feſto Sancti Iacobi Apoſtoli eiuſdem Villę patroni rediens miſer, & incautus iuuenis in Rabba fluuio ſubmerſus eſt, cuius corpus cum nuſquam ex aquis appareret in occurſu dolentis matris, ac totius populi concurſu Sanctus Hyacinthus diuino inuocato nomine imperauit aquis, vt corpus in ripam rediret, atque in hæc verba ſuſcitauit. Fili Vislaæ D. Ieſus Chriſtus, cui omnia viuunt ipſe te viuificet, & illico viuus factus eſt, magno cum omnium ſtupore. Sed O Sancte Hyacinthe, qui plenus fidei tuis apud Deum meritis mortuos ad vitam reuocaſti, quod omnium certe miraculum eſt longe præſtantiſsimum, multo facilius tibi fuit, alia quæ ſequuntur pro tua ſingulari charitate à fonte miſericordiarum Deo impetrare. Ecce mulier Iudka ex nobili genere oriunda, tam graui paraliſi laborabat, vt pręter aliarũ corporis partium concuſsionem linguæ vſum ferè penitus amiſiſſet, nullum valẽs obloqui, aut concipere verbum, & cum eius filius Prandota ſolertiſſimam medicorum artem fruſtra adhibuiſſet, tandem ad S. Hyacinthum matrem perduxit, ipſam humiliter illi cõmendans, vt ſua interceſsione adiuuaret, vir Sanctus ad paraliticam conuerſus, ſic locutus eſt: D. Ieſus Chriſtus liberet te ab hac infirmitate, & modulos linguæ reſtituat

repente

repente morbus exulauit, & linguæ impedimento ſoluto, cœpit verbis clarè conceptis, & voce expreſsis Deum benedicere mirabilia operantem per ſanctos ſuos. Sed quam præſtanti, quam firma fide fuerit Sanctus Hyacinthus ex eo intelligi pot. Non eſt diſsimile, per quod Apoſtolorũ Principes fides magnopere eluxit cum iuſſus à Domino nauicula deſcendere, & ſuper aquas ad ſe venire repente parere, & aquas pedibus calcare nõ dubitauit ita S. Hyacinthus, cum flumen Vandalum auctis aquis tumentem rapidum, & alueum ſuper ripam extollentem tranſmittere properans, vt apud Viſlogradum Ducis Maſſouiæ Vrbem, vbi verbum Domini prædicaret nullo reperto nauigio ad ſocios Florianum, Godinum, & Benedictum conuerſus. fratres, inquit oremus Deum, cui Cœlum, Terra, Mare, & fontes aquarum obediunt, vt det nobis ad ſui laudem fluuium hunc pertranſire, oratione habita, triumphalique Crucis ſigno ſuper aquas extenſo illas ingreſſus ſequimini me, inquit, & cum iam ſicco pede ſuper flumine pergere cepiſſet, videns ſocios fluminis impetu territos minime ſequi, pallium ſuum ſuper aquam explicuit, ſocios ſic alloquutus, fratres cariſsimi hic eſt pons Chriſti, in nomine eius tranſite. & nolite timere; tranſiuerunt itaque, & ciuitatem appulerũt, populus autem, qui erat in proſpectu ſumma admiratione, & ſtupore correptus Deum & corde & voce laudabat.

Liceat mihi vobiſcum patres ampliſsimi, qui ex religionum ordinibus ad hunc celſum Cardinalatus gradum aſſumpti eſtis congratulari, quod vobis miſericos Deus dederit poſſe tumentem, & rapidum vitæ huius torrentem ſine nauigio ſuper hoc Chriſti Ponte, ſcilicet religionis habitu ad ſalutis portum, quæ omnium maxima gratia eſt, & cœli ciuitatem peruenire. Sed aliud ſtupendum ſimile, miraculum, quod antiquus liber ſcriptus Stanislai refert, Tartaris ciuitatem. Kioff. inuadentibus Beatus hic

vir. Sanctiſsimo ſacramento manibus ſuſcepto, & imagine Beatiſsimæ Mariæ Virginis ſupra ſuas vires graui, & ponderoſa ſuper humeris impoſita, ne à Barbaris ab omni pietate, & cultu alienis conculcarentur Boriſtenem fluuium Europam ab Aſia diuidentem ſua rapiditate, & profunditate metuendum ſiccis pedibus pertranſiuit, & ſacra, quæ ferebat in tutiſsima ſtatione collocauit. extat & adhuc in Eccleſia S. Trinitatis Cracouiæ illa eadē Beatiſsimæ Mariæ Virginis imago apprime venerabilis, extat, & vt à multis relatum fuit apparentia ſuper aquis eiuſdem fluminis Beatiſsimi viri plantarum veſtigia. ſed quid mirum? ſi cœli Regnum ſi eius filium Saluatorem non Cæſarem vehebat, Ecce aliud mirabile ſignum ab eodem relatum in feſtiuitate translationis S. Stanislai occurrit, Nobilis matrona Vitoslaua, quæ vno partu filios geminos ediderat, oculorum luce priuatos ſeptimo Anno natos, quæ lacrymans orabat Sanctum Hyacinthum, vt ſuis acceptiſsimis Deo precibus lumen illorum oculis infunderet. vir Beatus charitate, & pietate plenus habita ſeorſum oratione crucis ſignum ſuper oculos imponens puerorum ocellis lumen infundit. Sed non minus, quod ſequitur dignū eſt audiri miraculū Clemētia nobilis mulier Dña Villę Koſczielecz Sanctum Hyacinthum redeuntem ex Kiouia Ruſſorum Metropoli ad domum ſuam inuitat, ecce interim turbine exorto tam grandis, ac inſolita cecidit grando, vt omnes ſegetes magnam vbertatem præſeferentes prope maturas decuſſerit, atque euaſtarit aduētati autem Beato viro, mulier, & alii illarum partium lacrymantes, & pro tanto, ac tali infortunio dolentes ſeſe illi obnixe commendarunt. vir Beatus eos hortatus eſt, vt tota ſequenti nocte vigilarent, & omnipotentem, miſericordemque Deum orarent mane autem exhorto ſole viderunt cunctas vndique ſegetes abundantes, quas funditus perditas deplorarant ſuis fętibus longe uberius, quam antea refertas, immortali

Deo

Deo gratias ſine fine agentes. Hactenus de his, quæ ex compluribus aliis, quæ ab eo viuente miraculis geſta ſunt, Nunc de fælici ipſius obitu dicendum eſt. Multos Sanctus Hyacinthus ad honorem Dei perpeſſus labores ab Anno Domini 1216. quo tempore religionem illam eſt ingreſſus, vſque ad Annum 1257. quo tempore ab huius mundi carcere eſt egreſſus. Cum in craſtino feſtiuitatis Sancti Dominici ægrotare cepiſſet in feſtiuitate Aſſumptionis Beatæ Mariæ Virginis infirmo corporis pondere ſolutus euolauit in Cœlum, fratribus & vniuerſo populo quaſi a patre deſtitutis gementibus, ac lacrymantibus, mirum ſui deſiderium relinquẽs, quem ſane extremum vitæ ſuæ actũ, non ſine magna ſanctitatis ſignificatione proceſsiſſe putandum eſt; nam quid aliud præſefert aduerſæ valetudinis initium in feſto die Sancti Dominici, niſi quod ab eo tempore quo eidem ſe diſcipulum, & ſocium addixit, quemadmodum ægrotatio ſolet omnia membra concutere, & omnes ſenſus conturbare, ita ab illo tempore Sanctus Hyacinthus cœpit corpus ſuum laboribus, ieiuniis indies magis affligere? quid aliud receſſus ab humanis in die Aſſumptionis Beatiſsimæ Virginis, niſi quod aſſumptam Reginã in cœlum ſit cũ Angelis comitatus? Fælix certe ęgrotatio, fęlicior é terris diſceſsio, laudabile teſtamentum, quo ingentem fratribus ſuis reliquit (his verbis humilitatem ſeruate, charitatem mutuam habete, paupertatem voluntariam poſsidete, his dictis, cum pſalmi illud pſalleret: In te Domine ſperaui, & ad illa verba veniſſet, In manibus tuis Domine commendo ſpiritum meum, fęliciter in Deo obdormiuit, atque in die ſepulturæ ſuæ ſtupendum hoc egit miraculum; Adoleſcens ex Illuſt. familia nomine Zegota equum ferocem in campo Sancti Floriani ad curſum impellens ab eo proiectus, fracto collo, membris colliſis extinctus eſt. Miſeri parentes infęlici accepto nuntio, vbi lacrymas, & ſingultus prodeſſe minime viderent. De-

functi corpus ad ſepulcrum afferunt Beati Hyacinthi, vbi per horam penè orantes gratia obtenta. filium viuũ & ſanum receperunt Poſſem innumera poſt ſuum obitum recenſere miracula & maxime de his qui voto emiſſo ad Beatum Hyacintum, ab alijs grauiſsimis, & nulla arte medica ſanandis morbis, ſunt priſtinæ valetudini reſtituti. vt de quadam Barbara, & Vrſula Cracouień.: Altera lethali morbo aduobus annis media conſumpta in ſanabili hydropiſi laboranti, quas ex quoto, Beatus Hyacinthus, eidem emiſſo ſtatim ad valetudinem reſtituit, & alias perſonas innumeras. ſed quia his maiora multa recenſuimus, ſilentio dixi prætereunda; illud ſolum erit pro coronide, Honeſta mulier Catherina Matiſſouua Cracouień. filium ediderat non ſe mouentem, non ſpirantem, ſed pœnitus a tribus horis mortuum, illa cum coniuge propter infęlicem partum dolebat quod filius ſanctum baptiſma non recepiſſet, emittunt itaque votum ad Beatum Hyacinthum, ſubindeque genitor fidei, & ſpei plenus, ad ſepulchrum Beati Viri oraturus accedit, finita oratione domum rediens, viuentem, & vagientem puerum inuenit. Cum igitur Pater Beatiſsime Diuina ſit promiſsio immobilis, & æterna, vt qui fecerit, & docuerit, magnus vocandus ſit in Regno cœlorum, nec non & qui recte curſum vitæ conſumauerit, fidem ſeruauerit ſit ei Corona iuſtitiæ a munificentiſsimo æterno remuneratore repoſita, & quam legitimè conſtet Beatum Hyacinthum conſtanter hoc toto vitæ tempore preſtitiſſe, & probatum ſit innumeris admirandis ſignis confirmaſſe, quemadmodum Sacri Palatij Apoſtolici diuini, humanique Iuris notitiæ in arcæ conſtituti Rotæ Auditores ad id delegati diligentiſsima adhibita cognitione, & veſtigatione, manibus fere palpantes pro veritate derminarunt, deinde ſapientiſsimi, ac

prudentiſsimi pro ſacris ritibus ſeruandis, & cuſtodiendis,& in ſpecie pro hac cauſa pluribus vicibus congregati Cardinales Beati Hyacinthi merita atq; miracula tanquam aurum ad ignem ſubtiliſsime examinarunt, & conſultiſsimè approbarunt, rite ſanćteq; decreuerunt Beatum hunc virum eſſe in numerum ſanctorumq; Cathalogum adſcribendum, Cumq; Clemens ſeptimus, & Paulus tertius fe. re. eundem vſq; ad perfectam Canonizationem in Poloniæ Regno colendum, & venerandum eſſe declarauerint, Equum eſt Pater Sanctiſsime vt quem triumphantem iam eſſe in Cœlis manifeſtiſsime patet eundem in vniuerſo Chriſtiano orbe ad gloriam altiſſimi ad bonorum excitationem, comunemque lętitiam triumphare concedas,& quemadmodum Hyacinthi gemma in Angelorum ſplendet corona,vel tanquam flos pulcherrimus in Paradiſi delitiarum hortis renitet,ita ſplendeat, & micet in terris, Concupiuit hoc ipſum mirificè Sigiſmundus Rex primus, hoc, Stephanus Rex, hoc maxime omnium Sigiſmundus Tertius Poloniæ, & Suetię pro Catholica fide Rex inuictiſsimus, & V. S. filius obedientiſsimus,hoc eius nomine Stanislaus Minsky orator nobiliſsimus, hoc, Anna Regina religioſiſsima, cum deuoto matronarum, & Puellarum Poloniæ cętu, hoc, venerabilis Sancti Dominici Prędicatorum ordinis Religio ſanctæ huius Sedis Apoſtolicę vna ex columnis firmiſsima hoc ipſum Eccleſiarum Regni primates,& laycorum Principes, hoc ipſum denique vniuerſum illud Regnum humiliter poſtulat atq; requirit, ſupplicatq; vt quemadmodum cum ibidem eſſes pro Apoſtolica Sede legatus,tanta tua cum gloria,& cunctorum ordinum gaudio, & lętitia eius populos gratiſsimo pacis munere, & optatiſsimè concordiæ exornaſti, ita apud eas omnes gentes, hæc alia memoria de te futura ſit ſempiterna, ſanctitatem tuā Beatum Hyacinthum eorum ciuē Cum pro

ſummis

ſummis eius erga Deum meritis inter Sanctos retuliſſe, & nouum hoc ornamentum ſtabileq; illi Regno præſidium, vt par eſt, contuliſſe.

H. Cinus Campanus Aduocatus Conſiſtorialis dixi in publico Conſiſtorio.

AD cuius iucundam perorationem nomine S.D.N. Reuerendiſsimus D. Siluius Antonianus S.D.N. Secretarius in hæc verba reſpondit.

Reſponſum.

QVæ de Beati Hyacinthi excellenti fide & charitate illuſtri totius uitæ ſanctitate, & miraculorum gloria, copioſa modo ſunt oratione explicata iucunda admodum fuere Sanctiſsimo D. N. grata quoq; pia, & efficax poſtulatio de eodem viro Dei in Sanctorum numerum referendo, non ob id ſolum quod Sigiſmundi Tertij Poloniæ, & Suetiæ Regis filij ſui chariſsimi peſpectam pietatem agnoſcat, neq; ex eo tantum quod Regni Poloniæ ordinum omnium religioſo hoc ſtudio delectetur; ſed propterea maximè quod in hac etiam cauſa intuetur admirabilem Dei prouidentiam in Eccleſiæ Catholicæ gubernatione, quam vnigeniti filij ſui prætioſo ſanguine acquiſiuit. Nam cum his noſtris periculoſis temporibus in quę fines ſeculorum deuenerunt extiterint homines ſuperbi, blaſphemi, reprobi circa fidem, qui ſatanæ inſtinctu, veritati reſiſtentes, auſi ſunt dicere ſanctos cũ Chriſto regnantes non eſſe venerandos, neq; inuocandos ad eorum impietatem, hac etiam ratione coarguendum, hoc ipſo potiſsimum tempore excitauit Deus corda Regum, quæ in eius manu ſunt & quocumq; vult

conuertit illa, populorum quoque deuotionem accendit, vt beatos quoſdam viros inſignes ſeruos ſuos, qui vitæ Innocentia ſingulari,& miraculis claruerunt Romani Pō tificis auctoritate eorum ſanctorum numero adſcribi poſtularent, quos Catholica, & Apoſtolica Eccleſia toto terrarum vrbe religioſè veneratur, ſic ante paucos Annos, magnis, & aſsiduis precibus Philippi Regis Catholici in ſanctorum numerum a Sixto Quinto Pontifice Maximo relatus eſt Beatus Didacus, ſic a tribus Poloniæ Regibus apud complures Romanos Pontifices actum eſt, & nunc magna contentione agitur,vt idem honor Beato Hyacintho tribuatur, quorum alter ſeraphici Patris Frã cisci, alter ex glorioſi Patriarchæ Dominici ſanctiſsima diſciplina proditi, Deo fortaſſe ita diſponente, vt duo clariſsimi ordines, vnde tam multæ ad Eccleſiam Dei vtilitates promanarunt, hac etiam noſtra ætate duorum ſummorum Pontificum, & duorum Illuſtriſsimorum Sanctorum conſimili gloria decorentur tantoq; magis hæreticorũ perfidiá conuincatur, de veneratione, & cultu Sanctis iure optimo adhibendo, qui ſempiterna fælicitate in Cęlo perfruuntur, quos Deus ipſe vt amicos ſuos miris modis honorat, & in quibus mirabilis & glorioſus apparet, & quorum meritis & interceſsione magna in hominum genus confert beneficia, ſed & eo quoque nomine Deo & patri miſericordiarum gratias agit. S.D.N. quod hoc difficillimo tẽpore cum Eccleſia Catholica & Chriſtiana Reſpublica ab Hęreticis, & Turcis vehementiſsime oppugnatur Reges pii & populi fideles ſpiritus ſancti afflatu plures ſibi cœleſtes patronos & Aduocatos adoptare ſtudeant, quorum patrocinio, & gratia a multis quæ imminent periculis liberentur. Et quidem S. ſua pie exiſtimat digitum Dei hic eſſe, Etenim tam diuturna, tot Catholicorum Poloniæ Regum ac Pręſulum, omniumq; ordinum in eadem re ab hac S. Apoſtolica Sede petenda

perſe-

perſeuerantia, & duorum maximorum Pontificum grauiſsima decreta tanti ſunt momenti, vt Beato Hyacintho in ſanctis adſcribendo uiam quodammodo muniiſſe videantur. Verum tanta eſt huius rei magnitudo, & deliberationis grauitas, vt adhuc S. Sua attentius, atq; diligentius quid facto opus ſit conſiderandum, & cum his venerabilibus Fratribus ſuis S. Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus, Archiepiſcopis, & Epiſcopis inquirendum ac conſulendum eſſe cenſeat. Quare eos omnes magnopere hortatur, & monet, vt acta quæ de vita, Sanctitate, & miraculis Beati Hyacinthi confecta ſunt diligenter expendãt, Deumq; humiliter orent, quemadmodum ſuaquoq; Sanctitas & fecit, & faciet, vt Eccleſiam ſuam, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis, ſuo vt ſemper ſolet numine moderetur & regat, & eorum corda, qui Miniſtri Chriſti ſunt & diſpenſatores myſteriorum eius, ſuæ gratiæ lumine colluſtret, vt in tam pio, & preclaro opere, in tam graui, & religioſa actione, id ſolum, quod ad ipſius Dei gloriam, ad incrementum fidei, ad Eccleſiæ Catholicæ exaltationem, denique ad Chriſtiani populi ædificationem maximè pertineat ab eadem Sanctitate ſua deliberetur, & decernatur.

Conſiſtorium Semipublicum.

VT tam ſanctiſsimo & grauiſsimo negotio, quod merito virorum grauiſsimorum conſilio atq; prudẽtia firmandum erat, finis imponeretur, quaſi Concilii generalis tenorem habens Congregatio ex mandato Sanctiſsimi eſt inſtituta 30. Menſis Marrii, quæ non ſolum preſentia ſummi Pontificis, & ſacro Collegio Cardinalium decorabatur, verum etiam, Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, ceterorumq;

Prælatorum (quorum frequens in vrbe aderat numerus) corona circumfulſit non minor ea, quæ vel Innocentij quarti tempore in cauſa Federici Imperatoris celebrabatur, vel ea quæ ſub Pio ſecundo in Canonizatione Sanctæ Catherinæ Seneñ. & ſub Leone x. in Canonizatione Sãcti Franciſci de Paula, nec poſterior ea, quæ vltimo ſub Sixto v. in Apoteoſi Sancti Didaci Compluteñ. confeſſoris Romæ coactà fuit. Merito ſiquidem omnium graduum, ſtatuum, & ordinum Eccleſiaſticæ hierarchiæ præſentia erat decoranda, quæ totius Eccleſiæ triumphantis & militantis cauſam ageret, vt omnium communi voto ſuſciperetur, quod pro omnium gaudio & tripudio inſtitutum eſt. Aulam igitur Ducalem, in qua Duces, legatiq; eorum Sanctæ obedientiæ Apoſtolicæ colla ſubmittunt, Sanctiſsimus Pontificali podere veſtitus mitraq; inſigni decoratus iam illum antea omnium ſupradictorum Prælatorum ſpectante caterua, ſolium aggreſſus magnum maieſtatis ſuæ fecit ſpectaculum, atq; pro more ſacri Collegij obedientia ſuſcepta de ſuæ poteſtatis eminentia, de firmitate fidei Apoſtolicæ, de Canonizationis merito, valore, & ſubſtantia, de ſancti Hyacinthi Canonizandi virtutibus; miraculiſq; per eum patratis, ſacræq; Congregationis Cardinalium ad hoc delegatorum auctoritate firmatis, deniq; de ſereniſsimorum Regum Poloniæ, & præſertim Sigiſmundi Tertii Poloniæ, & Suetiæ Regis fęliciter moderni fidei conſtantia, Zelo, deuotione tum erga ipſam Sedem Apoſtolicam, tum erga Sanctum Hyacinthum ſumma religione; Deniq; de ipſius ad Sedem Apoſtolicam miſsi oratoris erga Sanctum Canonizandum uotiuo affectu longum, ac iucundiſsimum texuit ſermonem. his omnibus adiiciens, vt in tam celeberrimo doctiſsimorum Virorum conſeſſu, quid de huius Sancti Apoteoſi cenſendum eſſet ſinguli ex loco ſuo per ordinem laudatam ferent ſententiam. Videres hic lector

pientiſsime ſi ſibi conceſſum fuiſſet quaſi totius Almæ Vrbis ſupremam letitiam, Pontificis Maximi, omniumque præſentium, cor vnum, & animam vnam in domino, In tanto omnium conuentu neminem diſcrepaſſe, neminem verbo aduerſum muſsitaſſe, omnes annuiſſe, omneſque acclamaſſe Sanctum Hyacintum, in Cœlo & terra gloria & honore digniſsimum, ac id circo Sanctorum Collegio, & Cathalogo merito adſcribendum. Non defuit his & Fiſcalis Curiæ, qui more oppoſitionis conſuetæ ommiſſo, In eorundem qui cauſæ fauebant pedibus iuit ſententiam, ſibique ad fauorem vnum vel plura per Prothonotarios, vt fert conſuetudo dari Inſtrumenta poſtulauit. Quibus ita peractis ſummus Pontifex communicato cum fratribus conſilio, ſolemnem pro Canonizatione peragenda xvij. Aprilis diem ſcilicet Dominicam immediate reſurrectionem Domini noſtri Ieſu Chriſti ſequentem inſtituens ſe cum toto illo celeberrimo comitatu ad Baſilicam SS. Petri & Pauli Apoſtolorum contulit, & votis peractis. Te Deum laudamus ob victoriam Chriſtianorum e Turcis peractam, & hoc negocium ſanctè concluſum ſolemni concentu perſoluere curauit. vndique igitur confluunt lætitiæ ſigna, abundant Chriſtianorum gaudia: cum & de hoſtibus ſuppeditatis Chriſtus triumphat, & Eccleſiæ militanti nouum Iubar ſplendorque micantibus fidei virtutibus reuerenter colendum acceſsit. Nec defuit diuinæ virtutis operatio. Sub eodem enim tempore. Vir quidam magnæ authoritatis cognomento Tiberius Ceulus Ciuis Romanus ad extrema vitæ deductus (vt comuni omnium ore refertur) medicorumq; ope deſtitutus audiens negocium Sãcti Hyacinthi eſſe in praxi ſuorum amicorum ſuaſu ad preces & merita Sancti Canonizandi conuerſus, factoq; voto ſanitatem ex deſperata infirmitate accipere meruit.

Quę res ſic omnium animos ad hunc Sanctum conuerterat, quod nihil aliud cupere, nihil deſiderare viderentur quàm vt iſte glorioſus vir quamtocius Sedis Apoſtolicæ authoritate in ſanctorum numerum referatur. Mox Sanctiſsimus Dominus Noſter pauco interiecto tẽpore. Ieiunium triduanum ſolemne inſtituit, populorumq; ſibi ſubiectorum corda vt tante Dei gratiæ capaces efficerentur, ea qua decuit pietate diſponens plenariam omnium peccatorum vere contritis, & cõmunicatis remiſsionem paternè indulſit, quod Ieiunium, quia in hebdomadam ſanctam inciderat, ne lætitiæ conceptæ de Reſurrectione Domini ſit præiudicium in eadem hebdomada per Illuſtriſsimum D. Hieronymum Cardinalem Ruſticucium Sanctitatis ſuæ Vicarium perficere mandauit.

Templi & loci Pro Canonizatione facienda ſolemnis apparatus.

PLacuit Sanctiſsimo D.N. ad hunc actum celeberrimũ producen. duos ex Illuſtriſsima Congregatione ſacrorum Rituum ſcilicet Geſualdum, & Florentinum Cardinales præſtituere, ex quorum præſcripto omnia ſuum dignè conſequerẽtur effectum. Qui ſic Sanctitatis ſuæ accepto ordine, in primis ſtatuerunt, vt tabulatum, ſiue theatrum, in quo totus Senatus Apoſtolicus conueniret firmis radicibus, ſolidiſque plantis conſtitueretur. ſecundo vt in veſtitu Pontificali decenter confecto, ſplendor Canonizationis fiendæ eniteret. Tertio, vt templi faciés coronis. ſummi Pontificis, & eorum qui inſtituere canonizationem diplomatibus, nec non Sancti Canonizandi imagi-

imaginibus venuſtè depictis, quodam ſplendore fulgeret. Quarto vt theatri facies, Auleis ex theſauro Apoſtolico comportatis quam decentiſsimè coornaretur. Quinto ut omnia quæ prærequirunt cæremoniales ritus ſuo quoque ordine diſponerentur. Sexto vt magiſtri Ceremoniarum quam diligentiſsimè ſuis officiis in his, quæ ad prædictum actum concernunt deſeruirent; ſuiſq; omnia locis & temporibus coaptarentur. Theatrum igitur firmiſſima lignorum contignatione, & opere amplisſimo magnam partem Baſilicæ vaticanæ occupauit intra mediã illius nauem longè, latè que miro artificio extructum, tantæ altitudinis, quod etiam ſingulæ cæremoniæ a quibuſuis aliis infra ſtantibus commodè videre poterant. Hinc inde diuerſarum perſonarum ſtatuum & dignitatum tabulatis circum occupantibus. illud vero quod Cardinalium pedibus ſubſtratum erat decentiſsimè pannis viridibus veſtitum cernebatur. Pontificis autem vtrumque ſolium ſtragulo purpureo conſtratum reſplenduit. ſuper ſuggeſtum a fronte ad Ianuam nouæ Sancti Petri Baſilicæ, Altare egregie extructum eſt, in quo Pontifex Miſſam celebraturus erat. a parte dextra ipſius altaris ſolium ſublime Sanctiſsimo paratum eſt, in quo pro more Sanctæ Romanæ Eccleſię decretum Canonizationis proferendum erat. Siniſtram vero partem, Sedes, quæ amoueri poterat, & in qua ſummus Pontifex Miſſam celebraturus apparatu Pontificio indui debebat ſibi occupauit; vtraque autem pretioſis auroque intextis operculis tegebatur. Mox vero ex vtraque parte altaris duæ tabulæ decenter conſtitutæ erant, in quibus ea quæ ad Miſſę ſolemnitatem pertinent cum magno ſplendore erant diſpoſita. At vero inferius videre licuit ad vnius cubiti demiſsionem catapalcum ſiue ſuggeſtum, quo totius Cleri Romani numeroſitas

con-

continebatur. Super altaris vmbellam crux miræ magnitudinis plena lampidibus accenſis vtroque latere duarum clauium Sancti Petri eodem luminis ornatu parieti erat affixa, totam uero altiorem templi faciem, primum quidem albis 120. facibus ſeu funalibus cinctam, deinde vero coronis laureis auro fucato intortis, quarum ſin gulæ, vel imaginem Sancti Hyacinthi, vel arma Pontificis vel Regis Poloniæ, aut Religionis Dominicanæ intexta habuerant. Poſtremo pretioſiſsimis auleis ex theſauro Summi Pontificis depromptis, vſque ad inferiora, duplici ordine dependentibus ſpecioſiſsimum futuræ Canonizationis fecere ſpectaculum, ſiquidem mira varietate atque ſplendore opere Phrigio Natiuitatis Dominini noſtri Ieſu Chriſti, Cænæ Domini, Deſcenſionis ad Inferos, Reſurrectionis, apparitionis Mariæ Magdalene, Item Aſcenſionis, & ſpiritus Sancti miſsionis, auro intextę cernebantur hiſtoriæ. Cætera vero ſuper ſuggeſtum tam in ſedilibus quam in apparatu, eam ſecum ferebant imaginem, quam in Aula Regali vel Capellis Pontificis ſolemnibus monſtrare conſueuerunt exceptis iis, quæ ſingularem ad ſimilem actum Canonizationis perducendæ deſiderant ritum.

Animo igitur tuo concipe lector primo omnium, ſummum Pontificem ſupremo ſedere ſolio Pontificalibus ad ornatum, hincinde Oratores qui Regales vel Ducales obeunt legationes decenter aſsiſtentes. deinde grauiſsimum Illuſtriſsimorum Cardinalium Sacerdotalibus aureis veſtibus, & Pontificalibus mitris amictorum Senatum: poſtmodum circum circa Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prelatorum Romanæ Curiæ coronam, Tandem totius Cleri circunſtantem multitudinem inſuper popularium vtriuſque ſexus deuotam aſsiſtentiam, poſtremo militum armatorum ingreſ-

ingreſſum ſuggeſti cuſtodientium cuneos aptè diſpoſitos & facilè coniicere poteris. qualem hæc Canonizatio obtinuerit maieſtatem. taceo populorum vndiq; confluentium innumeram multitudinem, quæ non ſolum pro Canonizatione, verum etiam pro ſolemnitate Paſchali Romam confluxerat, totumq; illud ſpatium vaticanum, a Caſtro Sancti Angeli vſque ad Eccleſiam Sancti Petri repleuerat, deuotionis, & gaudii ſpiritualis, quod non ſolum ipſam vrbem, verum etiam conuicinas Ciuitates ac longe, lateque patentem Italiam ſummopere propter noui ſideris Sancti Hyacinthi micantem ſplendorem occuparat, ſigna oſtendens manifeſtiſsima. Plures etenim Ciuitates huius Canonizationis nouitate perculſæ, eandem incredibili gaudio & tripudiis deuotiſsime recoluerunt.

Mox vero quaſi te præſentem huic ſolemni actui intellige, & videbis Sanctiſsimum Dominum noſtrum totumque Apoſtolicum ſenatum decenter vt ſupra veſtitum, cum toto Reuerendiſsimorum Patriarcharum, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Prælatorum, nec non uenerabilis Cleri ſplendidiſsime veſtito comitatu, ex cappella vulgo Paulina per medios omnium religionum Romæ exiſtentium pulcherrimo ordine diſpoſitorum cuneos, ac veluti inter duos parietes luminum numeroſitate ornatos in foro vaticano vſq; ad Baſilicam S. Petri religioſiſsimam inſtituere proceſsionem Quam miræ magnitudinis, & artificioſi ſplendoris Imaginem Sancti Hyacinthi continens vexillum præcedebat, quod ſacris veſtibus indutus Admodum Reuerendus Pater Frater Ioannes Vincentius Aſtoricen. Magiſter & totius ordinis Prædicatorum Procuartor, & Vicarius Generalis deuotiſsime portabat, hininde ſex patribus albo ſerico indutis ipſum ſequentibus. Iam vero quatuor Muſicorum choros ſuaui concentu aures mulcen, & Auæ Maris

ſtella

ſtella hymnum modulantium videre liceret, & iteratis vicibus congeminantium eam, de qua locuti ſumus perfecere proceſsionem. Nec prætereundum exiſtimo illam ſolemnem Sanctiſsimi Domini Noſtri comitiuam fuiſſe ornatam legatis Regum & Principium, Romanaq; primaria nobilitate. In quorum numero Illuſtriſsimus D.Stanislaus Minsky Palatinus Lencieñ. & Capitaneus Liueñ. multorum nobilium Polonorum ſtipatus caterua latus ſanctiſsimi dextrum ſecutus deuotum Sancto Hyacintho gerebat famulatum. Incipiendo igitur ab ipſo primario ipſius Canonizationis capite ſcilicet, Summo Pontifice, omnes qui forum & Palatium vaticanum proceſsionaliter repleuerãt accenſis luminibus deuotas Deo odas ſiue hymnos ore & ſpiritu reſonabant, Aue Maris ſtella, ſępius, ac ſępius ingeminando. Pontifex autem qui eſt religioſiſsima pietate inflammatus, quique in Regno Poloniæ (dum eſſet Cardinalis ad Sereniſsimos Rodulphum Imperatorem, & Sigiſmundum Tertium Poloniæ Regem, tunc nouiter electum, pro componenda inter diſideñ. principes pace, legationis officio fungeretur) cœleſtis illius uiri & nobile ſacrophagum & ſtupenda miracula, populorumq; deuotiones iucunda admiratione eſt contemplatus, ſecum reputans Canonizationis actum quem celebraturus erat, omni mentis cogitatione ad ſupplicationem attentiſsimus, tum in proceſsione, tum in toto Canonizationis officio ſanctiſsimam illam pietatem, vereq; Pontificiam, quam cordis ſui viſceribus conceperat, non modo religioſis precum vocibus, ſed vultu, qui animi imago eſt, facie, oculis, & ore iudicauit cum lacrimis, quas pro eximia ſua erga Deum charitate expreſsit, teſtimoniumq; omnibus, quam erga ſanctum gerebat affectionis preclare oſtendit. Ad Baſilicam igitur vaticanam hoc proceſſum eſt ordine. Primum familia pontificia veſtibus rubris amicta. Deinde ſecretarij

Apoſto-

Apoſtolici, poſt. Aduocati Conſiſtoriales violaceis veſtiti indumentis, Tum Tubicines, qui certis ſtatis locis ſimul inflantes ſuaui tubarum ſono canebant, proximeq; ſuccedentis vexilli aduentum prȩſignabant, quod vt proxime dixi Generalis Vicarius ordinis Prædicatorum ferebat. Demum Cantores. ſubinde Abbreuiatores, Accoliti Apoſtolici, Rotæ Auditores, Subdiaconi Apoſtolici, omnes ſuperpelliceis & rochettis veſtiti, In quorum numero vnus ornatu eodem Crucis Pontificiæ baiulus ſequebatur, hinc inde duobus viris virgas rubeas gerentibus circumſeptus. Et ecce hunc Pœnitentiarij baſilicæ Sancti Petri comitantur deinde Abbates, tum Epiſcopi, deinde Archiepiſcopi, Patriarchæ, prælatiq; S. D. N. aſsiſteñ. pluuialibus, & mitris ornati hiis proxime Cardinales Diaconi incedebant dalmaticis & mitris, mox Cardinales presbyteri, item planetis, & Mitris, poſt Cardinales Epiſcopi, pluuialibus & mitris induti, Hos ſtatim ſequebantur Diaconi Cardinales duo, Montaltus & Sfortia ambo tamquam Pontifici aſsiſteñ. Demum oratores, Mox ſummus Pontifex ſella geſtatoria ſublimis portabatur ſub vmbella, quȩ primo ab oratoribus, poſt ab aliis principibus, deinde ab aliis primatibus viris ferebatur, qui viciſsim hoc munus ſubierunt (ſequebantur item Cubicularii, omnes hi veſtitu ad has Sancti Hyacinthi nuptias ornatiſsimo circumamicti progrediebantur, donec ad Baſilicam Sancti Petri eo quo dictum eſt ordine ingreſsi ſunt.

De ipſa Canonizatione, & Solemni actu ipſius.

VT vero Pontifex tēplū Dñi ingreſſus, Theatrum in quo ipſa conſecratio perficienda erat, ſolemni ritu conſcendit, mox Deo omnium ſanctorum auctori de

ſella

ſella geſtatoria deſcendens, in faldiſtorio flexis genibus lacrimiſq; obortis primas preces fundit, precaturque Deum quatenus cor, & animum ſuum dirigat, & Beati Hyacinthi, quem ſtatim Sanctum erat pronunciaturus, laudes, & honores adaugeat, quo facto in folium Pontificium repetit, in quo ex more, Cardinales obedientiæ munus ei præſtiterunt. Et ecce hac præhabita Magiſter Ceremoniarum tam oratorem Sereniſsimi Regis *P*oloniæ, quam Aduocatum accerſsiuit, vt dignam ſuæ Sanctitati reuerentiã, & pro Canonizatione primam Inſtantiam facerent. Mox Illuſtriſsimus D. Stanislaus Minski aſtitit orator, & eius nomine Aduocatus Cynus Campanus flexis genibus, hanc Sanctiſsimo ſupplicem dedit vocem. Beatiſsime Pater Nobilis Stanislaus Minski Orator hic præſens nomine Regiæ Maieſtatis Sigiſmundi Tertii Poloniæ & Suetiæ Regis inſtanter petit a S.V. pronunciari *B.* Hyacinthum Polonum, ordinis Prædicatorum Sancti Dominici in Cathologo ſanctorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti adſcribendum, & tanquam Sanctum ab omnibus Chriſti fidelibus venerandum. Tunc immediate. R. P. D. Siluius Antonianus ſecretarius S. D N. nomine, in hæc verba reſpondit.

Magno religionis Zelo, magna conſtantia, claræ memoriæ Sigiſmundus Primus, & Stephanus Poloniæ Reges fortiſsimi a Pluribus Romanis Pontificibus iam inde a Leone x. vſque ad Gregorium xiij. ſummis precibus contenderunt, vt Beatus Hyacinthus *P*olonus ex fratrum Prædicatorum ordine, in ſanctorum numerum referretur. Pari pietatis laude, Sigiſmundus Tertius Poloniæ; & Suetiæ Rex hoc idem, & antea a Sixto Quinto Pontifice Maximo, & nunc a S. D. N. humiliter atque enixe petit. quam ſanè ſuperiorum regum, & filii ſui Cariſsimi religioſam, & perſeuerantem ſedulitatem ita laudat. S.D.N. vt eam iure optimo adhibitã eſſe cenſeat.

ſublime enim excelſum & plane diuinum eſt, quod ab hac ſancta Sede tamdiu flagitatur, quod Caducos omnes, & fluxos huius mundi honores excedit,& ad triumphantis Hieruſalem beatam illam gloriam præcipue pertinet. Nam cum vnus aliquis ſeruus Chriſti, qui iam in domino obdormiuit, illius iudicio, & ſententia, qui totius corporis Eccleſię uiſibile eſt caput,& cui cœli claues a Deo ſunt traditæ, Sanctus eſſe decernitur, eadem Apoſtolica auctoritate ſimul & illa decernuntur veram eſſe & inſignem Beati illius ſanctitatem, regnare eum cum Chriſto Domino, & in cœlo Beatitudine frui ſempiterna, ſacris honoribus, & religioſo cultu non in vna tantum Ciuitate & Prouincia, ſed vbique terrarum & gentium publicè venerandum eſſe, itaque eius nomine, & nuncupatione altaria eriguntur, templa & Baſilicæ edificantur, feſti anniuerſarii dies celebrantur, Imago ad venerationem in Eccleſiis illuſtri loco collocatur, corpus quod viuum templum fuit ſpiritus Sancti, & ſanctæ reliquiæ prætioſis thecis, & loculis includuntur, Tremendum Miſſe ſacrificium in eius honorem Deo offertur, laudes & diuina officia perſoluuntur,denique Beatus ille cum cæteris Sanctis adnumeratus in vniuerſa Eccleſia Catholica toto terrarum Orbe diffuſa ad exemplum, ad venerationem, ad inuocationem, & patrocinium proponitur. Quæ certè adeo magna ſunt, & ſupra rerum humanarum conditionem, vt ad ea decernenda & ſumma Apoſtolicæ Sedis authoritas, & cauſæ grauiſsimæ, &Regum ac Populorum aſsidue preces, & diuturna deliberatio, & humilis atquæ ardens oratio ad Deum merito requiratur, ſed ſingulares gratias agit S. D. N Patri miſericordiarum, & Deo totius conſolationis, qui mirabilis apparere dignatus eſt in Beato ſeruo ſuo Hyacintho, quem veluti vas ſuum electum ab inuente ætate

ornauit

ornauit lapidibus pretioſis cœleſtium virtutum, & quem per vias rectas mandatorum, & per ſemitas pulchras, & compendiarias Euangelicorum conſiliorum ad ueram vitam & ad regnum ſuum perduxit. Nam quamuis nobili genere ortus Epiſcopi Cracouien. fratris filius, & eiuſdem Eccleſiæ eſſet Canonicus, omni tamen huius fallacis ſeculi ſpe abiecta arduam religioſæ uitæ viam ingreſſus eſt, clariſsimo illo Eccleſiæ lumine duce Dominico ſancto qui proprijs manibus ſuis in hac ipſa alma vrbe ſacro Prædicatorum habitu illum induit, poſtea fidelis Chriſti miniſter, & prudens ad negocianda Domini ſui talenta in patriam redire iuſſus, multa in Polonia ſui ordinis Monaſteria fundauit, & ad præfatam Chriſtianæ vitæ regulam, non ſolum verbo & doctrina, ſed exemplo inſtruxit. Erat enim vitæ ſanctitate admirabili, tantuſque in eo diuinæ gratiæ ſplendor elucebat, vt omnes in ſui admirationem pertraheret, & tanquam hominem in quo verè Chriſtus inhabitaret veneraretur. Accedit quod Deus ipſe, qui facit mirabilia magna ſolus, ſerui ſui ſanctitatem multis, & illuſtribus ſignis comprobauit. Etenim Beatus Hyacinthus, & cum in terra peregrinaretur, & poſtquam ad Cœleſtem patriam demigrauit multis claruit miraculis, quæ Deus per eius merita & interceſsionem effecit: nam ut morborum inſanabilium ſubitas curationes omittamus, & quod aliquando ſegetes procellæ, & grandinis ui ita euerſæ, vt omnis ſpes meſsis eſſet amiſſa, cum ille noctu oraſſet, manè letæ, atq; integræ apparuerunt, ut etiam ſilentio prætereamus quod altiſsimum, & rapidiſsimum fluuium, non ſolum ipſe ſiccis pedibus tranſmiſit, ſed impetrato fidei magnæ ſpiritu, comitibus ſuis expanſo ſuper vndas pallio, quo erat amictus, illos multo ſecurius quam Nauigio traiecit, cæteris inquam omnibus prætermiſsis,
illud

illud ſatis eſt commemorare , quod nihil admirabilius, dici aut cogitari poteſt , quod tres mortuos iterum ad uitam diuina virtute reuocauit. Quæ cum ita ſe habeant cumque Sanctiſsimi Domini Noſtri cum animo ſuo recogitet quod ad Beati Hyacinthi puriſsimæ fidei integritatem , inſignem uitæ ſanctitatem , Miraculorum veritatem inueſtigandam & comprobandam actis confectis, & a Cardinalibus, aliiſque dilectis viris exquiſita diligentia inſpectis & examinatis , & in ſacro Conſiſtorio ſępius relatis , ſententiis pręterea dictis non ſolum ab his venerabilibus Fratribus ſuis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalibus , ſed etiam a plurimis Archiepiſcopis , & Epiſcopis qui hic adſunt , illa omnia rite , & recte acta, & ſeruata ſunt , quæ more inſtitutoque maiorum ab hac Sancta Sede Apoſtolica in tam graui cauſa adhiberi conſueuerunt ; quibus & illa accedunt , quod totis Annis trecentis & amplius Beatus Hyacinthus apud Polonos in magna ſemper veneratione fuit , quodque per annos prope octoginta tot religioſiſsimi Reges , Cardinales , Præſules , Senatores , omnes denique Regni Polonię ordines tanto ſtudio hoc petunt , vt Beatus iſtæ ſanctorum numero adſcribatur . Cumque huius rei cauſa ad Dei gratiam impetrandam & Sanctitatis Suæ & multorum precibus & obſecrationibus ſupplicatum ſit , & triduanum Ieiunium publice indictum , ob eas cauſas exiſtimat Sanctitas ſua & in Domino confidit , iam tandem tempus aduenisſe diuini beneplaciti , vt hæc lucerna ardens charitate , & lucens miraculorum ſplendore , ſupra excelſum candelabrum conſtituatur , vt non in vno tantum Regno , ſed in tota Dei Domo , quæ eſt Eccleſia Catholica colluceat , atque ita & Chariſsimus ſanctitatis ſuæ filius Sigiſmundus Rex , & Poloni omnes, quos gerit in

in viſceribus Chriſti pietatis, & deuotionis ſuæ fructum capiant vberrimum.

Sed quoniam magna res agenda eſt, quæ magno Dei adiumento indiget cenſet, Sanctiſsimus D. N. nunc potiſsimum per humilem orationem adeundum eſſe ad thronum diuinæ miſericordiæ, vt præcibus & meritis Sanctiſsimæ Dei Genitricis Mariæ, & Reginæ Sanctorum omnium, & Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, ante quorum conſpectũ ſtamus, & glorioſi patris Dominici, qui veluti arbor bona fructum hunc bonum in Chriſto edidit, & deniq; Sanctorum omnium interceſsione, Sancta hęc actio ad Dei gloriam pie & ſanctè abſoluatur.

Hæc, ubi Secretarius protulit, continuo Pontifex e ſolio deſcendit & in faldiſtorio flexis genibus mitra indutus orauit. Interim Sacræ litaniæ in Choro canebantur, & aliæ præces dicebantur, quibus abſolutis ad ſolium redijt. Secundo igitur Magiſter Ceremoniarum, Oratorem & Aduocatum, vt Inſtantius ſuam ſanctitatem pro Canonizatione peterent inſtruxit. qui flexis genibus Aduocato referente Santiſsimo talem prodiderunt ſupplicationem.

Idem Illuſtris Orator Stanislaus Minsky hic præſens nomine Regiæ Maieſtatis Poloniæ, & Suetiæ, Inſtanter, atq; Inſtantius poſtulat ac requirit per Sanctitatem Veſtram pronunciari Beatum Hyacinthum Polonum ordinis Prædicatorum Sancti Dominici in Cathalogum Sanctorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti eſſe referendum, & tanquam ſanctum a cuncto Chriſtiano populo venerandum. Mox ſupradictus Secretarius ſic reſpondit: Tanta eſt huius operis, quod paulo poſt Deo auctore perfici debet, magnitudo & grauitas, vt Sanctiſsimus D. N. cenſeat iteratis precibus, ſumma cum humilitate inuocandum eſse ſpiritum ſanctum, ſontem omnis ſanctitatis, vt hoc ipſo temporis momento ſuorum corda fidelium diuina luce compleat atq; colluſtret.

Tum

Tum rurſus Pontifex e ſolio in faldiſtorium procidit ad orã dum mitram gerens in capite. Mox autem Cardinalis ſfortia Decanus ad populũ verſus alta voce dixit ORATOR, & illico mitra è capite Pontificis depoſita, cæteri etiam omnes Cardinales, & Epiſcopi depoſuerunt, genibuſq; flexis ſimul cum Pontifice tacite orarunt ex intimo corde, quo ad Cardinalis Montaltus Diaconus à ſiniſtra Pontificis ſtans altè pronunciauit: LEVATE, quo dicto Papa & Cardinales & reliqui ſurrexerunt, libroq; a Prælatis aſsiſtentibus præſentato, Pontifex inchoauit hymnũ, Veni creator ſpiritus. ſtatimq; cum Pontifice omnes genuflexerunt vſq; ad finem primi verſus quo finito Pontifex ad ſolium rediјt, & cæteri ſtabant, donec hymnus abſolueretur, Deinde Chorus verſum: Emitte ſpiritum tuum & creabuntur, Pontifex autem orationem, Deus qui corda fidelium deuotiſsime peroraui. Pronunciata vero oratione Pontifex ſedit. Tũ tertio pro oratore Aduocatus genuflexo ſic expoſtulauit. Idem inſignis orator Stanislaus hic præſens nomine Regiæ Maieſtatis Sigiſmundi Tertij Poloniæ, & Suetiæ Regis, inſtanter, inſtantius, & inſtantiſsime orat atq; obſecrat Beatum Hyacinthum Polonum ordinis prædicatorum Sancti Dominici redigendum eſſe in Catheologum Sanctorum Domini Noſtri Ieſu Chriſti, & vt Sanctus veneretur à cunctis Chriſti fidelibus. Mox Sanctiſsimi nomine intulit, Secretarius ſic Quod S.D.N. pie ſibi perſuadet placere patri luminum, a quo deſcendit omne datum optimum, & omne donum perfectum, ſtatuit Beatum Hyacinthum Polonum, vita, ſanctitate, & miraculis illuſtrem aſcribere numero & cathalogo ſanctorum conſeſsorum.

Decretum Canonizationis.

Mox ſummus Pontifex ſedens in ſolio maieſtatis ſuæ, prælatis ante eum ſtantibus, & librum ſententiæ tenentibus authoritatem ſuam in Beathum Hyacinthum

Canonizandum extendit in hunc modum.

Ad honorem ſanctę & Indiuiduæ Trinitatis, exaltationem fidei Catholicæ, ac chriſtianæ religionis augumentum, auctoritate eiuſdem Dei omnipotentis, patris, & filii, & Spiritus Sancti, Beatorum Apoſtolorum Petri, & Pauli, & noſtra, de fratrum noſtrorum conſilio decernimus, & diffinimus bonæ memoriæ Hyacinthum Polonum ordinis fratrum Prædicatorum Sanctum eſſe, ac Sanctorum Cathalogo adſcribendum, ipſumq; Cathalogo huiuſmodi adſcribimus, ſtatuentes, vt ab vniuerſali Eccleſia Anno quolibet in die decimaſexta Auguſti feſtum ipſius, & officium, ſicut pro vno confeſſore non Pontifice, deuotè, & ſolemniter celebretur. Inſuper eadem authoritate omnibus verè pœnitentibus, & confeſſis qui Annis ſingulis eodem die feſto ad ſepulchrum eiuſdem deuote acceſſerint, eaſdem Indulgentias concedimus, quæ cæteris dicti ordinis ſanctorum Eccleſiis conceſſæ ſunt.

Qua ſententia rite, ſolemniterq; prolata, Orator ſereniſsimi Poloniæ, & Suetiæ Regis, aduincto ſibi aduocato, Pontifici debitas gratias Regio nomine egerunt, ſimulq; ſupplices petierunt a Pontifice decerni vt Bulla conficiatur. Facta igitur Pontifex Cruce, dixit. Decernimus. Quo facto decreto, Aduocatus. Prothonotarios. Notarioſque præſentes rogauit, publicas rei geſtæ tabulas confici ad perpetuam memoriam ſeruandas. His peractis tubis crepare, ſonoſque edere cæperunt, tormentaq; bellica, in ſignum magnæ letitiæ & ſolemnitatis, tam in Vaticano quam in Caſtro Sancti Angeli explodere, quo pateat ſingulis Sanctum Hyacinthum iam eſſe Canonizatum. Mox Pontifex Te Deum Laudamus exorditur Cantoribus vſque ad finem proſequentibus. Deinde Cardinalis Sfortia cantauit, Ora pro nobis Bea-

te

te Hyacinthe. Reſponderunt Cantores vt digni efficiamur promiſsionibus Chriſti. Pontifex. Oremus. Præſta quæſumus omnipotens & Miſericors Deus, vt qui hodierna die in ſolemnitate Beati Hyacinthi Confeſſoris tui lætamur, eius apud te meritis, & Interceſsionibus adiuuemur per Chriſtum &c. Poſtmodum Cardinalis Diaconus ſe inclinando dixit Confiteor Deo &c. poſt alios. Et Beato Hyacintho &c. In abſolutione autem hoc idem Pontifex repetiit. Deinde Pontifex tertiam inchoauit, Choro illam proſequente, interim ad ſolennitatem Miſſæ ſacras pro more veſtes induit, & Miſſam ſolenniter cantauit de Dominica in Albis, ideſt de octaua reſurrectionis, cum oratione ſecunda de Beato Hyacintho, vſque ad offertorium. quod ſummus Pontifex in ſolio Pontificio dixit, ſtatimque tres Cardinales. Qui cauſæ iudices fuerunt ex ſubſeliis ſuis ad res ſummendas venerunt, quæ in ablatu, pro offertorio paratæ & diſpoſitæ erât. Quorum primus ereat Epiſcopus Cardinalis Alfonſus Geſualdus ſecundus Cardinalis, Petrus Gondius Florentinus Presbyter, Tertius Cardinalis Dyaconus Odoardus Farneſius. Dona ad offerendum in loco ſupradicto apparata ordine tulerunt ipſe Stanislaus Minski palatinus Lecicień. Orator Sereniſsimi Regis Poloniæ & domeſtici eius D. Hieronymus Dembinsky Caſtellani Cracouien. filius. & Ioannes Buczazky nepos Illuſtriſsimi Cardinalis Georgii Radziuili Epiſcopi Cracouień. prædicti oratoris domeſtici nobiliſſimi ſuarum familiarum adoleſceń. quæ dona ac munera Cardinales ipſi obtulerunt admirabili ceremonia myſterio plena; Cardinalis enim Geſualdus duos cereos, Sancti Hyacinthi imagine & Pontificis, Regiſq; inſignibus pictos maiores aliquanto illis qui ad proceſsionem ferebantur hac ceremonia obtulit. vt ſingulos cereus primum oſcu-

ſcularetur Pontifici offerendo, manumq; & genu eiuſdem exoſculãdo Orator autem eadem ceremonia, cereum vnum, obtulit, & caniſtrum exiguum auratum, in quo binæ albæ turtures cõtinebantur quas ſummus Pontifex euolare fecit, Deinde Cardinalis Florentinus duos panes prægrandes vnum auratum cum inſignibus Pontificis, alterum argento obductũ cũ inſignibusRegis obtulit. Mox Cardinalis Florentinus, alterũ auratũ cereum præſentauit, atq; eum ſtatim ſequutus Hieronymus Dembinsky caniſtrum argento velatũ cum duobus albiscolumbis Sanctiſsimo porrexit, quas Sãctiſſimus in Caniſtro clauſos magiſtro Ceremoniarum reddidit. Quo facto idem Cardinalis Florentinus duos cados vino plenos auratum quidem cum inſignibus Pontificis, argenteum cum inſignibus Regis ad manus Pontificis dedit, quos ipſe Magiſtris ceremoniarum conſignauit. Deinde Cardinalis Farneſius tertium cereum obtulit, quem inſequens Ioannes Buczacyki caniſtrum varie depictum auiculis diuerſis plenum ad Sanctiſsimum dedit & exoſculatis pedibus receſsit. Pontifex autem præciſa reticula, auiculas huc atq; illuc euolare fecit. Cardinales autem iudices prædicti facto ceremoniarum ritu, doniſq; oblatis, ad ſuum quiſq; locum redierunt. Orator etiam peracta ſolemni oblatione ad ſuum locum properauit. Pontifex autem Miſſam pro more finiebat, qua finita data populo Benedictione, & indulgentia plenaria, a Cardinalibus ad aulam reductus, tam ſolemnẽ conuentum hominum ad propria remiſit. Ad horam autem Veſperarũ vexillum S. Hyacinthi quod ſolemni ritu in proceſsione ferebatur fratres ordinis S. Dominici, de Eccleſiã S. Petri vſq; ad Conuentum S. Mariæ ſuper Mineruam cum deuotiſsima ſolemnitate conduxerunt & ſupra chorum appenderunt.

De Sacrarum veſtium apparatu.

VIdimus omnia veſtimenta ſacra, quæ pro Canonizatione Sancti Didaci à Rege Catholico erant præparata, ad quorum inſtar & ſimilitudinem cuncta, quæ Canonizationi Sancti Hyacinthi deſeruire debebant à nobis parabantur, nec vel minimo paſsu receſsimus, niſi ipſo tantum colore mutato, ipſa namq; quæ Rex Philippus fieri mandauerat cuncta ex tela aurea glauci,ſeu crocei coloris vniformẽ ſui obtuitum producebant Hæc uero quæ Sereniſsimus Rex Poloniæ,& Religio S Dñici parari iuſserunt rubeum, & album,& cæruleum colorem ex tela aurea, quam vulgo Pij Quinti nominant præſentabant. At vero Mantum ſolemne Pontificis Rex Catholicus totum rubeum fieri mã dauit. Agentes autem Canonizanionis noſtræ, ſimilem in omnibus appatamentis colorem obſeruarunt.

Pro Summo Pontifice.

CHlamis Pontificia, Planeta,cum Stola,& Manipuli bini,Gremiale cui Crux intexta ornatu fimbriato ſerico aureo erat, & Sandalia cum Cruce, ſingula ex iſtis auream telam, fimbriaſq; aureas habuere. Dalmatica vero,& Tunicella,& caligæ ſericeæ albæ paſſamanis aureis veſtitæ,Summum Pontificem quam pulcherrimẽ ornauerunt.

Cæteri Apparatus.

BAldachinum, ſeu vmbella Altaris tota ex tela aurea circumpendentibus imaginibus Sancti Hyacinthi, & armis Pontificis Regis Poloniæ, & Religionis Sancti Dominici cum laciniarum fragmentis triginta pulcherime diſtinctum. Pallium altaris eadem tela prætioſa lacinijs, & peniculamentis auro reſplendentibus. In medio deinde

Imago Sancti Hyacinti ante B.Mariam Virginem flectentis. a dextris verò inſignia Papæ, a ſiniſtra autem Regis Poloniæ, Religionis vero ſub Imagine Sancti Hyacinthi ſtemmata videbantur affixa, omnia acu picta quam decentiſsime.

Integumenta bina ſacrorum codicum, Puluinar Miſſalis, ſacculus corporalis, ornamentum ſuggeſti lignei ad vſum Euangelij & Epiſtolæ faldiſtorij ornamentum. Pulſinaria bina ampla. Pluuiale pro Cardinale aſsiſtente cum ſuo capucio. Tunicellæ diaconales binæ ſubdiaconales quoq; bitæ, tam pro græcis quam pro latinis miniſtris cum ſuis ſtolis & manipularibus cuncta prædicta ex tela aurea ſuperius deſcripta, cum ſuis Imaginibus, & inſignibus Pontificis, Regis & ordinis ſuprafatorum ſecundum decentiam, & neceſsitatem paſſamanis & globis aureis vt oportunum erat circumſepeta, ſplendentem nobis fecerunt S.Hyacinthi Canonizationem.

Hæc omnia in præſentia Illuſtriſsimorum XLVII. Cardinalium & plurium Patriarcharum, Archiepiſcoporum, & Romanæ Curiæ Prælatorum, maximaq; nobilium virorum frequentia, & innumera omnis ordinis, omniumq; vrbis regionum multitudine ad hunc ſolemniſsimum actū aſsiſteñ. & vndiquaque confluẽ. Dei omnipotentis gratia & ſingulariſsimo fauore Die 17, Aprilis Anno Domini 1594. ſub fœlici Pontificatu Clementis octaui Anno tertio Romæ in Baſilica Sancti Petri acta & peracta, & tranſacta ſunt.

Deus Pater & filius, & ſpiritus Sanctus, qui de tenebris fecit lucem ſplendeſcere, diuidens lucem a tenebris, tenebroſis hiſce hæreſum temporibus, ad laudem & gloriam nominis ſui, & fideliũ conſolationẽ Iubar diu latẽs ſcilicet per 343. Annos hoc ſeculo Milleſimo ſexceteſimo finem accipiente S. Hyacinthum de comitibus Odrouuons non ſolum gloria cœleſti, ſed etiam hac tempo-

rali

rali colluſtrauit, dans ſingulis ſpem & fiduciam benè, & ſanctè operandi, & de Domino Deo & vita æterna opti me merendi Accedentem enim ad Deum (dicit Paulus) oportet credere, quia eſt, & quia bonorum operum remu-nerator eſt, ſicut enim unicuiq; Deus indidit vltimi finis beateq; viuendi cupidinem, ſic ad eandem aſſequendam omnibus licet diuerſis medijs aſsignauit certam rationem ſiquidem ij omnes, qui à Sancta Matre Eccleſia Cathalogo ſanctorum aſcripti ſunt, illam Sancti Pauli ſententiam in ſeipſos conuerterunt, qui dicit, Sancti per fidem vicerunt Regna &c. anguſtiati, afflicti, in ſolitudinibus errantes in melotis, & pellibus caprinis, quibus dignus non erat mundus. Si ergo compatimur, & conglorificabimur. Eadem carne, & iiſdem membris ſicut, & nos circumueſtiti, ſed celeſtem imitati uitam ad Cœleſtia translati ſunt. Imitemur ergo eorum veſtigia, quorum ore & corde concinimus encomia Et ſecundum Sanctũ Gregorium dicamus. Quid prodeſt intereſſe feſtis hominum ſi contingat deeſſe feſtis Angelorum? Deum igitur aſsiduae precemur vt eam mentibus noſtris infundat gratiam, quæ nos ad æternam perducat gloriam. Sed tu Polonia nunc ſupramodum fęlix gaude, quæ talibus, ac tantis es illuminata fulgoribus. Poſt Apoſtolos ſiquidem vniuerſum orbem iugo Chriſti ſubiicień. tu etiam obedientiæ Chriſti collum ſupponens, in tantum fidei Zelo, & pietatis integritate præualuiſti, quod non impar aliis Regnis tot Sanctos produxiſti tot patronos tutelares Regni acquiſiſti, vt meritò locum in ſacro Eccleſiæ Imperio non poſtremum mercare. Habes Cracouiæ Inuictiſsimum Martirem Stanislaum Cracouień. Pontificem. Habes & virtutis, & pietatis ſplendorem Sanctum Hyacinthum confeſſorem quem iam Dei prouidentia tibi reddidit Clemens octauus Canonizatum,

tum, quibus Patronis te a tuis hoſtibus coram Deo pro te aſtantibus defendere valebis, & victoriæ referre triumphos. Gaude plurimum te tantis, ac talibus veſtitam ornamentis. Non deſunt tibi in diuerſis Regni tui partibus, qui Sáctimonia uitæ, & miraculis claruerunt. legimus in priuilegijs ordinis Prædicatorum. Romę apud Ant. Bladum impreſsis, Fratrem Berengarinm Cracouieñ. Antiſtitem dextro latere lancea aperto Regnum cœlorum ſanguine mercatum eſſe. legimus etiam Patrem Polonum Sadoch, cum octo, & quadraginta fratribus ordinis Prædicatorum gladio iugulatis martyrium conſumaſſe, quos ſecundum antiquorum patrum relationem, ſendomiriæ interemptos, & ſepultos eſſe in Eccleſia Sancti Iacobi Apoſtoli conſtat. Cromerus autem lib. 9. fol. 161. hiſt Polon. aſſerit fuiſſe factum a Tartaris. Poloniam vaſtantibus. quos 5. martyres Alex. iiij. eadem ciuitate honore indulgentiarum affecit. At uero in Vilna Lituanię metropoli recol. me. Beatus Cazimirus Caſimiri Poloniæ Regis filius cum ſumma laude requieſcit. de quo Cromerus lib. 29. quem ad Inſtantiam Sigiſmundi Primis Regis Poloniæ Leo x. in cathalogo ſanctorum inſcribere voluerat, niſi bellorum motus in Italia exorti, tam Sanctum negocium impedijſſent, vt in Calendario Romano videre licet quarta die Martij. Vvratiſlauia vero S. Ceslaum Fratrem Sancti Hyacinthi ex ordine prædicatorum tibi aſſeruat, qui (vt Cromeri Epiſcopi Varmieñ. libro octauo refert hiſtoria) Tartarorum exercitum Vvratislauiam obſidentem apparens in aere lucidus profligauit, perterruit, & ab Vrbe abſcedere coegit. Gneſna Glebani ſacri Corporis glorioſi Martyris Adalberti Archiepiſcopi Pragenſi tui Regni Apoſtoli tibi conſeruat. Cracouia Sanctum Vitum Lubuſanum Epiſcopum ordinis Prędicatorum. Vilnæ quinque martyres fratres ordinis Sancti Franciſci ab infidelibus igne obſumptos ſuorum corporum reliquias depoſuerunt. B. Ioannes Cantius Almæ vniuerſi-

tatis

taris ſtudij Cracouień. ibidem Cracouiæ requieſcit, Multos alios in diuerſis locis tibi diuina conceſsit gratia. hinc. S.Florianus Martyr,Chriſtinus,Benedictus,Matheus, Iſaac. Ioannes,Barnabas martyres. De his vide Cromerum lib. 3. Andreas Eremita. B. Simon. de Lypincza. De quo crom. lib.29.& vernerus Epiſcopus Plocenſis. de quo cromerus lib. ſexto facit mentionem,Benedictus Suiradus monachus vide Crom. lib 3.S.Cyrillus,& Metodius Epiſcopi, & Conſeſſores.S.Eduigis.S.Elizabet.S. Cunegundis,& B. Solomea. De quibus idem Crom. lib.9.&lib.10. vel in tuo Regno, vel alis proxime Regnum tuum ſuis te præſidijs,meritis, & intercesſionibus alunt,adiuuant,protegunt,ne in medio atrociſsimorum hoſtium (niſi ipſa tibi deeſſe velis) aut perire, aut ſuccumbere contingat. Age igitur & ad laudandum Deum(qui in ſanctis ſuis eſt ſemper admirabilis) toto mentis conatu erigere & precare, quatenus vſque ad finem ſeculi,te & tuos filios, in fide Sancta Catholica conſeruet,addatq; benedictionem hæreditatis æternæ, & gloriam omnium ſeculorum Amen.

Catalogbus Canonizatorum ex Cronica Eneæ Siluij, qui poſtea Pius Secundus, eſt nuncupatus.

S. Volſgangus a Leone Nono Canonizatus Anno Domini 994.

S. Stephanus Vngariæ Rex, ſed non nominat a quo Pontifice, & quando.

S. Cunegundis Virgo Canonizata ab Innocentio 4. circa Annum 1243.

S. Otto Epiſcopus Bambergenſis,qui conuertit Poloniam eſt Canonizatus a Celeſtino ſecundo Anno 1139. in ſancta Synodo Lateranen.

S. Thomas Cantuarień. Archiepiſcopus Martyr Canonizatus eſt ab Alexandro 3. Senenſi Anno Domini 1178.

S. Domi-

S. Dominicus ordinis Prædicatorum Inſtitutor Canonizatus eſt a Gregorio Nono in Vrbe Reatina circa Annum Domini 1240. Ergo adhuc ſuperuiaente B. Hyaciintho eſt Canonizatus, qui mortuus eſt 1257.

S. Franciſcus ordinis Minorum inſtitutor ab eodem Gregorio Nono Peruſii.

S. Antonius de Padua ab eodem Gregorio Nono Spoleti 1232.

S. Elizabet Vidua Regina Vngariæ a Gregorio Nono circa Annum 1240.

S. Clara virgo Canonizatur ab Alexandro Quarto ſub Anno 1255.

S. Stanislaus Martyr fuit Canonizatus ab Innocentio Quarto 1253. poſt cuius Canonizationem 4. Annis ſuperuixit Sanctus Hyacinthus, mortuus eſt enim 1257.

S. Edmundus Cantuarieñ. Epiſcopus ab Innocentio 4. Canonizatur 1257.

S. Ludouicus Rex Francorum Canonizatus eſt a Bonifacio octauo ſub Anno 1296.

S. Petrus Martyr ordinis Prædicatorum Peruſii Canonizatur ab Innocentio quarto, circa Annum Domini 1244.

S. Heduigis a Clemente quarto Canonizatur Viterbii Circa Annum Domini 1267.

S. Ludouicus ordinis minorum a Bonifacio octauo Anno 1302.

S. Celeſtinus Papa Confeſſor, qui Petrus Moroneus uocabatur Canonizatus eſt a Clemente quinto Auno 1311. in Concilio Vieneñ.

S. Thomam Erphordenſem Epiſcopum, & S. Thomam de Aquino Canonizauit Ioannes 22. Anno Domini 1323.

S. Brigida Regina Suetiæ Canonizatur a Bonifacio Nono 1393.

S. Nico-

S. Nicolaus Tolentinus ab Eugenio quarto Anuo 1446.
S. Leopoldus Canonizatur ab Innocentio octauo Anno 1499.
S. Bonauentura Canonizatus a Sixto quarto Anno 1482.
S. Catherina Seneñ. Canonizata eſt a Pio Secundo Anno Domini 1460.
S. Bernardinus Canonizatus eſt a Nicolao Quinto Anno Domini 1450.
S. Vincentius ordinis Prædicatorum, & S. Ednundus a Calixto 3. *Hæc ex cronich.* Anno 1455.
S. Franciſcus de Paula Canonizatus a Leone x. circa Annum Domini 1520.
S. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus ordinis Prædicatorum & S. Benno Saxo Epiſcopus Miſneñ. Canonizantur eadem die ab Adriano Sexto Anno 1523. in die Sanctiſsimæ Trinitatis.
S. Didacus Complutenſis a Sixto quinto Anno 1588. ſecunda Iulii.
S. Hyacinthus noſter Canonizatus eſt a Clemente octauo fæliciter moderno 17. Aprilis Anno Domini 1594. Deus glorioſus in ſecula benedictus.

IN HONOREM S. HYACINTHI HYMNVS CVM ORATIONE.

Mutij Sfortiæ Monopolitani.

O FLAGRANS miræ face charitatis
Sydus exortum gelidis Polonis;
O fragans cœlis Hyacinthe, & omni
Limine terræ,

Huc ades, laudeſq; tuas obaudi
Quas tibi lætus chorus hic celebrat.
Sed prius quid nam tibi, quid cantemus
Poſt modo, ſancte?

Te ſacra veſtit tunica Magiſter
Ordinis magni ſacer inſtitutor.
Atq; ab hoc vitam rigidam; precumq;
Tempora diſcis.

Semper hinc oras, tenerumq; ſemper
Corpus affligis; patrijſq; in oris
Hinc Dei matrem tibi blanda ſantem.
Cernis in ara.

Mira quis narret tibi perpetrata?
Explicas limbum tunicæ velutq;.
Vteris limbo, ſocioſq; tecum
Flumine vectas.

Hoſq; tu, magnæ fidei, reponis
Altera in Ripa, populo obſtupente.
Das loqui mutis, radioſq; ſolis
Cernere cœcis.

Vtq; ſis mirus ſimilis magiſtro:
Mortuos orans, velut ille, plures
Viuus in terris reuocas ab orci
Faucibus atris

Ticꝗ

Tuq; deſunctos Eliſæus alter
Mortuos terris, ſuperiſq; viuens.
Suſcitas, tantum tibi magnus orbis
Annuit author.
Grandine & tactas ſegetes iacentes
Excitas, turbę præce, lachrymiſq;
Fractus: hinc plenis rediuiua ſpicis
Culmina ſurgunt.
Deniq; aſcendis, capis & laborum
Præmium, ſtellis nitidam Coronam,
Qua die Chriſti Genitrix Maria
Sydera ſcandit.
Hicq; tu gemmis radians coruſcis,
Clarus & ſertis geminis videris:
Angeloſq; inter, thyaſoſq; ſiſti
Ante Tonantem.
Sis tuis felix, Hyacinthe charis
Sarmatis, & te pius inuocantes
Aethere exaudi, quibus impetrato
Proſpera cuncta.
Sit Deo Patri, Genitoq; & almo
Flamini ſemper decus atq; Virtus,
Qui ſupra Cœli reſidens cacumen
Temperat Orbem.

Oratio

Deus, qui B. Hyaicinthum confeſſorem tuum vitæ ſanctitate, et miraculorum gratia eius ſanctiſsimo Magiſtro S. Dominico quam ſimillimum effeciſti, concede propitius, vt eius ſalutaribus hic inſtituamur exemplis, & pijs apud te intercesſionibus adiuuemur. Per Dominum noſtrum &c.

F I N I S.

Libri quatuor de vita miraculis, & Canonizatione S. Hyacinthi, æditi a R. P. Fratre Seuerino Magiſtro Polono noſtri ordinis Prædicatorum, viſi & approbati à R. P. M. F. Petro Ioanne Saragoſa Magiſtro poterunt Typis mandari. Si videbitur iis, quorum intererit. Dat. Romæ in Conuentu noſtro Sanctæ Mariæ ſuper Mineruam die 19. Aprilis 1594.

Ita eſt Fr. Ioannes Vincentius Procurator & Vicarius generalis ordinis Prædicatorum.

REGESTVM

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

A a B b * a.

Omnes ſunt quarterniones præter a, quod eſt duernio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO E.